



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





על הקדו צדקם וראמו
צערה מואכיה היא
השבה עם צעמי
מישרי מואב ר"ז
ותאמר אלקטה צא
ואספתי בעמרים
אחרי הקדו צדקם
והבא ותעמידו
מאז הבקר ועד
עתה זה שבתה הבית
ביעט ויאמר בשן
אלרות הלוא עין
שמיעת בתי אר
תלכי ללקט בשדה
אחר וגם לא תעבדי
מיזה וכה תרבקי

בעד דאמו
הגר הגר לי
אשר עשית
חמותך אחי
אישך ותעזם
ואמר ואר"ן
ותלכי אל עם
לא ידעת תכ
של שב וישל
פעלך ותהי בי
שלמיה ביעט
אלהי ישראל
באת לחסות
כנפיר ותאמר
אמי צא חז מע
ארצי כי נחמתי

1452
40

Berlinus



<36612021700017

<36612021700017

Bayer. Staatsbibliothek

ILLVSTRIS ET PERSPICVA
in Titulum Digestorum

DE

ORIGINE IVRIS

& omnium Magistratum, &
successione prudentium,

EXPLICATIO.

Cum historicâ Jurisconsultorum, ab Hadriano, usq; ad
Imp: Maximinum *μαρτυρία*: & luculentâ eorum, quæ
ex cujusq; libris excerpta, in Pandectas à Tri-
boniano relata sunt, *ἀναδείξει*.

Opus novum & perpolitum, nec Juriscivilis tantum, sed humaniorum quoq;
litterarum studiosis, cum utile, tum maximè necessarium.

AUCTORE

GEORGIO EBERLINO

BRESNIC. V. I. D.



G. Eberlinus V.

HENRICO POLI

Ex Officina Typographica Conradi Horn.

ANNO M. D. XCII



Bayerische
Staatshoheit
München

REUERENDISSIMO ILLV.

Strissimoq; Principi ac Domino, Dn. HEINRICO
IVLIO, Episcopo Halberstadiensi Postulato,
nec non Duci Brunovicensi ac Lunæbur-
genſi &c. Domino ac Nutritori
ſuo clementiſſimo.



*Vanta ſollicitudine, Princeps Il-
luſtriſſime, Celfitudinis Tua Pa-
rens, pia ac felicis recordationis,
ſtudiorum communium nomine
affectus fuerit, licet id ſatis argu-
menti ſit, ſi recte fuerit conſideratum, quod cele-
berrima illius cuius Sacra Caſarea Maieſtas,
Celfitudinem Tuam Rectorem eſſe voluit perpe-
tuum, Schole Iulia curam ſanè paternam, Celfitu-
dinem illius, & cubitum euntem comitari, &
ſurgentem cubitu, identidem quaſi ſequi, ſepiſſi-
mè ex ea, & à multis fuerit auditum: tamen
illud etiam non minimam prabet coniecturam,
quod eadem Celfitudo illius, cuius mentem ope-
ramq; nullo non tempore praclara aliqua in rem
occupatam penitus perſpexiſſem, in tanto publi-
carum*

EPISTOLA

carum occupationum concursu, cum cultura ingenij gratia in Italia degerem, de mei etiam privati hominis, studiis, sollicita fuerit, progressionumq; mearum ut specimen aliquod ederem, clementer mihi injunxerit. Quae ipsa sanè res, ad animi mei fructum, atq; leticiam, tanta mihi fuit, ut maximas tum temporis D E O Opt. Max. gratias eo nomine egerim, & clementem illam Celsitudinis illius erga me & studia mea propensionem & voluntatem pia apud alios predicatione nullo unq; tempore prosequendam non statuerim. Etsi verò themate misso & Celsitudini illius inquisitionis ratio commodior fuisset, & mihi resolutionis longè gratior, quia tamen visum ita Celsitudini illius non esset, equidem ipse argumentum selegi, & ex tribus illis Jurisconsultorum officijs interpretando quid possem experiri placuit, propterea quod & eunti mihi in Italiam Theoria Studium cum primis fuisset injunctum, & interpretandi ista via quam proximè ad id videretur accedere. In quo ipso sanè, licet subito mihi, ut par erat, acerrimam Celsitudinis illius judicij censuram, in mentem veniebat subvereri,

DEDICATORIA.

subvereri, ne quid minus à me ea in re provisum
 à Celsitudine illius accusaretur: quia tamen à di-
 vina illius clementia, nec ignoscendi rationem,
 nec cognoscendi consuetudinem remotam subla-
 tamq; esse multis argumentis cognitum perspe-
 ctumq; habebam, in proposito magis magisq; sum
 confirmatus. Digestorum itaq; titulum illum
 utilissimum ac per quàm necessarium DE ORI-
 GINE JURIS interpretandum suscepi, partim
 quidem ob id, quod neglectum illum à plerisq; ha-
 tetenus animadvertierim, siue quod illum tanq;
 vile quid, intolerabili quodam insolentia fastu
 sint aspernati, siue quod antiquitatis Romana
 humaniorisq; literatura cognitione destituti, tem-
 pestati illi sese committere ausi non fuerint: par-
 tim verò propterea, quod nihil antiquitatis peni-
 tús ignorandum esse Justinianus noster identi-
 dem inculcet, & Cajus J.C. originis repetitio-
 nem quia Jurisprudencia principium sit, partem
 illius affirmet esse potissimam. Eas igitur laboris
 mei qualiscunq; primitias, succis suis horis sub
 incidem nunc revocatas, Celsitudinis Tuae cen-
 sura iudicioq; subijcere visum est, cum quod com-
 munitates

EPISTOLA

*munitates cœtusq; scholasticos non minori Celsitudi-
 tudini Tuæ, ac Parenti ejusdem, cura ac solici-
 tudini esse intelligam, tum quod à nemine potius
 de successu laboris mei iudicium fieri oportere ex-
 istimem, quam à successore illius, cuius & auspi-
 cio & impendijs hæc omnia & parta sunt & ac-
 quisita. Ac planè in eam spem erigor, fore, ut si
 lucubratione hæc inspecta, præstitum à me nihil
 esse Celsitudo Tuæ deprehenderit, festinationem,
 temporisq; angustiam, quæ veluti violenti quidam
 Tribuni ita decreto meo intercesserunt, ut in ple-
 risq; nec mihi ipsi satisfacere potuerim, eius rei
 nomine, causam apud se dicere, clementer passu-
 ra sit, aut si aliquid fuerit, in quò functum me
 esse, munere meo, eadem Celsitudo Tuæ existima-
 verit, ut non tam mihi, cui propter tenuitatem
 clausa omnia fuerunt, quam magnitudini benefi-
 ciorum, quæ quodam veluti adoptionis jure Cel-
 situdinis Tuæ Parens (beata recordationis) cu-
 mulatissime in me contulit, Celsitudoq; Tuæ adhuc
 hodie effundit quotidie, & sine quibus hæc ipsa o-
 pella mea, qualiscunq; etiam illa sit, proditura nõ
 fuisset, attribuatur. Ita enim eventurum etiam
 spero,*

DEDICATORIA.

Spero, ut ea Celsitudinis Tuæ vel approbatione,
vel suffragatione permoti etiam reliqui doctrina
ac sapientia laude celebres, qui proximè & secun-
dum Clementiam Tuam ad hæc mea inspicienda
fortè accessuri sunt, æquiores opera mea iudices
sint futuri, adeoq; benigni, ut non prorsus videri
possim omnes & industria mea fructus & labo-
rum perdidisse. Valeat Illustris Celsitudo Tua
cum tota aula, commendatumq; sibi alumnium
suum clementer habeat. VVolfferbyti ipsis Ca-
lend. Januarij, Anno Reparata Salutis Mille-
simo Quingentesimo Nonagesimo.

Celsitud. Tua

Subjectiss: addictissi-
musq; Servus

Georgius Eberlinus J.V.D.



IN TIT. PANDECTAR.

De Origine Juris à Georgio Eberlino J.V.D.

interpretando explanatum, ad candidum Lectorem,

HENRICVS PETREVS, HER-

desianus V.J.D. eidemq; Reverendissimo

atq; Illustrissimo Principi Henrico

Julio &c. à Consilijis.

SI vis Romanæ Themidos cunabula, si vis
Scire quibus primum creverit auspiciis,
Et qui Romulidum dederint lac parvulæ; adultam
Quinam Prudentum cultibus induerint;
Omnia **EBERLINO** felix interprete pandit
Pomponius; voti jam benè compos eris.
Vade age jam nullus te illo præeunte moratur
Scrupulus, i cunas aspice justiciæ,
Aspice vagitus teneræ; incrementa; decorem;
Utq; illâ extulerit præside Roma caput;
Solis ab occasu ut Solis penetrârit ad ortum
Amplectens orbem legibus una suis,
Non equidem qui tractârunt hæc antè represso,
Nec grata dignos posteritate nego:
Noster at hos inter nomenq; locumq; tenebit,
Si te non potius judice primus erit,
Scilicet extricat perplexa, novisq; vetusta
Comparat, & causas cur sua ponat habet.

(?)

Ac

Ac Iuri, fastos scrutatus & acta Quiritum
Fulgentem præfert Pomponioq; facem.
Hanc studiosa tene pubes, cum solvis, itura
Ingentem legum tuta per Oceanum.
Nec Digesta, unâ cum Codice, cumq; Novellis
Aggredere aut primo in limine Feuda cape,
Aut mox Doctorum tricas tere, nomina quorum
Et prope sunt ipso verba timenda sono;
Sed nostris assuesce suo prius ordine, & unâ
Quam methodum monstrat Iustinianus ini;
Ac leges urbis repetens ab origine, serva
Discendi Cajo præcipiente gradus.
Sic aspirabit dextro Themis alma labori,
Nec tua vota sinet per mare ferre notos.



In eundem Georgij Eberlini V. J. D. & Principalis Brunsvigij Consiliarij Commentarium de Origine Juris Civilis.

TVnc quoque cum nobis concedunt otia curæ:
Et vacua alternas invenit hora vices:
Sunt vigili quædam tractanda negocia mente:
Temporis ut ratio constet ubique DEO.
Illud EBERLINVS benè dum considerat, aula
Lassus ab officiis otia nullus agit.
Sicut apes saltusq; suos & olentia lustrans
Pascua, per flores & thyma grata volat:
Mille per auctorum sic commentaria fertur:
Et grata mentis vim novitate juvat.
Res patet exemplo, sacri primordia Juris
Explicuit methodo quis meliore liber?
Hunc inter curas aulaq; negocia mille
Finxit EBERLINI perpoliitq; manus.
Ingenium agnoscis vegetum patiensq; laborum,
Et pulcras animi dexterioris opes.
Huic Divos faciles & mollia fata precare,
Qui Divos faciles & pia fata cupis.

*Henricus Meibomius, Poëta
Laureatus Cæsarius, Academia
Julia Professor publicus.*

(e) •

Nomen

NOMENCLATURA AVTORVM, QVI
præter libros Iuris, sparsim in hoc opere citantur.

A.

Abbas Spanheimensis
Adrianus Turnebus
Aelianus Sophista Ro.
Aelius Donatus Græ.
Aelius Lampridius
Aemilius Probus
Aggenus Urbicus
Alexander Neapolitan.
Alexander Sardus
Ambrosius Episc. Med.
Ammianus Marcellin.
Andreas Alciatus
Anitius Boëtius Sever.
Annius Seneca
Antonius Augustinus
Antonius Coccius Sabel.
Antonius Concini
Antonius Goveanus
Antonius Muretus
Appianus Alexandrin.
Apuleius

Aristoteles Stagirita
Arnobius
Arrianus
Asconius Padianus
Athenaus
Aulus Gellius
Aulus Persius Flaccus
Aurelius Augustinus
Autor ad Herennium
Autor de viris illustrib9

B.

Baldus Perusinus
Baptista Egnatius
Barnabas Briffonius
Bartolus de Saxo ferra.
βασιλιῶν, libri
Biblia sacra

Blondus Flavius Foroli.

C.

Cajus Iulius Solinus
Cajus Lucilius Satyric9
Carolus Sigonius

Censorinus

Censorinus

Charisius Sopater

Christophorus Landino

Conradus Lycosthenes

Constantino Harmenop.

Constantinus Landus

Cornelius Tacitus

Cornutus Grammatico

Crispus Salustius

D.

Decius Iunio Iuvenalis

Demosthenes

Diodorus Siculus

Dion Cassius Nicaeus

Diomysius Halicarnasseus

E.

Epietetus

Erasmus Roterodamus

Eusebius Palastina Epi.

Eustathius Antecessor

Constantinop.

Euripides

Eutropius

F

Flavius Iosephus

Flavius Vegetio Renat.

Flavius Uopiscus Syrac.

Franciscus Balduinus

Franciscus Connanus

Franciscus Duarenus

Franciscus Hottoman.

Fulvius Ursinus

Fulgentius.

G

Georgius Agricola

Guilhelmus Budaus

H

Helenius Acron

Hesiodus Cumanus

Hesychius

Hieronymus

Hieronymus Magius

Homerus Poeta

I

Jacobus Cujacius

Jacobus Labittus

Jacobus Menochius

(3) 3

Jaco-

Iacobus Reuwardus
Iason Mainus
Ioannes Borcholten
Ioannes Corrasius
Ioannes Marlianus
Iosephus Scaliger
Isidorus Episc. Hispalen.
Iulius Caesar

Iulius Capitolinus
Iulius Firmicus Mater.
Iulius Frontinus
Iulius Obsequens
Iustinus Trogi Epitoma-
mator

Iustus Lipsius.

L

Laurentius Valla
Lucianus Samosatensis
Lucius Fenestella
Lucius Firmianus La-
stantius

Lucius Florus

M

Macrobius Aurelius

Marcus Annaeus Lucanus
Marcus Cassiodorus
Marcus Fabius Quin-
tilianus
Marcus Plautus Comi.
Marc. Terentius Varro
M. T. Cicero
M. Valerius Martialis

N

Nicetas
Nonius Marcellus

P

Paulus AEmilius
Paulus Manutius
Petrus Crinitus
Petrus Faber
Petrus Victorius
Plato Philosoph. Athen.
Plinius Secundus
Plinius Caecilius Novoc
Plutarchus Charoneus
Polybius Megapolites
Pomponius Latius

Pomponius

Pomponius Mela
Porphyrion
Priscianus Casariensis
P. Ovidius Naso
P. Terentius Comicus
Publius Victor
P. Virgilius Maro

Q
Quintus Ennius Epicus
Quintus Horatius Flac.
Quintus Septimius Ter-
tullianus
Quintus Valerius Ca-
tullus Veronensis

S
Servius Maurus Hon.
Sextus Aurel. Propert.
Sextus Festus Pompeius
Siculus Flaccus
Silius Italicus
Strabo Amaseus
Suetonius Tranquillus
Suidas

T
Tabula Capitolina
Theophilus Antecessor
Paraphrastes
Titus Livius Patavin.
Titus Lucretius Charus
Trellius Pollio
Thucydides Historiogr.
Athen.

V
Valerius Maximus
Valerius Probus
Velleius Paterculus
Valerius Zosimus
Vlpianus Demost. interp.
VWolfgangus Musculus

X
Xenophon
Xiphilinus
Xilander.

Z
Zonaras
Zosimus.

Horum

Horum igitur cum quorundam scripta, in capita non distributa, notationis paginarum autori necessitatem imposuerint; ideo & illorum editiones subijcere visum est. Vsus est itaq; exemplari

<i>Plutar. in</i>	} <i>vitis</i> <i>mora</i>	<i>Parisiis</i>	} <i>Anno</i>	21
		<i>Lugduni</i>		<i>Christi</i>
<i>Livij</i>		<i>Venetis</i>		72
<i>Dionysij</i>		<i>Basilea</i>		32
<i>Ciceronis</i>		<i>Lugduni</i>		55
<i>Dionis</i>		<i>Basilea</i>		58
<i>Paterculi</i>		<i>Venetis</i>		71
<i>Cesaris</i>		<i>Basilea</i>		63
<i>Cornelij Taciti</i>		<i>Lugduni</i>		76
<i>Asconij</i>	} <i>impresso</i>	<i>Venetis</i>	} <i>Anno</i>	22
<i>Pomponij Mela</i>		<i>Basilea</i>		<i>Christi</i>
<i>Erasmi in Apoph.</i>		<i>Colonia</i>		64
<i>Plinij Cacilij</i>		<i>Venetis</i>		28
<i>Polibij</i>		<i>Basilea</i>		49
<i>Manutij</i>		<i>Colonia</i>		82
<i>Marcellini</i>		<i>Basilea</i>		46
<i>Nonij</i>		<i>Thusculani</i>		22
<i>Vitarum Cesar.</i>		<i>Basilea</i>		46
<i>Tritthemij</i>		<i>Colonia</i>		46

Prius (de quo c
negonda
est: quo adit

Horum ig
notationi
lorum

Plus

Liv

Dio

Cice

Dii

Pa

Caj

Cor

A

Po

Er

Pl

Pi

C

C

A

V

I

ILLVSTRIS ET PERSPICVA
in Titulum Digestorum,

DE ORIGINE IVRIS ET
OMNIVM MAGISTRATVVM,
& *ſucceſſione Prudentium,*
Explicatio,

AD RVBRICAM.

1. Continuatio tituli. 2. Vocabuli Originis πολυσημία & diuiſio. 3. Tituli ipſius diſtributio.



VM SCIRE QVID FACI-

as & neſcire quo ordine facias, imperfecta ſit cognitionis, ut auctoritate Ambroſij affirmat Baldus in proæmio Digestorum in princip. equidem tituli de Origine iuris interpretationem facturo, initium à ſerie illius ſeu coherentia cum precedentibus ſumendum eſt, ne ordinis ratione neglecta, vel ἀταξίας Tribonianus inſimuletur, vel inſcitia forte alicuius, aliqua apud alios excitetur ſuſpicio. Partibus igitur Iuris, in primo primi libri Digestorum capite abſolutis, perſeuerans Tribonianus in expoſitione Iuris Pop. Rom. ſequenti titulo originem illius omniumq; Magistratuum, & ſucceſſionem prudentium perſequitur: ob id forteſſe quod illud ipſum, vel iucundum eſſe ob commune innatumq; omnibus hiſtoria deſiderium intelligeret, vel certe, veterum Iurisconſultorum exemplo non deſtitueretur. Cum enim Caius I.C. dum XII. Tabularum leges interpretaretur, qua non libro, ſed libello, ut Cicero in 1. de Oratore teſtat, continebantur, Iuris originem ab urbis ipſius inſijs
repe-

2 De Tituli Priori membro.

repetendam sibi esse existimavit, videbatur certe multò magis convenire illi, qui Iuris præcepta promitteret universi, ut ortum eius à fonte, primisq; Regibus repeteret progressionesq; ac partes, recensendo declaret. Originis igitur vocabulum πολύσημον est: præterquam enim, quod & semen quandoque fontemq; significat, sumitur interdum etiam pro ortu seu nativitate, ut in l. assumptio 6. §. filius. & l. fin. §. pen. inf. ad municipali. l. i. C. de ingen. manum: & l. i 6. C. de postl. reversi: interdum pro titulo Dominij & auctoritatù, ut in l. nec creditores 10. C. de pign. act. l. instrumenta 24. C. de fideicom: & apud Tertullianum in lib. de præscrip. advers. hæret. Interdum pro principio sive initio ut l. 19. C. De liber. causi: & hoc in loco. Docetur enim ibi à quibus initijs Ius Civile Romanum ceperit, quoq; progressu & occasione, ad eum librorum numerum, quem nunc tractamus, fuerit redactam. Estq; duplex Iuris origo, una Naturalis, & altera Civilis: de Naturali, qua vel ex natura communis affectione, vel ratione & sensu communi, vel præceptis institutisq; civilibus, jus proficiscitur, tractatur in l. i. sup. de Insti. tia & Iur. & §. fin. Inst. eodem. De civili vero qua historiam potissimum respicit, Reipublicaq; Roman: propria est, titulo præsentis. Qui pro Legum numero duobus præcipue membris absolvitur: eorum prius παρασκευαστικόν est, quo aditum sibi ad id, quod in fronte promissit Tribonianus, præparat: Posteriorius καλαστικόν, quo institutum prosequitur, tractando primum de Origine Iuris, illiusq; progressu: deinde de Origine Magistratuum illorumq; nominibus: & ultimo de Successione Prudentium. De quibus singulis divino adjuvante numine nunc ordine videamus.

3

DE

3

DE PRIORI MEMBRO, CON-
tinente *παρασκευήν*, CAPVT I.

Gajus libro primo ad Legem XII. Tabularum:

Facturus Legum Vetusarum.

1. Variæ Legum XII. Tabularum appellationes, 2. Leg. XII. Tab. interpretes quot & quales. 3. Interpreti Legum vetustarum jus ab iacua nobilis urbis repetendum. 4. Perfectum nihil est, quod non omnibus suis partibus constet. 5. Principium cuiusque rei potissima pars. 6. L. ædificia de verb. sig. intellectus, 7. Causas agenti turpe absque præfatione iudici rem exponere, multo magis interpreti. 8. Illotis manibus tractare, quid? 9. *ἀνδ' προσημίων καὶ πᾶθω* ubi & quando locum habeat. 10. Præfationum utilitas.

P *Arasceve, quam primum tituli membrum constituisse dixi, in auctoritate Gajus est fundata. Hinc n. lex prior huius Tituli, ex Commentariis illius ad Leges XII. Tabularum, & quidem libro primo petita, si inscriptioni credendum est, attribuitur. Etenim Leges XII. Tab. qua hic Legum vetustarum, & alibi Iuris veteris, ut l. 1. inf. de pet. her. §. ult. Instit. de hered. qua ab intest. defer. & l. 1. C. si cert. petat. - & legis antiquæ, in l. 2. §. 1. inf. de noxal. act. l. 1. C. de except. & §. præterea Instit. quib. mod. pat. pot. sol. & Iuris antiqui in l. Gallus 29. §. 7. infr. de lib. & post. l. in rem actio 23. §. tignum infr. de reivind. & l. 1. §. 9. ad S. c. Tertull. antiqua prudentia l. pen. in fi. C. de const. pec. Iuris civilis in l. si se bonis 10. C. de jur. del. & legitimi juris nomine in §. ult. Instit. de legit. agnat. success. significantur, complures veterum Jurisconsultorum, interpretatos esse, vel ex uno Varrone, à quo in 4. de lingua Latina ad Ciceronem pag. 9. in verbo Ambitus veteres eiusmodi XII. Tab. interpretes citantur, facile evincitur. Et sanè Sextum Ælium (qui Iuris civilis antiqui conditor dicitur, à*

A 2

Inst.

- 2 *Iust: in l. I. C. de com-fer.man.) leges XII- tabul interpreta-
tum esse, Sex. Festus, testimonio est, in libello de verb. sig. pag-
494. in fi. Itemq; Cicero. libr. 1. de Oratore, pag. 85. in fine. Et
Pomponius in l. sequenti §. Deinde Sex. Aelius inf. hoc tit. ubi
librum illius existisse asserit Tripertita inscriptum, ob id, quod
lege XII-Tab. preposita, interpretatio jungeretur, ac deinde
legis actio subrederetur. Idem quoq; L. Acilium & P. Aelium
praestitisse, testatur Cicero in 2. de LL. pa. 429. à quo veteres Du-
odecim interpretes appellantur nominatim. Illustrasse etiam XII.
Tabulas Servium Sulpicium ex Cajō cognisum est, in l. duob. 237.
inf. de verb. sign. Et Gellio lib. 5. c. 12. & eodem Festo pag. 256.
ubi Sulpicium veluti interpretem citat, dum inquit: Pedem stru-
it in duodecim, significat fugit, ut ait Servius Sulpicius. Et pag.
393. ait, Sarcito in duodecim Servius Sulpicius ait significare, da-
mnum solvito. prestato. Antistiam quoq; Labconem in XII.
Tabulas scripsisse, Gellius testatur lib. 1. cap. 12. lib. 7. c. 15. & li.
20. c. 1. ubi commentaria quae ad duodecim Tabulas composuit
allegantur. Deniq; Cajum quoq; nostrum XII. Tabulas inter-
pretando explanasse Index Digest: testis est, qui, δωδεκάβιβλ
libros sex eundem reliquisse, inter alia liquido asseverat.*

In primi igitur horum librorum fragmento aliquo ἐκ τῆς ἀναγκαιῆς ita Caius I. C. argumentatur:

- 3 *Quicumq; Legum vetustarum interpretationem facturus
est, huic jus ab incunabilis urbis necessariò est repetendum.
Ego Cajus Legum vetustarum facturus sum interpreta-
tionem.*

*Mihi igitur jus ab ipsius urbis initiis necessariò erit repe-
tendum.*

*Majorem triplici confirmat argumento: quorum primum ἐκ τῆς
τελευτῆς ductum est, hoc est, à rei cuiuslibet perfectione. In
rerum*

rerum enim natura perfectum nihil est, quod non omnibus suis partibus constat; hoc textu, & l. si is qui quadringenta 80. §. quadam infr. ad leg. Falc. Vbi heres opus municipibus facere iussus, illud fecisse non intelligitur, si ei propriam formam, quæ ex consummatione contingit non dederit. Et l. stipulatio 21. §. opus autem infr. de oper. non. nunc. Opus factum inquit Vlpianus accipimus, non si unum vel alterum camentum fuit impositum, sed si proponatur instar quoddam operis, & quasi facies quædam facti operis. Et l. rei appellatio 5. §. opere infr. de verb. sig. Vbi opere locato conducto, ἀποτέλεσμα significatur, hoc est, ex opere facto corpus aliquod perfectum. Sed cuiusq; rei potissima pars principium est; hoc textu; & facit l. si procuratorem 8. in pr. inf. mandati. Et Plato in 2. de Republ: οὐκοῦν οἷοῦθα ὅτι ἀρχὴ πάντος ἔργου, μέγιστον. Et alibi cum dixisset, καὶ τότε καλῶς ἀρχαῶς πάντες ἐγκωμιάζομεν ἐκάστοτε, Postea addit, τὸ ἦ ἐστὶ γὰρ ὡς ἐμοὶ φαίνεσθαι πλεῖον ἢ τὸ ἡμισυ: Et Aristoteles in 1. Eth. c. 7. in fin. δοκεῖ οὖν πλεῖον ἢ τὸ ἡμισυ ἔσθαι πάντος εἶναι ἡ ἀρχή, καὶ πολλὰ ἐμφανῆ γίνεσθαι δι' αὐτῆς τῶν ζητημένων, id est, principium plus quam dimidium totius esse videtur; & eorum quæ quaruntur complura per ipsum manifesta fieri solent. Et Polyb. lib. 5. hist: Rom. fol: 147. οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι τὴν ἀρχὴν ἡμισυ τῆς πάντος εἶναι φάσκοντες μέγιστην παρήνου ποιῆσαι σπευδὴν ἐν ἐκάστοις ὑπὲρ τῆς καλῶς ἀρχαῶσαι, hoc est, Archai siquidē, cum principium dimidium totius esse dicunt, in singulis reb. curandum esse monent, ut rectē ordiamur. Et Cicero pro A. Cluentio pag. 53. dicit, quod cognitio principis extrema facillimè cognoscantur, ex eo solo, quod cuiusq; rei optima pars principium sit. Et Ovidius in 1. Fastorum :

Omnia principijs inquit inesse solent.

Et Horatius libro 1. Epistolarum epist: 2. ad Lollium,

A 3

Dimidium

De Tituli priori membro.

Dimidium (inquit) facti qui cepit habet sapere, aude,
 Incipe vivendi qui rectè prorogat horam.

Et Ausonius in lib. *Ἐπιγραμμάτων* ad Cupidinem;
 Incipe dimidium facti est capisse: super sit
 Dimidium rursus hoc incipe, & efficies.

6 Iuris igitur origo, cum Iurisprudencia principium sit, negligenda non est. Non adversatur Maiori l. adificia l. 3 9. §. perfecisse inf. de verb. sign. Vbi Ulpianus perfectum adificium interpretatur, quod ita consummatum est, ut jam in usu esse possit. Id enim intuitu humanitatis Ulpianus ita asseruit: Est enim ea lex ex lib. Vlp. 7. ad legem Iuliam & Papiam desumpta, quæ ad testamenta pertinet. Ex quibus soli civis Rom: capere possunt, quem admodum Ulpia: testatur in frag: tit. 22. Vnde Latinus cum cuius Romanus non sit, lege Iunia capere hereditatem non potest, prout idem Ulp: ibidem subjicit. Si tamen Roma adificaverit Latinus, adificio jus Quiritium consequitur, eodem Ulp. autore in frag: tit. 3. Iam pone; Latinum absoluta omni arte structura non adificasse, an jus civitatis Romana consequatur? Et respondet Ulp: humanitatem spectans, si vel Roma, vel in continensibus, ades sic paraverit, ut inhabitari possint, civitatem Romanam eum consequi: utcumq; aliàs, si vel testamento vel cõventione opus aliquis facere iussus sit, illud fecisse non videatur, si propriam formam, quæ ex consummatione contingit, ei non dederit, quemadmodum in precedentibus dictum est.

Alterum argumentum, ἐκ τῆς ἡπλοῦς πρὸς τὸ μᾶλλον est desumptum.

7 Si enim in foro causas dicentibus nefas videtur esse, nulla præfatione facta, iudici rem exponere;

Quantò magis interpretationem promittentibus inconveniens erit, omissis initiis, atq; origine non repetita

ta, atq; illotis manibus protinus interpretationis materiam tractare.

Illotis autem manibus tractare dicimus, cum ex abrupto, & nulla præfatione, imparatis adhuc audientium animis rem quampiam aggredimur: locutione scilicet proverbiali, ducta ex Deorum sacris, qua manibus illotis tractare erat nefas, teste Hesiodo in operibus & diebus, ubi inquit:

Μηδὲ ποτ' ἐξ ἡὺς δὴ λυθεῖν αἰθοπα οἶνον,

Χερσὶν ἀνίηοισιν μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν.

Cui simile est illotis pedibus apud Macrobius lib. 1. Saturnal. Et Gellium lib. 1. c. 9. dum inquit: Isti qui repente pedibus illotis ad Philosophos divertunt, non est hoc satis, quod sunt omnino ἀθεωρητοί, ἄμυθοί, ἀγεωμέτρητοι, sed legem etiam dant, qua philosophari discant. Et lib. 17. c. 5. in fine, dicit: Illotis, quod ajant, pedibus & verbis reprehendit doctissimi hominis orationem. Tradit Erasmus Chilia. 1. cent. 9. Proverb. 55. Nec adversatur vulgatum illud, ἀνευ προομιῶν καὶ πάδων: Nam id in Areopago tantum sive promontorio Athenarum, in quo judicia necis ferro facta, exercebantur, Stephano περὶ πόλεων autore, procedebat. Ibi enim si in auspicianda oratione præmium aliquis, ad conciliandos iudicum animos, aut commiserationem exaggerationemve extrinsecus ductam agenda causæ accommodabat, præco extemplo prodians, cum tacere iubebat, ne verborum involucris negotium, quo de agebatur, obscuraretur, sed nuda apertaq; facta cernere, Areopagis a possent, teste Luciano in Anacharside. Secus est in foro civili atq; scholis, & primis cujusq; disciplina traditionibus. Nam ibi præfationes negligenda non sunt, quibus & benevolentia captanda, & audientium animi præparandi, & assentio excitanda sit, ut ex sequentibus clarius patebit.

Tertium

Tertium argumentum, ἐκ τῆς χρήσεως ἐστὶν ἡ τῶν ὠφελιμάτων. hoc est, à commodis qua hanc prafandi rationem consequuntur. Sunt autem duo: πῶς ἕν, ἔ προσοχή, hoc est, desiderium & attentio animi ad discendum. Alterum εὐμάθει, id est, aptitudo qua tradita facile percipiuntur. In his namq; duobus omnis prafationum vis, virtus & efficacia consistit. Cum enim fieri non possit, ut affectio aliqua in rem ignotam cadat, vel Ovidio teste in 2. de arte-

Quod latet ignotum est ignoti nulla cupido

Fructus abest facies, tum bona testis abest.

Et apud Comicum in Phadria Chareag, familiaritatem, ob id receptus miles non fuisset, quod ignoraretur, nisi parasiti id effectum commendatione: Ideo τῆ συστάσει materia quam tractaturi sumus, ita discendum animis inserenda & implandanda est, ut cum aliàs plane ardens desiderii maximaq; attentio & summus erga leges amor requiratur, eadem ad prafentem quoq; materiã addiscendam, excitare in illis possimus. Deinde praparandus est etiam iuventutis animus, ijs pramissis, qua subiecta materia declarationem respiciunt. Sive enim prafando generalem materia totius explicationem; sive materiarum connexarum distinctionem, vel deniq; verborum definitionem pramittas, ita auditorum mentes instruuntur, & informatur intellectus, ut quàm aptissimi ad facilem tradendorum perceptionem efficiantur. Hoc igitur utramq; cum prafare & efficere prafationes soleant, dicit IC. eas & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perducere, & cum ibi venerimus evidentiorẽ prafare intellectum. Et hac quidem de Membro Priori-

DE POSTERIORI MEMBRO CONTINENTE historiam tam Originis atq; processus Iuris, omniumq; Magistratum, quàm successione autorum.

CAPVT

Pomponius libro singulari Enchiridij
Necessarium itaq; &c.)

1. Historiæ ex Cicerone descriptio. 2. Nescire quid ante te actum
quid? 3. Prima 1. 2. verba, dependere ex l. 1. 4. Vtrum Triboni-
ani sint, an Pomponij? 5. Legis secundæ in suas partes distinctio.

Cum secundum Ciceronem in 2. de Oratore pag. 109. histo-
ria resis temporum sit, lux veritatis, vita memoria, magi-
stra vita, & nancia vetustatis: & nescire quid ante te actum
sit, interpretationem aliam quam semper puerum esse, non reci-
piat, ut idem in Oratore, pag. 486. Ideo Pomponius posteri-
tati consulturus, historiam de Origine atq; Processu Juris, omni-
umq; Magistratum, & ut quilibet prudentium alteri successerit,
ut compendio comprehensam brevissimo, ita gravitate con-
scriptam admirabili nobis reliquit: quam, inscriptionis testimo-
nio, ex libro eiusdem singulari Enchiridij excerptam, legi no-
stra Tribonianus inseruit. Cuius initium ἀρχαῖον ἔχει sive
complexionem ad ea, qua lege præcedenti sunt propofita. Videtur
enim ita Tribonianus voluisse arguere: veterum Iurisconsulto-
rum actio, nostra debet esse instructio: Sed Caius I. C. factu-
rus legum veterarum interpretationem, necessario prius ab urbi-
inisijs repetendum existimavit. Necessarium itaq; & nobis
videtur, ipsius Iuris originem atq; processum demonstrare. Unde
dicendum videtur, quod ista verba (Necessarium itaq; nobis
videtur ipsius Iuris Originem atq; Processum demonstrare.
Et quidem.) non Pomponio, sed Triboniano sine ascribenda, qui
ex præcedentibus colligendo, ita in legis nostra inisio inferre ne-
cessario coactus sit: aut certe si sine tribuenda Pomponio, vel σύν-
δραμον συλλογιστικόν Itaque, à Triboniano insertum esse, vel ver-
ba Pomponij esse imperfectè relata, qui à Caio fortasse, (quod vix
tamen

10 *De origine Iuris ejusq̄ progressionē.*

tamen est) diversa non scripserit. Alias enim abruptum eiusmodi aspiciendi modum, nec Latini sermonis puritas petitur, nec logicè loquentium agnoscit, aut approbat consuetudo: quod tamen adhuc ab alijs annotatum vel animadversum non meminì. Perficitur verò hoc posterius membrum, ut dictum est, trium potissimum tractatione. Initio enim Iuris Civili Romani Originem & progressum commemorat, quo planum ac perspicuum fiat, à quibus principijs, & incrementis in eum Ius Civile Romanum molem & amplitudinem excreverit, ut sua etiam magnitudine laborare cœperit, ac Iustinianus de eo in artem redigendo cogitare, recisq̄ immenso legum illarum cumulo, quibus legendis vix hominis vita sufficiebat, ad hunc quem nunc habemus librorum numerum coartare fuerit coactus. Deinde originem & nomina Magistratuum subjicit, qui νομοφύλακας imò lex viva sunt; Cicerone, in 1. de leg. teste; & jura sustinent; ut Pomponius noster loquitur in § post originem inf. hac lege; ut cognoscatur, quibus mutationibus (qua ut Critias apud Xenophontem ait, πασαι θανάτηφόροι sunt) Reipub: Romanae administratio fuerit obnoxia, quomodoq̄ vicissitudines illa, pro temporum oportunitate, rursus mutata, ac qua vitio, fortè corrupta depravataq̄ fuerant, sine turbatione magna in alium, & quidē meliorem statum sint reposita. Deniq̄ subiungit etiam successionem prudentium & professorum Iuris, ut constet, à quibus Iura populi Romani potissimum condita, aucta & tradita sint. De quibus singulis in sequentibus luculentius.

DE PRIMA POSTERIORIS MEMBRI
parte, videlicet de Origine Iuris, ejusq̄, progressionē,
CAPVT III.
Et quidem initio.)

1. Reip.

1. Reip. Romanæ administratio initio qualis? 2. Per manum quid significetur? 3. Principis arbitrium pro legibus fuisse. 4. Apud alios populos an idem? 5. Legis vocabulum veteribus Græcis ignotum. 6. Principum arbitria iuri gentium fuisse accommodata. 7. Forma Reip. Romanæ absoluta, quibus legibus postea populus fuerit usus?

Expositionem Originis Processusq; Iuris ab initio civitatis Pomponius orditur, asserendo; Initio civitatis populum sine certa lege primùm agere instituisse, omniaq; manu à Regibus fuisse gubernata; intelligens per Manum Regis arbitrium sive potestatem; ita enim Manus pro potestate etiam sumitur, in l. 4. sup. de iustit. & iur. & §. 1. Instit. de libert: ubi manus vocabulum per potestatis adiectionem declaratur; & apud Vlp. in frag. tit. 22. ubi inter suos heredes uxor que in manu est refertur, hoc est, qua est in potestate viri; & Iustinianum in l. pen. C. de furr. & ser. cor. ibi; Adhuc autem nondum sub manibus domini sui fuerat constitutus, hoc est, in domini sui potestate. Sic Abraham ad Saram, Gen. c. 16. nu. 6. Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, utere ea, ut lubet. Et Helena ad Paridem apud Ovidium:

An nescis longas Regibus esse manus?

Vult autem hoc significare I C. Initio civitatis, hoc est, ante absolutam perfectamq; nova Reipublica formam, nullas apud Romanos, ex scripto populi iudicio leges fuisse latis, sed quod Rex, Μοναρχία tenens, de controversiis tam civilibus quàm criminalibus inter cives statuisset, id pro lege fuisse observatum. Id quod alijs quoq; gentibus placuisse, Cicero auctor est in 3. de legib. in pr. fere; Vbi omnes antiquas gentes Regibus quondã paruisse ait. A quo Aristoteles quoq; Polit. libr. 1. non dissentit, Διό και inquit τὸ πρῶτον ἐβασίλευοντο αἱ πόλεις; Ἐνὸν ἐτι τὰ ἔθνη. Et Iustinus in Epitome historiarum Pompei Trogi, lib. 1. Principio rerum, inquit, gentium, nationumq; imperium penes Reges erat, quos ad fastigium huius majestatis

jefstatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio
 provehebat. Populus nullis legibus tenebatur, arbitria princi-
 pum pro legibus erant. Et lib. 2 pag. 14. in fine inquit: quia libido
 Regum pro legibus habebatur eligitur Solon vir justitia insignis,
 qui veluti novam civitatem, legibus conderes. Et Josephus legis
 5 nomen veteribus Græcis adeo incognitum fuisse scribit, ut
 ne apud Homerum quidem reperiatur: Ita enim lib. 2. adversus
 Apionem Alexandrinum pag. 360. ille: Omnes, inquit, qui apud
 Græcos mirabiles sunt, novelli atq; recentes: quando nec ipsum
 nomen legis fuisse olim apud Græcos agnoscitur. Testis Homerus
 est, qui nusquam in opere suo hoc usus est nomine. Non enim secun-
 dum legem, sed indefinitis sententijs, & Regum præceptionibus,
 populus regebatur. Vnde etiam multo tempore permansere, tan-
 tum moribus atentes & non scripto, & multa horum semper secun-
 dis eventum casuum permittentes. Hac ille, Verisimile igitur est,
 6 arbitria ejusmodi principum, juri æquitatiq; gentium ut plurimum
 fuisse accommodata. Licet enim populus sine certo jure, & sic sine
 jure civitatis in initio vixerit, cum jus civile Romanum conditum
 non fuerit, sine tamen gentium jure, quo omnes populi uteban-
 tur, eum vixisse minimè credendum, proindeq; Romulum qui
 controversiis initio ipse præfuit, Dion. teste lib. 2. pag. 63. eas
 secundum jus & æquitatem gentium determinasse, non aliter ac
 Heroicis temporibus Reges fecisse, testimonium Aristoteles præ-
 bet polit. 3. Verùm postea Reip: forma absoluta, certis quomodo
 institutus legibus populus Romanus fuerit, docet Jurisconsultus
 in sequentibus: Legibus nimirum Regijs: legibus du-
 odecim tabularum: Jure Civili: legis actionibus:
 plebiscitis: Senatusconsultis: edictis magistratus:
 & principum placitis. De quibus singulis ordine in pro-
 gressu.

DE LEGIBVS REGIIS,

Caput IV.

Postea aucta ad aliquem modum.)

1. A Romulo populi in Tribus Curiasq; instituta divisio. 2. Per partes I. C. quid intelligat? 3. Romuli leges quomodo appellatæ? 4. Romuli LL. quot & quales? 5. Numæ LL. quæ? 6. A Tullo Hostilio quid sancitum? 7. A Servio Tullio & Anco quibus de rebus cautum? 8. A quò Regiæ LL. conceitæ? 9. Demarathi Corinthij filius qui? 10. Superbus filius & gener cuius? 11. In socero quid commiserit? 12. Regno cur fuerit pulsus? 13. Liber Regiæ LL. continens quomodo fuerit appellatus? 14. Leges Regiæ Tribunicia rogatiq; abrogatæ. 15. Omnes ne sint extirpatæ an quædam? 16. Patria potestas moribus recepta. 17. Leges Regiæ nominatim repetitæ & confirmatæ. 18. In Legum XII. quatuor tabulas priores contestæ. 19. Iure incerto Popul. Rom. quamdiu fuerit usus?

Prima pars Iuris, quo post Regum arbitria Populus Romanus usus est, sunt leges Regiæ, νόμοι βασιλικοί. Aucta enim ad aliquem modū civitate, cum controversiis determinandis superare Romulo non posset, Reip. curam per sententias Curiarum expedire, atq; ita leges quasdam ad populum ferre coactus est. Etenim secundum tria genera hominum, qui urbem tunc tenebant, Ramnenses qui Albani erant, Tacienses qui Sabini, & Luceres qui reliquus adventicius populus omnis, qui in urbem confluxerat, inq; lucum confugerat, (unde & Luceres appellati.) in tres eundem tribus populum Romanum distinxisse, Ramnensem nimirum, Taciensem & Lucerem, suosq; singulis Tribunos precescisse, nec non quamq; tribum in decem partes rursus divisisse singulisq; duces suos preposuisse, ita ut triginta partes efficerentur; Dionys. autor est, lib. 2. Romanarum antiquitatum fol. 60. Plusarchus, in Rom. Varro lib. 4. de ling. lat. pag. 10. in fin. & Asconius Pad. in 3. Verr. fol. 27. in fine. Unde Iuris Consularis hic, dum Livium lib. 1. ab urbe cond. secutus triginta partium mentionem facit, non de maioribus parti-

14 De Legibus Regijs.

bis, qua tribus nominata sunt, sed de minoribus intelligendus est, quas Curias Romulus appellavit, propterea quod tunc Respublicæ curam per sententias partium earum expediebat, ut idem I. C. hic subiicit. Nam quod Sextus Festus de verb. sig. pag. 52. in verbo Centumvitalia, easdem Tribus cum Curijs esse existimat: id non solum contra Romanarū rerū memoriā est, verum ipsi etiam vocabulo, Tribus repugnat, quod à numero, cum tres tantum initio fuerint denominationem accepisse, ex I. C. constat, in §. iisdem temporibus inf. hac lege nostra: & Asconio Ped. in d. 3. Verr. fol. 28. in pr. Populo igitur per triginta illas curias congregato, seu curiatim per lictores accersito, Romulus de tota gubernationis forma leges nonnullas tulit, qua ob id curiata fuerunt nuncupata, ac us plurimum ad auspicia, resq. sacras aut publicas pertinerunt, ad privatas spectarunt pauca. Et fuerunt ferè illa: 1. Ne quid inauspicato inauguratoq. faciunto. 2. Patres, sacra, magistratusq. soli peragunto ineuntoq. 3. Plebeij agros colunto. 4. Sacrorum omnium, auspicioiumq. potestas, siue administratio, sub Regibus esto. 5. Sacra patres custodiunto. 6. Populus magistratus creanto: Leges sciscunto: Bella decernunto. 7. Deorum fabulas ne credunto. 8. Deos peregrinos præter Faunum ne colunto. 9. Nocturnas in templo vigiliis cum mulieribus ne habent. 10. Paricidas omnes capite puniunto. 11. Ne quis ante fœminas obscœna verba facito.

12. Quisquid

12. *Quisquis demissam ad talos togam in urbe habeo.* 13. *Monstrosos partus quisquis sine fraude cadunt.* 14. *Ne quis nisi per portas urbem ingreditor, neve egreditor.* 15. *Mœnia sacrosancta sunt.* 16. *Mulier viro legitime coniuncta, fortunarum & sacrorum socia illi esto, ut domusq; ille dominus, ita hac domina:* 17. *Filia ut patri ita defuncto marito cum liberis ex semise, sine illis, ex asse heres esto.* 18. *Marito uxorem adulteram, veneficam, partus vel clavium suppostricem, repudiare, deq; his criminibus cum cognatis iudicare liberum esto.* 19. *Mulierẽ, si vinum biberit domi, ut adulteram puniunt.* 20 *Parentum in liberos jus esto relegandi, vendendi & occidendi.* 21. *Nurus si incestum passa non plorasset, sacra, diuis parentum esto: cum similibus quas paucis exceptis ex Plutarcho in vita Romuli. & Dionys: lib. 2. antiquitatum collectas, resulat Iohannes Martianus lib. 2. Topogra. Roma antiqua c. 9. & Sabellicus Enned. 2. lib. 2. col. 24. meminitq; ultima (ut Anton. Augustinus eam restituit) Sext. Fest. in verb. plorare, pag. 287. Neq; verò Romulus solum leges ad populum tulit, sed ut Pomponius huc subijcit, tulerunt & sequentes Reges. Horum septem fuerunt: Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus*
Marcus,

Marcus, Lucius Tarquinius Priscus, Servius Tullius, & Lucius Tarquinius Superbus. Isti igitur

sur icidem ad populum leges tulerunt. Ac Numa quidem sorus ferè in re divina fuit: Humana quæ respicerent status pauca: ac refert huius legum capita quadam Sex. Festus in libello, de verb. sig. cuiusmodi pag: 224. in verb. occisus, illud est, ex Iustij Lipsij restitutione: Sei hominem fulminis occisit, em supra genua neq tollito. Et Opimorum spoliarum istud, pag. 231. ex restitutione Fulvii Ursini. Quo jus auspicio classe procincta opeima spolia capiuntor, Iovet. Fedetrio bovem cedito, qui cepet aris c c c. darier oporteto. Secunda spolia indu Martis Asam endo campo suo vet aurilia, utra volet cedito, quei cepet aris c c. darier oporteto. Tertia spolia Iano Quirino ac nom marem cedito, quei cepet aris centum darier oporteto: quo jus auspicio capta dis piacolom dato. Et pag: 250. in verb. Parici id, ex Scaligeri restitutione: Sei quis hominem leiberum dolo sciens mortei duit, pariceida esto. Sei im imprudens se dolo malo occisit pro capite occisei & nateis eius in concione arietem subcито. Et hoc pag. 258. in verb. Pellices: Pellex aram Iunonis ne tangito: si tanget, Junoni crinibus demissis, agnũ fœminam cedito.

cedito : cuius Gellius quoq; meminit lib. 4. c. 3. Et pag. 359. verb. Rew, in secunda tabula legum Numa, secunda lege, ita scriptum esse ait, ut Scaliger restituit: *Sei quid horum fuerat, unum iudicis arbitrove, reove, dies diffusus esto.* Et pag. 480. in verb. Termino, ita Numa statuit, ex eisdem Scaligeri restitutione: *Qui terminom exarasset, ipse & boveis sacri sunt.* Idem quoq; pag. 13. in verb. Aliuta, legis cuiusdam Numa meminit, cui hac appendix addita fuit: *Si quis aliuta faxit, ipse Iovi sacer esto.* Fuit ex Numa legibus & posthumia illa: *Vinorum ne respergito*: relata à Plinio lib. 14. nat. hist. c. 12. quam Posthumiam ob id dictam esse Manutius in libr. de ll. Romanis, pag. 16. arbitratur, quod Posthumius eam aliquis in Magistratu jussu Numa tulit: ad quam Catullus alludit his versibus:

*Ingere mi calices amariores
Vix lex posthumia iubet magistra.*

Itemq; illa de polluctu, apud eundem Pliniū, li. 31. c. 3. qua videlicet liceret polluceri, qua non liceret, à Scaligero in hunc modum restituta: *Pisceis qui squamosi non sunt, nei polluceto, squamosos omnes præter scarum, polluceto.* Sicut & hac apud eundem lib. 8. c. 2. ut Deos fruge colerent, & mola salsa litarent. Et ista apud Plusarchū in Coriolano: *Ut cum sacerdotes rem divinam facerent, clara voce præco clamaret, Hoc age: ut attento animo sacris operam darent. Deniq; Numa legem & illam fuisse, qua patri vendere filiam illum interdicebatur, qui consensu illum uxorem duxisset, testatur Dionys. libr. 2.*

- in hac verba: εἰν παλιρῶν χωρήσει γυναικα ἀγάγεσθ, κοινοῖον
 ἰσομένω ἱερῶν τε καὶ χρημάτων κτ̄ τὰς νόμας μακίη ἦν ἐξῆστιά,
 6 εἶναι ἴω παλῆρι, πολῆν τὸν ἦον. *Tulli vero Hostilij ea cum
 primis celebrata ab autoribus est, quā occasione Horatorum Ter-
 geminorum tulit, ut scilicet ἦς, quibus Tergemini essent filij, ali-
 menta de publico, usq; ad pubertatem darentur: qua suo adhuc
 tempore Romanos usos esse, Dionys: ostendit, lib. 3. antiq. Rom.
 fol. 117. in pr. ex quo idetiam Sabellicus refert Ennead. 2. lib. 4.
 col. 270. Porro Servium Tullium praterquā quod leges Ro-
 7 muli & Numa vetustate neglectas in usum revocavit, de nun-
 dinis, contractibus & iniurijs, quinquaginta alias tulisse, idem
 Dionys: autor est, lib. 4. fol. 160. in pr. ex quarum numero ea fu-
 it, cuius Sextus Festus meminit pag: 277. in verb. Plorare, ut
 Scaliger eam restituit. Sei parentes puer verberit, aſt
 oloe ploraſſint, puer diveis parentum sacer esto.
 Deniq; ab Anco Marcio quoq; quasdam leges repertas esse, resta-
 tur Cornelius Tacitus lib. 3. annalium, pag. 152. ubi de Regibus
 illorumq; legibus in hac verba loquitur: Nobis inquit, Romulus
 ut libitum imperitaverat: Dein Numa religionibus: & di-
 vino jure populam devinxit, repertaq; quaedam à Tullo & Anco;
 sed praeipuus Servius Tullius sanctor legum fuit, quēs etiam Re-
 ges obtemperarent. Hæc ille. Et ea Regum leges omnes, variis
 8 temporibus lata, sineq; ordine apud pontificum commentaria de-
 litescentes in unum corpus redactæ invulgateq; sunt à Sexto
 Papyrio I. Consulto; qui ut Pomponius subiicit, illis tempori-
 bus fuit, quibus Superbus Demarati Corinthij filius ex
 principalibus viris. Marmor Romanum Demarati habet,
 non magno sanè praeiudicio. Est enim Δημόραδι & Gracum nomen,
 & η tam in e quàm in a versi potest, ut ἠλένη Helena. In eo
 vero*

vero Inuiconfalsus memoria lapsus est, quod Superbum Demarati filium fuisse asserit. Filius enim Demarati, Superbus non fuit, sed Tarquinius Priscus. Id quod vel ex lapide Romano constare potest, qui habet; Lucius Tarquinius, Demarati filius Priscus Rex, regnat annos 37. confirmatq; illud Zonaras tom. 2. annual. pag. 12. in pr. dum inquit: Λύκιος ὁ Ταρκύνιος τὴν ἀρχὴν ἀνεκείνωσά τοῦς Δημαράτης μὲν ἦν πατρὶς Κορινθίος &c. itemq; Cicero in. 5. Tusc. quest. pag. 615. Demaratus quidem, inquit, Tarquinij Regis nostri pater tyrannum Cypsellum quod ferre non poterat, fugit Tarquinos Corintho, & ibi suas fortunas constituit, ac liberos procreauit. Et Plinius lib. 35. naturalis histor. c. 3. Hunc, inquit (intellige Cleophantum Corinthum) aut eodem nomine alium fuisse, quem tradit Cornelius Nepos secutum in Italia Demaratum Tarquinij Prisci, Romani Regis, patrem, fugientem a Corintho iniurias Cypseli Tyranni, mox docebimus. Idem eodem lib. c. 11. Demaratum vero, inquit, ex eadem urbe (Corinthum intelligit) profugum, qui in Hetruria Tarquinium Priscum, Regem populi Romani, genuit, comitatos fectores, Euchi- ra & Eugrammum, ab ijs Italia traditam plasticen. Et Macrobius lib. 1. Saturn. c. 6. Sed postea, inquit, Tarquinius Demarati exulis Corinthij filius Priscus, quem quidam Lucamonem vocitatum ferunt, Rex tertius ab Hostilio, Quintus a Romulo, de Sabinis egit triumphum. Superbus itaq; non Demarati, sed Prisci filius est, Demarati autem nepos, ut & Tabula Capitolina ostendunt: quæ habent; Lucius Tarquinius Lucij filius, Demarati nepos, Superbus, Rex regnat annos 25. Confirmat hoc & A. Gellius lib. 17. c. ult. dum inquit: Pythagoras Samius in Italiam venit, Tarquinij filio regnum obtinente, cui cognomen Superbus fuit. Et Strabo in quinto, ubi de Tarquinio Prisco loquens: Huius, inquit, filius Tarquinius secundus extitit, cognomento Superbus:

perbus: qui Regum extremus, ejectus est de regno. Licet verò Livius lib. 1. pag. 11. in pr. L. Tarquinius, Prisci Tarquinij Regis filius neposne fueris? parum liquere dicat: pluribus tamen autoribus filium se credere ait. Sanè Dionysius Halicarnassaus lib. 4. antiq. fol. 145. cum duob. seqq. L. Pisone autore, L. Tarquinij Prisci nepotem, non filium fuisse, omninò affirmat: quam opinionem Valla in confutatione quadam, in Morandum Bononiensem, etiam multis verbis comprobare conatur, licet frustra. Superbus igitur Tarquinij Prisci filius fuit, & ut Livius d. pag. 11. significat, Servij Tullij gener. Vt enim autor libri de viris illustribus, (quem quidam Plinio Caelio, quidam Cornelio Nepoti, quidam verò novissimè AEmilio Probo asscribunt) c. 7. testatur, Servius Tullius filiam alteram ferocem, mitem alteram habens, cum Tarquinij Superbi filios pari animo videret, ut omnium mentes morum diversitate leniret, ferocem miti, mitem feroci, in matrimonium dedit &c. Sed nescio quo agitati spiritu, & gener & filia omnem cognationis memoriam penitus a se abjecerint. Nam non solum Superbus regni cupiditate improba, socerum illum suum, ut ipse regno potiretur, interficiendum curavit: verum conianx etiam illius Tullia, filia Servij Tullij, nequissima femina, carpento pratervehens, furijs agitata a insectis, supra patris defuncti corpus, vulneribus ac plagis affecti & cruentati, incedere non dubitavit: Ita quidem, ut postea, non modo loco, propter rei feditatem & scelus inhumanum, (quem boni ominis causa Cyprium, hoc est, bonum, antea nominabant) tanquam nefario & conscelerato, scelerati nomen inditum sit: verum ipsi quoq; Tarquinio, Superbi cognomen impositum fuerit, propterea quod socerum gener sepultura prohibuerit, Romulum quoq; insepultum perijisse dictitans, primoresq; patrum, quos Servij rebus favisse credebatur, interfecerit; quemadmodum Livius autor est lib. 1. pag. 11.

Dionysius

Dionysius lib. 4. fol. 177. & seq. Valer. Max. libr. 9. cap. 11. Varro lib. 4. de ling. Lat. pag. 38: & Sextus Festus de verb. sig. pa. 400. in verb. Sceleratus. & Sabellicus Ennead. 2. lib. 5. col. 312. & lib. 5. col. 330. Porro illum quem dixi de viris illustribus Auctorem, nomine Tarquinij Superbi, Priscum significare, inde etiam patet, quod Livius alijs scriptores, Superbo idem tribuans, quod Prisco Plinius lib. 36. nat. hist. c. 15. & Horatius lib. 1. ser. sat. 6. dum inquit:

unde Superbus

Tarquinium regno pulsus fuit, &c.

Postrema. n. verba regno pullus τῆ παδίασολῆ sunt adjecta.

Ceterum ista tum Superbi, tum Tullia immanitas impunita non mansit. Cum enim in regni per scelus adepti administratione impotenter se gerendo, omnium sibi odium & malevolentiam conciliaffet ille, eiusdemq; filius tandem Sextus, cui fœda vitia, at fœditores longè fuere libidines, matrona nobilissima Lucretia, nocturna vi stuprum intulisset, ipsaq; consumelia impatiens, vocatis marito Collatino, & propinquo Bruto, viris clarissimis & fortissimis, dedecus ferro expiasset, Bruto autore imperium Regibus ademptum, & Tarquinium cum scelerata coninge ac omnis liberorum stirpe in exilium (quod & canem locutum fuisse memoria proditum est, serpentemq; latrasse) fuit expulsus, populusq; iurejurando ab eodem adactus est, nunquam se passurum, ut quisquam Roma regnaret, atq; eius, qui regni occupandi consilia inisset, caput cum bonis sacrum esse debere, text. est in c. proposito S. 1. 32. q. 5. & testatur Cicero in 2. de LL. pag. 402. Valer. Max. lib. 6. c. 1. Plutarchus in libello de virtutibus mulierum, c. 14. Alex. ab Alex. lib. 3. genialium dierum, c. 15. Zonaras tom. 2. annal. pag. 17. Dionysius lib. 4. fol. 192. usq; ad libri finem. Livius lib. 3. in fi. & lib. 2. pag. 14. & seq. & Sabellicus Ennead. 2. lib. 7. col. 355. in fin. Superbo igitur regnante, Papius in annum librum Regias leges congestis, qui liber, ut Iure-

*consultus subjungit, appellatur Ius Civile Papirianum. Hæ-
 jus meminit lib. 3. Satyr. c. 11. Macrob. illis verb. Ego autem
 quid mihi magistra lectione compertum est, publicabo: In Papiri-
 ano enim Iure evidenter relatum est; Ara vicem prestare posse
 mensam dicatam, ut in templo Ianonis Populonia Augusta mensa
 est &c. Deq; eo Iure librum singularem Granius Flaccus scripsit,
 in quo Regias Leges interpretatus est, teste Paulo in l. Massuri-
 us 144. inf. de verb. sig. Estq; ille Granius Flaccus, qui Licinianus
 appellatus est, cuius Macrobius meminit lib. 1, Satyr. c. 16. &
 c. 18. laudatq; cum Arnobius lib. 3. advers. gentes, & Sextus Fe-
 stus de verb. sig. pag. 203. in verb. peremptalia 301. in verb. rica, &
 502. in verb. veteratores. Ceterum Regib. propter Sexti Tarquinij
 facinus è Republica exactis, leges eorum quoq; ut quæ alias con-
 troversis in tanta multitudine non sufficiebant, siquidem Rei-
 publica magis statum quam privatos pleraq; respicerent, regia
 dominationis odio, Lege Tribunicia exoleuerunt: iterumq;
 coepit Populus Rom. incerto magis Iure & cõsuetudine, atq;
 sic communi potius omnium hominum jure, hoc est, jure gentium
 quam per latam legem, hoc est, jus civitatis, non tamen sine
 motibus, & tumultu deinceps ali; quemadmodum Iuriscõsultus
 noster hic ostendit: Qui tamen de omnibus legibus accipiendus
 non videtur, sed de ijs solummodo, quæ ad mores regios statumq;
 regni pertinebant. Has enim & similes ad regiam dominatio-
 nem constitutendam pertinentes, à Iunio Bruto Tribuno Celerum
 abrogatas esse, verisimile est: non eas, quæ vel divinas vel hu-
 manas res spectarent. Nam cum omnes Reges præter Superbum
 ita regnârint, ut quemadmodum Livius d. lib. 2. in pr. tradit,
 Brutus idem, qui tantum gloria Saperbo exacto regemeruit, ma-
 lo publico vel maximè id facturus fuerit, si libertatis immatura
 cupidine, priori Regum alicui regnum extorsisset, consentaneum
 quorq;*

14

15

quoq; est, eiusmodi leges ad populum eos tulisse, quæ re, vel maxi-
 mè civitatis fuerint, & sine quibus tuta esse communis salus
 nequiverit. Unde eas omnino sublatas esse, credendum non est,
 sed quasdam ex illis, quæ utiles accommodatæq; Republica visæ
 sunt, licet non Regio nomine, more tamen ac consuetudine retenta
 fuisse atq; observatas. Hinc patria potestas, quæm Iure Ro-
 muleo constitutam esse ex superioribus constat, moribus recepta
 dicitur in l. Patre furioso 8. inf. de his qui sunt sui vel al. jar.
 Imò nonnullas ex istis nominatim & repetitas & confirmatas
 esse, ostendit Dionysius lib. 5. antiq. Rom. fol. 205. ubi νόμος συ-
 νάλλαξις Servij Tullij, hoc est, leges de contractibus, à Tarqui-
 nio Superbo sublatas, à Iunio Bruto renovatas asserit, quod popu-
 lares essent, & humanitatis æquitatiq; plenissima. Et Livius li.
 6. in pr. ubi post captam incensamq; à Gallis urbem Tribunos mi-
 litum consulari potestate creatos, de nulla re prius, quàm de reli-
 gionibus Senatū consuluisse, imprimisq; fœdera ac Leges, quæ
 duodecim Tabula, & quædam Regia Leges fuerant, conquiri quæ
 comparerent iussisse significat. Idem lib. 34. pag. 269. ita sub
 Valerij Tribuni plebis persona de Oppia lege loquitur: Hac cum
 ita natura distincta sint: ex utro tandem genere ea lex esse vi-
 detur, quam abrogamus? an vetus Regia lex simul cum ipsa ur-
 be nata? an (quod secundum est) à Decemviris ad condenda
 iura creatis in XII. Tabulis scripta? sine qua cum maiores no-
 stri non existimaverint, matronale decus servari posse, nobis
 quoq; verendum sit, ne cum ea pudorem faminarum abrogemus.
 Deniq; leges Regias post Reges ejectos usu ac consuetudine obser-
 vatas, tandem in XII. Tabulas à Decemviris omnino coniectas
 fuisse, ita ut prioribus quatuor Tabulis Regia LL. continerentur,
 convinctis Sex. Festus de verb. sig. pag. 359. in voce Reus, ubi Nu-
 ma legem secundam ex secunda Tabula producit. Et pag. 214. in
 voce

16

17

18

voce Nuptias, citat l. Parens ex tabula tercia, dum ex Scaligeri
 restitutione, inquit: Ob quam causam legem quoq; Parens, tab. 3.
 habere caput eius obnubere, qui parentem necavisset, &c. Nam
 eam legem, Regiam fuisse, retulimus ex Festo supra in verb. Plo-
 rare. Sic Romuli legem illam, qua patribus liberos ter vendendi
 potestas concedebatur, revocatam, ac in XII. tab. quartam 300
 deinceps anno, relatum esse, testatur Vlpian. in frag. §. 1. tit. 10.
 Dionys. libr 2 antiq. Rom. ante medi. & Coccius Ennead. 2. lib.
 2. col. 241. in fine. quemadmodum & illa revocata & confirmata
 est, qua mulier, si pragnans mortua sit, humari vetatur ante-
 quam partus ei excidatur, cuius Marcellus meminit in l. negat.
 2. inf. de mortuo infer. Regibus igitur exactis, populus Roma-
 nus incerto jure ac consuetudine usus est: Idq; ut Iurisconsultus
 subjicit, propè viginti annis passus est. Tempus brevius est quam
 veritas historia patitur; sive enim consulatum Lucretij Vetu-
 rijq; spectemus, quo mentio de Quinqueviris creandis illata est,
 anni sunt, (si tabulis credimus Capitolinis) sex & quadraginta;
 sive tempus legationis quo scilicet legati ad leges à Græcis civita-
 tibus petendas missi sunt observemus, anni se offerunt quinq; &
 quinquaginta: seu deniq; tempus promulgatarum XII. Tabu. re-
 spectivamus, anni numerantur novem & quinquaginta, qua sanè
 quemcumq; eadem calculum sequaris numerum vicenarium longe
 excedunt, ut ex sequentibus patebit clarius. Itaq; reprehensio-
 nem, qua ratione Iurisconsultus possit effugere, equidem non vix
 deo. Sed hac de legibus Regijs hæc tenus.

DE LEGIBVS XII. TABVLARVM

Caput V.

Postea ne diutius.)

l. Leges

1. Leges XII. Tab. unde petitz? 2. Earum occasio. 3. Qui pro petendis LL. in Græciam missi, quandoq; reversi? 4. Quando captz scribi, & à quibus? 5. Decemviri qui? quæq; illorum potestas? 6. Quot tabulæ initio, & quò temporis spacio confecerint? 7. Decem Tabulæ quando perlatæ: & ubi? quaq; in materia propositæ? 8. Legum in res incidendarum ratio? & id an perpetuum? 9. Rostra quid? & ubi fuerint? 10. In his quid consueverit fieri? 11. Reliquæ duæ tabulæ, quomodo, à quibus, & quando prioribus adjectæ? 12. Autoritas XII. Tab. quæ? 13. Hermodorus Ephesius in legislatione illa quid præstiterit?

Altera pars Iuris, quo post Regum arbitria Populus Romanus usus est, sunt Leges XII. Tabularum,

ἡ δωδεκάδελτοι ἢ δυοδεκάδελτοι, ut Iustinianus appellat, Nov. 22.

c. 2. παλαιότεροι τῶν νόμων, ἔπειτα χεδὸν τὴν πολιτείαν ῥωμαίων διαίξαστες, ut idem ibidem subiicit. Cum enim sub patriciorum imperio populus incerto iure annis propè 40. (ut supra dictum est)

ἔατο: Postea ne diutius hoc fieret, placuit (quemadmodum Iurisconsultus subiicit) publica autoritate decem constitui viros, per quos LL. peterentur à Græcis civitatibus, & civitas fundaretur Legibus. Placuit verò lege Terentilla initio, Goveanus lib. 1. lect. Var. c. 21. Senatusconsulto autem postea consummatum est, ut ex sequentibus apparebit. Cum enim consulare imperium nimium civitatibus intollerabile, atrocius prope, quàm Regium videretur; siquidem duo pro uno, immoderata infinitaq; potestate accepti domini, qui soluti ipsi, omnes metus legam omniaq; supplicia verterent in plebem: faciendum visum fuit, ut impotens illa Consulari dominatio minueretur. Cajus itaq; Terentillus Arsa Tribunus plebis L. Lucretio Tricipitino & T. Veturio Gemino Cos. anno ab urbe condita 291 legem de Quinqueviris creandis promulgavit, qui leges de imperio consulari conscriberent, ne libidine illi sua ac licentia pro lege in posterum uterentur: autore Livio lib. 3 pag. 29. in fine. Quæ ipsa

D

quidem

quidem lex, licet propter consulum patriciorumq; acerrimas contentiones à Tribunis frustra per totum sexennium fuerit jactata: postea tamen T. Romulio Roco Vaticano, & C. Veturio Cicurino Cos: in plebem, militiam detrectantem, impotentius se gerentibus, anno à condita urbe 297. iterum in lucem perducta, ac vehementius agitata est: ita ut ea tandem sententia ipso etiã Romulio autore placuerit, ut ex Senatusconsulto pro legibus pendendis legati in Græciam mitterentur, illisq; reversis, legumlatores crearentur, qui jura patribus & plebi æqua scriberent; quæq; ab ijs essent decreta, ea & plebem & patres tenerent. Scripto itaq; Senatusconsulto, perq; populũ confirmato, anno à condita urbe 299. Sp. Tarpeio, & A. Aterio Fontinali Cos: legati consules Sp. Posthumius Albus. A. Manlius, & Servius Sulpicius Camerinus; Athenas missi sunt, jussiq; inclytas Solonis leges describere, & aliarum Græciacivitatum instituta, moresq; & jura noscere. Biennio in ea legatione absunto, anno urbis 301. P. Sestio Capitolino, & T. Menenio Lanato Cos: cum legibus in civitatem legati revertantur. Et cum ut initium tandem legum scribendarum secundum SC. fieret, intentius Tribuni instarent, trecentesimo altero, quam condita Roma fuerat, anno, App. Claudi Craßino, & T. Genucio Augurino Cos: in Appij Claudij sententiam aliud SC. factum est, ut reliquis abrogatis magistratibus, cum imperio consulari ac regio, sine provocatione Decemviri crearentur, qui ex patrijs moribus Græcarumq; civitatum institutis, optima quæq; excerpendo, civitatem legibus fundarent: quæ si Senatus approbasset, confirmassetq; populus, in perpetuum illis populus Romanus adstringeretur. Comprobato igitur à populo SC. consules magistratu se abdicarunt, & in eorum locum Decemviri constituti sunt: videlicet, Appius Claudius Craßinus

*Crassinus, T. Genucius Augurinus: Spurius
 Ueturius Crassus, C. Julius Julius. Aulus Man-
 lius: Sp. Posthumius Albus Regillensis: Servius
 Sulpicius Camerinus: P. Sestius Capitolinus. T.
 Romulus Rocus Vaticanus, & Horatius Ter-
 germinus; quemadmodum tabula Capitolinae, Livius libr. 3
 pag. 34. Zonaras tom. 2. anal. pag. 27. & Dionysius libr. 10.
 fol. 495. cum aliquot sequentibus auctores sunt: ex quibus ea
 quae de decem legatis parum cautè à Iuriconsulto hic asseve-
 verantur, restituenda sunt. Alias enim idem rectè: datum
 est, inquit, eis (Decemviris scilicet, quibus legati, cum LL. ex
 Gracia reversi, fuerunt annumerati) eo anno, (centesimo nimi-
 rum secundo, quo LL. scribendis fuerunt praestituti) jus in civi-
 tate summum (consulare videlicet quale Reges antea habuerunt)
 uti leges (a Gracis alijsq. civitatibus impetratas) & corrige-
 rent (ijs nimirum quae ad gubernandam Rempubl. idonea vide-
 rentur retentis, superfluisq. reiectis) & si opus esset interpre-
 tarentur) eas scilicet vel ad similes casus accommodando, vel in
 dissimilibus mitigando: nec provocatio ab eis esset (lege
 nimirum Valeria soluta) sicut à reliquis magistratibus fieret,
 (Consulibus videlicet Tribunis, & his similibus. Nam Dictatorem
 provocationi quoq. non cessasse docet idem IC. hac lege nostra §.
 populo deinde aucto. & dicitur infra c. 16. Hi ergo Decemviri
 magistratu inito, opus statim aggrediantur, & non ex moribus
 patris, legibusq. Atheniensium solam (quod Augustinus lib. 2.
 de civitate Dei c. 16. Voluit) verum aliarum etiam Gracia civitatum
 (teste Iuriconsulto hic; & Gellio lib. 20. c. 1. & Ammiano Mar-
 cell. lib. 16. rerum gestarum, pag. 500. ubi leges sumptuarias, ex*

Rhetris Lyncurgi, id est Axonibus, Romam translatas, diu fuisse observatas scribit, demumq; senescentes à Iuliano Imperatore paulatim reparatas. imò ex Faliscorum quoq; institutis (ut Servius in 7. Æneid. in illo versu,

Hi Fescenninas acies, aquosq; Faliscos, restatum reliquit.) X. tabulas conscribunt: easq; eo ipso anno quo creati sunt, in publicum producunt, potestatem inspiciendi omnibus faciunt, leges propositas ut legant singuli & universi jubent: se (ut Livij verbis utar) quantum decem hominum ingenijs provideri potuerit, omnibus summis infimisq; jura equasse: plus pollere multorum ingenia consiliaq; versarent in animis secum unam quamq; rem; agitarent deinde sermonibus, atq; in mediam quid in quaq; re plus minusve esset, conferrent: eas leges habiturum populum Rom. quas consensus omnium invexisse, nec jusse latas magis quam tulisse videri posset. Cumq; ad rumores hominum de unoquoq; legum capite edito, satis correctæ viderentur, censoriatis comitijs perlatæ sunt, ac (ut Iurisconsultus hic inquit) in tabulas eboreas perscriptæ, ac pro rostris positæ, ut possent apertius leges percipi. Livius in æ incisæ asserit d. 3. pag. 39. & Dionysius d. lib. 10. fol. 499. in bases æneas; id quod verisimilius est: confirmatq; hoc non solum Cicero in 3. Catilin. pag. 284. & Philip. 1. pag. 417. & 422. ac Sueton. in Iulio Casare c. 28. sed constat alias etiam, ea quæ perpetua esse debuerunt, à veteribus ut plurimum in æ fuisse incisæ. Vnde Plinius, lib. 34. c. 9. Vfus, inquit, aris ad perpetuitatem monumentorū jampridem translatus est, tabulis æreis, in quibus publicæ constitutiones inciderentur. Et Venulejus in l. qui tabulam 8. inf. ad leg. Jul. pec. lege Iulia peculatus, eum teneri dicit, qui tabulam æream legis, i. in quam lex incisæ erat, refixerit: Et Imp. Theodosius & Valent. in l. posteriori C. de frument. urb. Constantinopolitana

nopolitana lib. 11. postquam constituissent, ne prefectus urbi pecuniam frumentariam in alios usus converteret, legis illius tenorem aeneis tabulis incidere iusserunt. Sanè Codicam eboreorum meminisse Vlpian. in l. librorum 52. in pr. de legat. 2. Unde verisimile est, quod leges, quae proponi prius aeneis tabulis consueverunt, postea tabulis eboreis sint propositae, quodq; ad sui temporis usum Pomponius respexerit, quae in sententia Cuiacius est. Pro rostris autem inquit IC. hoc est, ante vel in rostris: praepositionem enim Pro, inter alia pro ante vel in poni, Sextus Festus auctor est, de verb. sig. pag. 295. & seq. & Varro lib. 5. de ling. lat. pag. 55. Suntq; Rostra (quae ad comitiarum fuisse, prope iuncta curia, Padianus ait in Milon. fol. 88) suggestum ex rostris navium Antiatium fabricatam; teste Livio lib. 8. pag. 93. ubi inquit: Naves Antiatium partim in navalia Roma subductae, partim incensae, rostrumq; earum suggestum in foro extractum adornari placuit, rostrumq; id templum appellatum. Pro rostris igitur illis, loco illius rostri, tabulae illic in aes incisa, fuerunt propositae, easq; sua adhuc aetate, incolum scriptura, propositas ibidem perdurasse, Diodorus Siculus (qui Augusti temporibus vixit) scriptum reliquit lib. 12. Unde Cicero pro Rabirio pag. 345. Si, inquit, lex ferretur concolaretis ad rostra. Et Augustum Imperatorem, Legem illam Iuliam de adulterijs, quae interdum Iulia de adulterijs coercendis, ut l. 5. & 42. inf. ad l. Iul. de adul. l. 3. & 17. C. eodem tit. & l. 38. §. 1. inf. de minorib. interdum vero Iulia de pudicitia appellatur, ut l. 8. & 9. C. ad l. Iul. de adul. & à Suetonio in Aug. c. 34. ex rostris similiter tulisse, testem habemus Senecam, libr. de benef. 6. ubi de Augusto loquens, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater legem de adulterijs tulerat, filia in se supra placuisse, scribit. Nec verò leges solummodo pro rostris ferèbantur; sed agebantur etiam in rostris causa; quemadmodum apud Livium de

30 *De Legibus XII. Tabularum.*

Virginia legitur utrum serva an libera esset: & testatur Cicero in Oratione pro A. Cluentio pag. 107. & Cato Rabirio, ante se ibidem & conciones haberi solitas, mortuosq; laudatos, ostendi & Plinius: Concionaturi inquit, Rostra ascendebant. Et ad stipulatus Capitolinus in Maximo & Balbino: Deinde, inquit, ad rostra populum convocarunt, ubi cum orationem de senatus sententia & de sua electione habuissent, Populus Roman. cum militibus qui forte convenerant acclamavit; Gordianam Caesarem amnes rogamus. Et Corn. Tac. lib. 3. annal. differens de Drusi funere, Germanici patris, qui in Germania perierat. Circumfusas, inquit, lecto Claudiorum Liviorumq; imagines, desletam in foro, laudatum pro nostris. Idem lib. 4. pag. 195. Laudante filium pro rostris, inquit, Tiberio, Senatus populusq; habitum ac voces dolentium simulatione magis quam libens induebat, domumq; Germanici reviviscere occulti lætabantur. Acrovetus interpres in Eppod. Horatii. Varro, ait, pro rostris sepulchrum Romuli dixit: ubi etiam in huius rei memoriam duos leones erectos fuisse constat: Vnde factum est, ut pro rostris mortui laudarentur. Deniq; in eisdem etiam clarorum virorum, qui operam Reipublicæ navarunt, imagines pro immortalis gloria sæpe statui & coli solitas, Cicero in Philip. testatur, dum inquit: Cn. Octavij clari & magni, viri, qui prius in eam familiã, qua postea viris fortissimis floruit attulit consulatum, statuam videmus in rostris. Et Velleius Paterculus lib. 2. fol. 82. in fi. ubi de C. Octavio Casare loquens, inquit: Eum Senatus, honoratum equestri statua, qua hodieq; in rostris posita astatem eius scriptura indicat, (qui honor non alij per 300 annos quam L. Sulla & Cn. Pompeio & C. Casari conserat) propratorem unã cum consulibus designatis Hircia & Pansa bellum cum Antonio gerere iussit. Sic Dionysius lib. 1. fol. 54. tradit, in praclaro fori Romani loco pro rostris, super leonem lapideum

lapideum impostum fuisse corpus Faustuli, qui ibi cecidit, cum certamen Romuli & Remi dirimere vellet.

Legibus igitur decem tabularum anno ab urbe condita 302 perlatis, vulgaratur deinde rumor (inquit Livius lib. 3.) duas deesse tabulas, quib. adiectis, absolvi posse, velut corpus omnis homani Iuris. Itaq; postero anno & hæc, comitijs centuriatis sunt perlata. Quod ipsum & Gellius scribit lib. 17. c. ult. Et Dionysius d. lib. 10. fol. 500. in pr. & Fenest.: lib. 2. c. 14. dum inquit: Cum verò rumor percrebuisse, duabus alijs tabulis jus populi Romani plenum & absolutum fore; iterum habitis comitijs, alijs Decemviri subrogati sunt. Vnde apparet Iurisconsultam nostrum hinc, dum dicit, (qui ipsi animadverterunt aliquid deesse istis primis legibus: ideoq; sequenti anno alias duas ad easdẽ tabulas adjecerunt) de omnibus præcedentis anni Decemviris intelligi non posse, sed solummodo de Appio Claudio, qui postquã habendorum comitiarum jus illi datum fuerat, sese contra jus & fas Decemvirum eo anno creavit, cum reliqui sese magistratu abdicarint, & in eorum locum alijs subrogati fuerint: quemadmodum apud Fenestellam, Livium, Dionysiumq; locis prædictis videre licet: & confirmat annus Capitolinus 303. qui catalogum Decemvirorum, duabus istis tabulis conscribendis adhibitorum, complectitur. Fuerunt autem hi: Appius Claudius Crassinus: M. Cornelius Maluginensis: L. Minutius Augurinus: T. Antonius Merenda: M. Sergius: Q. Fabius Vibulanus: M. Rabuleius: Q. Pætelius: K. Duilius, & Sp. Oppius Corniscen. Ex quibus tres posteriores è plebe, reliquis autem omnes conditionis obscurioris fuisse, præter Q. Fabium Vibulanum, qui & ter

— con.

32 De Legibus XII. Tabularum.

consul fuerit, & vir ad id tempus ex virtute omni irreprehensibilis; tradit Dionys. d. libr. 10. fol. 500.

Hi ergo Decemviri sequenti anno, hoc est, anno ab urbe condita 303 alias duas ad easdem Tabulas à precedentis scilicet anni Decemviris promulgatas, adjecerunt: in quibus lex una de maritandis ordinibus scripta fuit, que patricos cum plebeis matrimonio jungi vetuit: ut idem Dionysius autor est d. libr. 10. in fin. Et ita, ut Iuriconsultus hic subjicit, ex accidenti leges XII. Tabularum appellatæ sunt, quas Athalaricus Rex apud Cassiodorum in Epistola ad Senatum urbis Roma libr. 9. variarum fol. 223. duodecim capita nominat, ac Phavorinus philosophus non minus cupide se legisse ac illos decem Platonis de legibus libros, apud Gellium proficitur lib. 20. c. 1. Quantum vero illis semper & ponderis & autoritatis adscriptum & attributum fuerit apud Ciceronem, Livium, & Cornelium Tacitum videre licet. Crassus enim apud Ciceronem in 1. de Orat. pag. 66. in fi. ita de ijs inquit: Sive quem hac aliena studia delectent, plurima est & in omni Iure, & in Pontificum libris, & in duodecim Tabulis antiquitatis effigies, quod & verborum prisca vetustas cognoscitur, & actionum genera quadam majorum consuetudinem, vitamq; declarant: sive quis civilem scientiam contempletur, quam Scævola non putat Oratoris esse propriam, sed cuiusdam ex alio genere prudentia, totam hanc descriptis omnibus civitatis utilitatibus ac partibus, XII. tabulis contineri videbitis. Sive quem ista præpotens & gloriosa Philosophia delectet: dicam audacius, hosce habet fontes omnium disputationum suarum, qui Iure Civili & Legibus continentur. Et paulò post: Fremant omnes licet, dicam quod sentio: Bibliothecas me hercule omnium philosophorum, unus mihi videtur XII. Tabularum libellus, si quis legum fontes & capita viderit

vident, & autoritatis pondere & utilitatis abertate superare.
 Quod Antonius pag. 87. in f. repetit, ibi, non in XII. Tabul.
 quas in omnibus Bibliothecis anteponeis, sed in magistri carmine
 scriptam videretur. Livius vero in d. lib. 3. ita de his loquitur.
 Cum ad tumores hominum de unoquoq. legum capite edito, satis
 correcte viderentur; centuriatis comitijs decem tabula perlata
 sunt: quæ nunc quoq. in hoc immenso aliarum super alias acerua-
 tarum legum cumulo, fons omnis publici privatiq. est iuris. Cor-
 nelius deniq. Tacitus lib. 3. annal. pag. 152. Pulso Tarquinio,
 adversus patrum factiones, multa populum paravit tuenda liber-
 tatis, & firmanda concordia: creatiq. Decemviri, & accitis qua-
 rum quam egregia, composita duodecim tabula, finis equi juris:
 nam secuta leges, etsi aliquando in maleficos ex delicto, sæpius ta-
 men dissensione ordinum, & apiscendi illicitos honores, aut pel-
 lendi claros viros, aliq. ob præva, per viros lata sunt.

Ferendarum autem harum legum autorem fuisse
 Decemviris, Hermodorum quendam Ephesium exulan-
 tem in Italia, tradit iuriconsultus hic: qui non ita accipiendus
 est, quasi Hermodorus ille, leges Romanis scripserit; in qua sen-
 tentia Strabo fuisse videtur, lib. 14. sed quod Decemviri Gra-
 cæ lingua cognitione destitutus, leges à Græcis civitatibus peti-
 tas, interpretatus sit, ut eò rectius officio suo fungerentur: quem
 admodum ex Plinio colligitur, qui legum Decemviralium inter-
 pretem eum nominat, lib. 34 nat. hist. c. 5. dum inquit: Fuit &
 Hermodori Ephesij statua in comitio, legum quas Decemviri scri-
 bebant interpretis publicè dicata &c. Eum Cicero ob id exulare
 iustum dicit, quod vir probus esset. Ita enim in 5. Tusc. q. pag.
 613 de eo scribit; Est apud Heraclitum Physicum de principe E-
 phesiorum Hermodoro: universos ait Ephesios esse morte multatū-
 dos, quod cum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt,

E

Nemo

Nemo de nobis unus excellat, sed si quis extiterit, alio in loco & apud alios sit. Quod ipsum & Aristidis obiectum esse, AE milium Probus in illius visa scribit: Qui, inquit, cum intelligeret (intelligit Aristides) reprimi concitas am multitudine non posse, sedensq; animadverteret quendam scribensam, ut patria pelleretur; quæfisse ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Aristides commisisset? cur tanta pæna dignus duceretur? Cui ille respondit: se ignorare Aristidem, sed sibi non placere quod cupidè elaborasset, ut præter ceteros justus appellaretur. Quod ipsum Cicero quoq; refert loco proximè dicto, dum inquit: Quid Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria, quod præter modum justus esses? Sed hæc de secunda parte Iuris sufficiant.

DE IVRE CIVILI CAPVT VI.

His igitur legibus.)

1. Fori disputationem quid extorferit. 2. Legum Decemvirialium interpretandarū potestas initio penes quos? 3. Post Decemviros LL. XII. tab. qui sint interpretati? 4. Legum XII. tab. obscuritas. 5. Fori Iurisconsultorum disputatio quomodo appelletur? 6. Apud quos auctores partis hujus mentio inueniatur. 7. Potestate, de Iure respondendi Iurisconsultis à Cæsaribus concessa, fori disputatio pars ne Iuris scripti facta sit an non?

Tertia pars Iuris ex non scripto descendens, Fori disputatio est, à Iurisconsultis facta, quæ dicitur *Jus Civile* νομοθεσία πολιτικῆ. Cum enim Legum XII. Tabul. quæ non nisi necessarijs præfusa & concisis verbis conceptæ & perscriptæ erant, non solum breuitas, omnibus controuersiarum articulis definiendis non sufficiens, aut productionem ad casus similes, aut mitigationem in dissimilibus requireret l. non possunt l. neq; & passim inf. de LL. sed etiam comes breuitatis obscuritas, multa in causarum conflictu

confictu inconuenientia progeneraret: siquidem in uocam ambiguitate naturali, quislibet forensium negotiorum architecti ac veteratores in suam eas sententiam flectere, inq̄ suscepta causa patrocinium adulterando detorquere soleant: utpote qui ea in iudicium, ut causa caderet in sententia non uenirent, sed ut interpretando, legum uerba ita potius moderarentur, ut à sua parte facere uel maxime uiderentur: Ideo cœpit (quod Iurisconsultus ait) ut interpretatio desideraret prudentium autoritatem, necessariaq; esset disputatio Fori. Licet enim Decemuirorum solummodo, quorum & legum ferendarum potestas erat, ex Sententia populiq̄ Rom. autoritate eiusmodi interpretandi leges XII. tabul. facultas initio fuerit; quemadmodum S. precedenti Iurisconsultus demonstrauit: Decemuiratu tamen, ob Appj Claudij, uindicias Virginio secundum libertatem non cedentis dominationem, euerso, eorum prudentium interuentus desideratus est, qui experientia longaq; rerum usu, prudentiam sibi, ex eaq̄ ipsa autoritatem comparassent, quiq; ut Cicero in 1. de Orat. pag. 33. loquitur, legum consuetudinisq; eius, qua privati in ciuitate uterentur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cauendum periti essent.

Ex illis igitur quam plurimi, doctrina ac multis magniq; meritis prestantes, ad eas populo interpretandas sese consuluerunt, capitq; & uomenta rationum in magistratum auditorio & cognitionibus, inter se conferentes fori disputationem introduxerunt, & quid sequendum iudicando esset, ex collatione eiusmodi elicuerunt l. cum in fundo 78. S. si fundus in fi. inf. de iure dot. Hinc est quod Hermog. in l. fi. inf. pro legat. dicit; Si legatum non iure relictum sit, pro legato usucapi, post magnas uarietates obtinuisse. Idem & in l. cum ex uno 32 inf. de obligat. & actio, post magnas uarietates obtinuisse refert, si ex uno de-

licto plures nata sint actiones, quod omnibus experiri permittatur. Eoq; etiam illud referendum est, quod Paulus ait, in l. cum quidam 19. inf. de lib. & post. cū quaereretur, filia ex asse instituta filioq; decem legatis in cetera parte. ex herede scripto, an rectè ex hereditas videretur: Scavolam respondisse, non videri; & in disputando, ideo non valere adieciisse, quoniam nec fundi ex heres esse jussum, rectè ex heredaretur. Itemq; illud Arcady Charisij in l. fin. S. mixta manera, inf. de mun. & honor. ubi Herennium Modestinum multa & notando & disputando bene & optima ratione decrevisse affirmat. Et eiusmodi disputationes colligendo Ulpianus decem, Tryphoninus verò viginti libros composuerunt ac compleverunt, quemadmodum inquirentis ex Indice Digestorum constare poterit.

4 Propter obscuritatem igitur XII. tab. fori disputatio introducta est, qua tanta in illis fuit, ut Phavorinus apud Gellium lib. 20. c. 1. conqueratur, in ijs legibus verba multa tam fuisse obscura, ut vix ea quisquam posset interpretari. Et lib. 16. c. 10. quidam ridetur, quod cum Iurisperitus vocari vellet, verba XII. tabul. prisca, nec teneret, nec interpretari, aut enarrare posset. Hinc Cicero in 2. de LL. pag. 479. Quid, inquit, Lesam XII. tabula appellarent, veteres eorum interpp. Sextus Aelius & L. Acilius non satis intelligere se dixerunt.

5 Caterum declaratio illa Iuriconsultorum, sive ut Pomponius hic loquitur, Hæc disputatio & hoc jus, quod sine scripto venit, compositum a prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, h-e- proprio aliquo, ut reliquæ partes, donatum nomine non fuit, sed, ut idem subjicit, communi nomine Ius Civile appellatum est. Cum enim reliqua Iuris Civilis partes omnes, suis nominibus designarentur, dicereturq; Ius Civile

Papirianum

Papirianum, Flavianum, Aelianum, Leges
 Curia, Leges XII. Tabularum, Legis actio-
 nes, Plebiscita &c. hac sola in generali Iuris Civilis ap-
 pellatione mansit, ita ut generis nomen ad speciem redigeretur,
 & Jus Civile alias Iuris partes, continere diceretur, alias, & qui-
 dem in specie, fori disputationem respiceret: non aliter atq; ad-
 optionem, institutionem, cognationem, & similia, nostri distin-
 guunt, generis nomine ad speciem arctato, in l. 1. inf. de adopti.
 l. 1. inf. de vulg. l. Iuriconsultus inf. de gradibus, cum similibus.
 Eamq; Iuris partem, Paulus, Jus Commentitium appellare vide-
 tur, quasi a Iuriconsultis inventum, excogitatum, aut introdu-
 ctum, in l. si pœna 20. inf. de panis, dum ait: si pœna alicui ir-
 rogatur receptum est commenticio Iure, ne ad heredes transeat:
 existimantq; quidam eam per Ius Civile designari in §. erga se-
 quidem Instit. de fideicom. hered. & apud Vlp. in frag. §. eos
 qui in utero, tit. 22. & §. si duob. tit. 24. meo quidem iudicio
 male. Ius enim locis omnibus per Ius Civile non fori disputatio-
 nem, sed legem XII. Tabularum intelligi, inter saniores conuo-
 nis plerog;: & fori disputationem a Duodecim Tabulis diuer-
 sam esse manifestum ex his fiet, qua de hac ipsa re statim sumus
 subiuncturi. De hac igitur Iuris nostri parte, quin Theophilus
 loquatur in Institutionum paraphrasi, in dubium, credo, vocare
 neminem. Ita enim ille §. 1. de acq. per arrogat. eleganter:
 Κομοθεσία, inquit, πολιτική ἐστὶν ἢ ἀρχαὶ σωμαίνων τῶν σο-
 φῶν ἢ νῦκα τι εἰσενέχθαι ἀρχαίως εἶτα διὰ τῆς χηρείας ἐπατυρία
 ἢ πλεισταίων γνόντες οἱ σοφοὶ τὸτο χηρίσιμον ἐβεβαίωσαν δικαίῃ
 σωμαίνων. Ideoq; Justinianus etiam de ea ipsa parte accipiendum
 est in d. §. 1. de acq. per arrog. dum inquit: Est & aliterius ge-
 neris per anuersitatem successio, qua neq; lege XII. tabul. neq;
 pratoris

Pratoris editto, sed eo jure quod consensu receptum est, introdu-
 cta est. Eandemq; idem Imperator etiam intellexit in §. media.
 Instit. de leg. agnat. suc. ubi inquit: *Media autem Iurispru-*
dentia, qua erat quidem lege XII. tabul. junior, imperiali au-
tem dispositione anterior, subtilitate quadam excogitata praesa-
ram differentiam inducebat, & penitus feminas à successione a-
gnatorum repellebat. Et Paulus lib. 4. sent. tit. 8. Femina
ad hereditates legitimas ultra consanguineas successiones non
admittantur, idq; jure Civili vel Voconia rogatione videtur ef-
fectum: Ceterum lex XII. tabul. nulla discrezione sexus cogna-
tos admittit. Et Cicero in 3. Offic. pag. 159. ubi ait: De Iure
prædiorum sancitum est apud nos à Iure Civili, ut in his venden-
dis vitia etiam dicerentur, qua nota essent venditori: Nam cum
ex XII. tabul. satis esset cautum, ea præstari, qua essent lingua
nuncupata, qua qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret; à Iuris-
consultis etiam reticentia pœna est constituta. Quicquid enim
inest prædio vitij, id stasuerunt, si venditor sciret, nisi nomina-
tum dictum esset, præstari oportere. Quibus quidem locis omni-
bus, Fori dispensationem seu Ius Civile à XII. tabul. expressè se-
parari, nemo est, qui non animadvertat. Meminit eiusdem
partis idem Cicero & in Oratione pro Cacinna, pag. 783. Fundus,
inquit, à patre relinqui potest: at usucapio fundi, hoc est, finis
solicitudinis & periculi litium, non à patre relinquitur, sed à le-
gibus: aqueductus, hærædus, iter, actus, à patre, sed rata autori-
tas harum rerum omnium, à Iure Civili sumitur. Et paulò antè,
eadem pag. à legibus Ius Civile expressè distinguit, dum in-
quis: Quid enim refert, ades, aut fundum relictum à patre, aut
aliqua ratione habere bene partum, si incertam sit, quacumq; tua
jure mancipij sint, ea possune retinere? Atibi credite, maior he-
reditas venit unicuiq; vestrum in ysdem bonis à jure & à legi-
bus

bus, quam ab ijs, à quibus illa ipsa bona relicta sunt. Nam ut pervenias ad me fundus, testamento alicui fieri potest; ut retineam quod meum factum sit, sine Iure Civili non potest &c. Sane postquam prudentes ex potestate sibi à Caesaribus concessa, de jure responderant, jurag, populi Romani interpretati sunt, prudentiam illa auctoris ut forsù dispositio, species Iuris peculiaris ex non scripto descendens, esse desijt, & pars capis esse Iuris, Civilis scripti; qua de re in S. Hi duo inf. hac lege, & S. responsa Inst. de jur. nat. gent. & civili. Atq; hac de tertia quoq; parte.

DE LEGIS ACTIONIBVS, Caput VII.

Deinde ex ijs Legibus eodem tempore.)

1. Legis actiones unde, & quare sic dicta?
2. An ab actionibus legitimis differant?
3. A quibus celebrata?
4. Apud quos expedita?
5. Earum quot & quales?
6. Quibus diebus exerceri solita?
7. Penes quos fuerint?
8. Pontifices unde?
9. Quot initio fuerint, & quot postea?
10. Quid in illorum creatione observatum?
11. Praefectus eorum quomodo appellatus?
12. Apud collegium Pontificum quae fuerint?
13. Sacerdotibus Gallorum, Aegyptiorum & Germanorum quid permillum?
14. A Pontificibus & dies agendi, & actiones impetratae.
15. Quamdiu populus ea consuetudine usus?
16. Flavius quando Fastos divulgaverit?
17. Cum quo fuerit AEdilis Curulis?
18. Tribunus pleb. & AEdilis ante an post divulgationem fuerit?
19. Liber Fastorum ab eo divulgatus, quomodo postea appellatus?
20. Actionis vocabulo quid significetur?
21. Conferere manum jure aut cum hoste quid?
22. Fastorum divulgatione facta Pontificij I.C. quid instituerint?
23. Per agendi genera I.C. quid intelligat?
24. Formularum per notas describendarum, actionumq; impetrandarum ratio quamdiu duraverit?

Quarta pars Iuris Legis Actiones sunt, à ἡ νόμος ἀγωγῶν. Legibus enim duodecim Tabul. promulgatis, ut agere homines & disceptare inter se possent, ex ijs ipsis legibus actiones compositae sunt, quae ut I.C. hic inquit, legis actiones appellantur,

tur, id est, legitimæ actiones, ob id, quod illarum rerum de quibus lex XII. tabul. scripta erat, tam à magistratibus, tum à privatis agendarum, modum, formam, & rationem præscribens. Interpretor autem ex Pomponij sententia legis actiones, actiones legitimas. Nam legis actiones & actiones legitima idem sunt. Ita enim & Ulpian. in fragmen. tit. 11. §. moribus. lege agere & legitimo iudicio agere pro iisdem posuit. Dico tum à magistratibus, tum à privatis: Neq; enim à privatis solummodo actus legitimi peragebantur, sed etiam à magistratibus, ut ex ijs, qua postea dicentur, apparebit. Nec adversatur I.C. hic, qui Legis actiones definiens, quibus homines inter se disceptarent, ad disceptatrices tantum, restringere eas videtur, & non ad eas, qua ad lites nihil perinebant. Neq; enim, ut Cuiarius rectè respondet, disceptatrices illas solas dicit esse legis actiones, sed legis actiones appellari, sicut apud Bocium in Topic. Ciceronis, Caius in 2. Instit. Cessionis in iure formula enarrata subiicit, idq; Legis Actio vocabatur, non quod legis actionem definiens, sed quod demonstrare voluerit, cessionem in iure legis actionem vocari. Cuiat. lib. 15. obs. c. 10.

Ceterum ne (ut I.C. subiicit) populus prout vellet has actiones institueret, hoc est, temerè, aut pro libito, arbitrio suo ageret, scientiamq; longè sacratissimam sine fine profanaret, eas non solum certas esse voluerunt, hoc est, certo numero circumscriptas: ex quo genere in iure cessio est apud Caium 2. Institut. emancipatio in l. 4. de adopt. & apud Iustin. in Novell. 81. in pr. manamissio per vindictam, apud Paul. in 2. sent. tit. 25. §. apud magistratus, adoptio in l. 3. de offi. procons. mancipatio, acceptilatio qua inter presentes verbis fit conceptis, aditio aut creatio hereditatis, serui vel alterius cuiusdam rei optio, Asiliani tutoris datio & similes, de quibus Papinianus in l.

actus

actus legitimis 77. *inf. de reg. iur. & Petrus Faber semest. libr. 2. c. 22. cum 2. seqq: Sed voluerunt etiam ut essent solemnes, hoc est, ut non solum apud eum magistratū expedirentur, qui legis haberet actionē, ut de adoptione in specie traditur in l. 1. *inf. de offic. iudici Alex. l. 3. §. ult. & seq. infr. de offic. proc. & leg. & l. 1. C. de adopt. & de emancipatione & manumissione in l. 4. *inf. eod. tit. & apud Paulum in 2. sent. tit. 25. sed etiam ut staret solummodo fastiis, (quibus scilicet fari vel dici ius posset) non autem omnibus promiscue diebus exercerentur: Unde Varro in 5. de ling. lat. pag. 50. in pr. Dies Fasti, inquit, per quos Prætoribus omnia verba sine piaculo licet fari: contrarij horum vocantur dies Nefasti, per quos dies nefas fari Prætorē Do; Dico; Addico. Itaq; non potest agi: necesse enim est, aliquo eorum uti verborum, cum lege quid peragitur. Quod si tum imprudens id verbum emisit, aut quem manumisit, ille nihilominus est liber, sed vitio: ut magistratus vitio creatus, nihil secius magistratus. Ovidius in 7. Fastorum;***

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur,

Fastus erit per quem, lege licebit agi.

Macrob. lib. 1. Satur. c. 16. Fasti dies, inquit, sunt, quibus licet fari Prætori tria Verba solemnia; Do; Dico; Addico; hisq; contrarij sunt Nefasti. Intercisis diebus, quibusdam horis fas est quibusdam non est, jus dicere. Et Fastis quidem diebus Lege agi potest, cum populo non potest. Hac ille. Et hi dies, quibus Lege agi poterat, descripti erant in libris, qui Fasti dicebantur, qui una cum Actionibus apud Collegium erant Pontificum, quemadmodum Iurisconsultus hic significat, dum inquit: omnium tamen harum & interpretandi scientia & actiones apud collegium Pontificum erant. Pontifices à Numaprimū instituti sunt, Livio teste lib. 1. ab urbe condita, pag. 5. quo

F

tempore

tempore non Pontifices, Sabellicus Ennead. 2. lib. 3. col. 262. sed
 sacerdotum principes nominati fuerunt, teste Pomponio Lato in
 libro posteriori c. 10. Postea verò, cum Anco Marcio regnante
 Pons Sublucius factus fuit, à Ponte Pontifices fuerunt appellati,
 eodem Pomponio Lato, loco proxime dicto autore, Varrone lib. 4
 de ling. lat. pag. 22. & Dionys. lib. 2. Rom. antiq. fol. 96. Vlti-
 ma, inquit, fuit divisio Numa constitutionis de sacris, qua for-
 titi sunt hi, qui magnum apud Romanos sacerdotium & potesta-
 tem habent: qui quidem lingua eorum ab uno opere quod faci-
 unt, pontem ligneum reficientes, Pontifices appellantur. Et fue-
 runt eorum initio quidem quatuor ex patribus solummodo lecti:
 verum postea cum inter Plebem & Senatum peculiare malum in
 liberis civitatibus erumpere discordia inciperet, seq. plebs, quasi
 profanam, à sacris removeri quereretur: Ideo Tribuni plebis ad-
 versante Senatu, ad extremum latis rogationibus obtinuerunt,
 ut sacerdotia communicarentur. Lege itaq. Ogulnia à Q. &
 Cn. Ogulneis Tribuni plebis lata, Q. Apuleio Pansa, & M.
 Valerio Corvo Cos. anno ab urbe condita 452. alij quatuor Pon-
 tifices ex plebe creati sunt, ut omnino octo Pontifices efficeren-
 tur. Livius libr. 10. pag. 113. Fenest. lib. 1. c. 8. Quibus Iulius
Cesar nonum addidit, autore Dione lib. 42. pag. 129. In quo-
 rum creatione hoc peculiare fuit, quod ut legibus salvis, Pontifi-
 ces duo ex eadem gente simul fieri non potuerunt; idem Dion
 lib. 39 pag. 61. ita eodem vivente, pontificatum illius capere
 nemo potuit; ut idem Dion autor est lib. 49. pag. 242. Quig-
 his præficiabatur, Pontifex maximus appellabatur. Fenest.
 d. l. 1. c. 8. domumq. publicam incolebat, Dione referente lib. 54.
 pag. 335. primusq. ex plebe Ti. Corcunnius I. C. Pontifex maxi-
 mus est creatus, autore Livio in Epitomis lib. 18. Autoritatis
 inter Pontifices sacerdotesq. fuit summa, ita quidem, ut Fe-
 stus

stus eum iudicem vindicemq; contumaciæ priuatorum ac magi-
 stratum appellare non vereatur, de verb. sig. pag. 142. in
 verb. Maximus Pontifex. Et sanè Ceciliam Metellam Ponti-
 ficem Maximum, A. Posthumium Cos. eundemq; Flaminem
 Martialem ad bellum gerendum Africam petentem, ne à sa-
 ceris discederet, multa indicta urbem egredi prohibuisse, tradit
 Livius in Epit. lib. 19. Apud horam igitur collegium non li-
 terarum publicarum solummodo rerumq; gestarum monumenta
 fuerunt, annaliumq; custodia, qui ob id quod à Pontifice maxi-
 mo conscriberentur, Annales maximi fuerunt appellati, autore
 Festo de verb. sig. pag. 161. in fi. sed sacrarum etiam cura, & sci-
 entia interpretandi XII. tabulas, actionesq; & earum forman-
 darum auctoritas, unà cum Fastis habebatur. Vnde Cicero in ex-
 ordio orationis pro domo sua ad Pontifices: Cum multa, inquit,
 diuinitus Pontifices à maioribus nostris inventa atq; instituta
 sunt, tum nihil præclarior, quàm quod vos eosdem, & religioni-
 bus Deorum immortalium & summæ Reipublica præesse volue-
 runt, ut amplissimi & clarissimi cives Rempubl. bene geren-
 do, Pontifices religiones sapienter interpretando, Rempubl. con-
 seruarent. Quod si ullo tempore magna causa in sacerdotum
 populi Rom. iudicio & potestate versata est, hæc profectò tanta
 est, ut omnis Reipubl. dignitas omnium civium salus, vita, liber-
 tas, ara, foci, Dii penates, bona, fortuna, domicilia, vestra sapi-
 entia, fidei, potestatiq; commissa & tradita esse videantur. Hæc
 ille. Sic Druides, sacerdotes Gallorum, ferè de omnibus controver-
 siis cum publicis tum privatis statuerunt: & si quod esset admis-
 sum facinus, sicædes facta, si de hereditate vel finibus contro-
 versia, ydem decernebāt pœnas, præmiâq; constituebant. Si quis
 autem privatus aut publicus eorum decreto non steterisset, sacrifici-
 is interdicebant, quæ pœna apud eos erat gravissima. Nam quibus

ita erat interdictum, ij numero sceleratorum habebantur, ijs omnes decedebant, aditumq; sermonemq; defugiebant, ne quid ex contagione incommodi acciperent, quarum omnium testis est Iulius Casar libro 6. comment. de bello Gallico, pag. 167. Apud Aegyptios quoq; sacerdotes iudices fuisse; Aelianus testis est, libr. 14. Var. histor. c. 34. Idem deniq; apud veteres Germanos fuisse, Cornelius Tacitus innuere videtur, in libello de Moribus Germanorum pag. 813. dum inquit: Caterum neq; animadvertere, neq; vincere, neq; verberare quidem nisi sacerdotibus permissum: non quasi in pœnam, nec duci iussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt &c.

14

Qui itaq; in iure acturus adversus aliquem erat, is ab eo Pontifice, qui, cæteris in rebus sacris publicisq; occupatis, negotiis privatis eo anno praeerat (quolibet enim anno unum ex Pontificibus constitutum fuisse, qui privatis praeset, docet Iuriconsultus hic) & diem quo agi liceret & actionem impetrare cogebatur. Vnde Cicero pro Murana pag. 331. Posset agi lege nec ne, inquit, pauci quondam sciebant: Fastos enim vulgo non habebant: erant enim in magna potentia qui consulebantur, à quibus etiam dies, tanquam à Chaldaeis petebantur &c.

15

Et hac consuetudine ferè populus (inquit Juriconsultus) annis prope centum usus est. Rectè ferè, propè. Numerus enim annorum maior est: & σωπέυοι τῶν Ἰνδίων ἐκλάστωσιν Ἰππηνάτων non exactè facta supputatio significatur. Centum enim ac quadraginta sex, ut Tabula volunt Capitolina, vel, ut alij, centum & quadraginta septem annis, populum hac consuetudine usum esse calculatio annorum à Decemviris remotis ad divulgationem Fastorum facta, demonstrat, qua illum annorum numerum intercessisse coarguit. Incertitudo igitur supputationis, ut maior appateret, μῦθοις illa ἐκλάστωσις ita fuerunt

coniuncta.

coniuncta. Centum itaq; & quadraginta sex annis, populus illa consuetudine vsus est. Verum postea, anno videlicet urbis 449 P. Sempronio Sopho, & P. Sulpicio Saerrio Cos. quidam Cn. Flavius scriba, Fastos, qui dies complectebantur, surripuit, & passim legendos omnibus proposuit, ita ut Pontificum opera ulterius populus non indigeret. Vnde subiungit loco predicto Cicero: Inuentus, inquit, est scriba quidam, Cn. Flavius, qui cornicam oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos Fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis Iureconsultis eorum sapientiam compilarit. Quod ipsum ferè Valerius quoq; Maximus scribit lib. 2. c. 1. Ius Civile, inquit, per multa secula intra sacra ceremoniasq; Deorum immortalium abditum, solisq; Pontificibus notum Cn. Flavius, Libertino patre genitus, & scriba, cum ingentis nobilitatis indignatione factus AEdilis Curulis, vulgavit, ac Fastos penè toto foro exposuit &c. Meminitq; huius Flavij Fastorumq; etiam Macrobius lib. 1. Sat. c. 15. dum inquit: Priscis temporibus, antequam Fasti à Cn. Flavio scriba inuisis patribus in omnium noticiam proderentur, Pontifici minori hac provincia delegabatur, ut nova luna primum observaret aspectum, vsamq; Regi sacrificulo nunciaret, &c. Idq; est quod Iurisconsultus hic intendit, Postea inquit, cum Appius Claudius proposuisset, & ad formam redegisset, has actiones Cn. Flavius scriba ejus, Libertini filius, subreptum librum populo tradidit: & adeo gratum fuit id munus populo, ut Tribunus plebis fieret & Senator & AEdilis Curulis. Proposuisse, dicit Iurisconsultus, pro composuisse, τῆν τῶν προποσῶν ἐρετώσῃ. Solent enim haec dictiones interdum commutari. Ita enim & Cicero Composuisse pro Proposuisse dixit, in 6. ad Atticum epist. 1. dum hanc ipsam de Flavio historiam referens, inquit: verum isopovon requiris de

Cn. Flavio Cn. F. Ille vero ante Decemviros non fuit: quippe qui
 AEdilis Curulis fuerit, qui magistratus multis annis post Decem-
 viros institutus est. Quid ergo profecit, quod protulit Fastos?
 Occultatam putant quodam tempore istam Tabulam, ut dies a-
 gendi peterentur à paucis. Nec verò pauci sunt auctores, Cn. Fla-
 vium scribam Fastos protulisse, actionesq; composuisse &c. AE-
 dilem quoq; Curulem, Flavium fuisse, Pomponius ait: rectè.
 Fuit enim AEdilis cum Anitio Prænestino, haud multò antè ho-
 ste populi Romani- Cn. Petilio & Domitio, quorum patres con-
 sules fuerant, præteritis, teste Plinio lib. 33. nat. hist. c. 1. In eo
 tamen aliena mihi asserere Iurisconsultus à fide historica vide-
 tur, dum traditionem libri causam fuisse dicit, cur Tribunus ple-
 bis fieret Flavius: cum tamen Tribunum plebis eundem fuisse,
 antequam AEdilis fieret, Livius testimonio sit lib. 9. in fi. dum
 sic inquit: Invenio in quibusdam annalibus, cum appareret AE-
 dilibus (loquitur enim de Flavio) fieriq; se pro Tribu AEdilem
 videret, nec accipi nomen, quod scriptum faceret, tabulam posuif-
 se, & indicasse se scriptum non facturum: quem aliquanto ante
 desisse scriptum facere, arguit Macer Licinius, Tribunatu antè
 gesto, Triumviratibusq; nocturno altero, altero Colonia deducen-
 da &c. Iam autem divulgatio eodem anno facta est, quo AEdi-
 lis Flavius fuit, hoc est, anno 449. quemadmodum apud Livium
 d. lib. 9. videre licet. Divulgatio igitur causa collationis Tribuna-
 tus esse non potuit. Tantum vero abest, ut divulgatio Tribuna-
 tus Flavij causa fuerit, ut ne quidè causa fuerit eius AEdilitatis.
 Flavium enim ante AEdilem fuisse, quam divulgatio fieret, Va-
 lerius loco supra nominato testis est, dum inquit: Flavius cum
 ingenti nobilitatis indignatione factus AEdilis Curulis, Fastos
 penè toto foro exposuit. Divulgatio igitur causa AEdilitatis
 Flavij non fuit sed potius effectus. Nisi enim Flavius, libertini
 generis

generis homo, AEdilis factus Carulis fuisse, odium sibi nobilitum atq; invidiam non conciliasset, & per hoc Fastorum facta divulgatio non fuisset. Fuisse autem causam divulgationis remotam quidem, Flavij AEdilitatem, propinquam verò contemptum eiusdem, ac malevolentiam nobilitatis, non obscure Livius d. lib. 9. in s. significat, dum inquit: Caterum, id quod haud discrepat, contumacia adversus contemntes humilitatem suam nobiles certavit: Civile Ius repositum in penetralibus Pontificum evulgavit, Fastosq; circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset sciretur: ad em concordia in arca Vulcani summa invidia nobilium dedicavit &c. A quo Plinius quoq; non dissentit loco commemorato; quib; decretam Flavio AEdilitatem tanta exarsisse Senatam indignatione scribit, ut anulos ab eo abiectos fuisse in antiquissimis reperiri annalibus dicat. Flavius igitur ante & Tribunus & AEdilis & Senator fuit, quam libri divulgatio facta est, ideoq; quod antea fuit, fieri demum propter promulgationem non potuit. Quia tamen gratum id munus populo fuit, in honorem illius, liber populo traditus, Ius Civile Flavianum appellatum est, licet de suo Flavius nihil addiderit, quemadmodum Iurisconsultus hic subjicit, Hic liber, inquit, qui actiones continet, appellatur Ius Civile Flavianum, sicut ille, Ius Civile Papirianum, nam nec Flavius de suo quicquam adjecit libro- Qui actiones continet, inquit Iurisconsultus, h. e. qui formulas completitur, quibus lege agi poterat, a prudentibus compositas. Neq; enim actiones quicquam aliud sunt, quam formula, quemadmodum Ulpian. in frag. testatur, tit. 25. dum fideicommissa non per formulam peti asseverat. Quod aliud nihil est, quam fideicommissa non peti per actionem, sed extra ordinem cognitione praesidis. Hinc idem tit. 19. formulam familiae exerciscunda, communi dividundo, finium regundorum, pro actione

19

ne

ne familia eriscanda, communi dividundo, & finiam regu-
 dorum dixit, Et Apuleius lib. 9 de asino aureo; Nec, inquit,
 familiae eriscunda sed communi dividundo formula dimicabo.
 Et Plinius formulam damni dati dixit lib. 9 c. 59. pro actione
 damni iniuria. Paulus formulam Fabianam, lib. 2. sent. tit. 3.
 Plinius junior formulam ad exhibendum, libr. 5. epist. 11. ad
 Tranquill. Vnde Cicero pro Q. Roscio pag. 148. Sunt iura, inquit,
 sunt formulae de omnibus rebus constituta, ne quis, aut in gene-
 re iniuriae, aut in ratione actionis errare possit. Expressa sunt. n.
 de uniuscuiusq. damno, dolore, incommodo, calamitate, publica
 à Pratore formula, ad quas privata lis accomodatur. Et harum
 formularum cum alia à Sigonio commemorantur lib. 1. de judi-
 cijs cap. 10. & aliquot seqq. tum verò rei vindicationis antiquae
 Cicero meminit in Oratione pro Murana d. pag. 331. ubi actor
 inquit; Fundus qui est in agro, qui Sabinus vocatur, ego eum ex
 jure meum esse aïo: Vnde ego te ex jure manu confertum vo-
 co. Subiungit ibidem Cicero, quid inquit, tam loquaciter litigi-
 oso responderes ille, unde petebatur, non habebat: Quamobrem
 etiam pro reo respondendi formula huiusmodi composita erat: Vn-
 de tu me, inquit, ex jure manu confertum vocasti, inde ibi te re-
 uoco. Conferere manum jure, lege dimicare significat, quemadmo-
 dum conferere manum cum hoste apud Varronem in 5. de ling.
 latin. pag. 57. in pr. armis cum eodem pugnare: Est enim à bel-
 lo ad judicia translata locutio. Et quando vindicaturus aliquis
 rem aliquam erat, reum ex jure ad conferendum manum, in rem
 de qua controvebatur, vocabat: atq. profecti simul in agrum
 de quo litigabatur, terra aliquid ex eo, uti unam glebam, in jus
 in urbem ad Praetorem deferebant, & in ea gleba tanquam in
 toto vindicabant, autore Gellio lib. 20. c. 9. Vindicabant inquit,
 hoc est, unusquisq. suum esse fundum dicebat. Vindicare enim
 rem

rem, est rem suam esse asserere. Fastorū itaq; libro actionumq; illarum, quas Appius Claudius composuerat, & ad formam redegerat, populo à Flavio tradito, dies agendi actionesq; ipsa siue formula peti tandem à Pontificibus desierunt. Ideoq; cum negligi se Pontificij Iurisconsulti ab agentibus permolestè ferrent, de alijs componendis formulis consilium cœperunt: & ne si rursus fortè vulgarentur intelligi à populo possent, notis perscribi & exprime eas placuit, quibus obscurata formula ab ipsis solis ut antea fieri consueverat, peterentur. Vnde in d. orat. pro Murana Cic. Itaq; inquit, irati illi, quod sunt veriti, ne dierum ratione perulgata & cognita, sine sua opera lege. posset agi, notas quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. Per notas literas intelligens, quibus vel singulis vel binis integrum aliquod verbum designabatur; quemadmodum ex opusculo Valerij Probi, de literis antiquis videre licet. Eaq; genera agendi sunt, quorum Iurisconsultus hic meminit, dum inquit: Augescente civitate qui præerant quædam genera agendi composuerunt (ita enim ibidem non malè legitur) hoc est, Pontifices qui privatis præerant, formulas quasdam composuerunt, qua notis præscripta erant. Deq; notis huiusmodi Modestinus sensit, in l. inter eos 23. inf. Ex quibus causis maiores; & Paulus, de testamentis disserens, in L. Lucius 40. in pr. inf. de test. milit. & l. Sed cum 6. §. fin. inf. de bon. poss. Et notis in perscribendis epistolis usus quoq; veteres fuisse, testatur Cicero in 13. ad Atticum, pag. 508. Et quod, inquit, ad te de decem legatis scripsi, parum intellexi, credo quia dia σπουδαίων scripseram. Et Suetonius in Iulio Casare c. 36. Exstant, inquit, Epistola ad familiares domesticis de rebus, in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset: qua si quis investigare & prosequi vellet, quartam ele-

mentorum literam, id est, d. pro a. & perinde reliquas commutet. Paulus tamen in d. l. 6. inf. de bon. poss. notas, literas non esse, & per se affirmat, eoq; à literis separantur, in l. 1. §. ludi infr. de Var. & extr. cog. Atq; hac formularum per notas describendarum ratio, actionisq; tam à Pontificibus quàm Pratoribus, (nam & ab his peti postea cœpisse Cic. in d. oratione pro Q. Roscio testis est) impetranda, ad Constantini usq; tempora duravit, qui primus non solum syllabarum illam aucupationem (à qua aucupes syllabarum Jurisconsulti dicitur) à Cic. in 1. de orat. pag. 84. in pr. dum inquit: Ita & tibi Iurisconsultus ipse per se nihil est, nisi leguleius quidam canus & acutus, praco actionum, canzor formularum, aucups syllabarum &c.). verum actionis etiam non impetrata exceptionem sustulit; ita ut propositio narrationis, rei negotioq; de quo disceptandum est consentanea, hodie sufficiat, l. 1. & 2. C. de formul. & impet. sublat. Reliquæ formulæ, sublata non fuerunt, sed Africani adhuc atate, in usu eas fuisse, ex Paulo constat in l. antep. inf. de neg. gest. ubi in extraordinarijs judicijs conceptionem formularum non obversari demonstrat. Ex quo colligitur, in ordinarijs judicijs, in quibus antiquus ordo usarpabatur, adhuc spectatam fuisse. Atq; hac de legis actionibus. De Sexto enim Aelio, dicitur in parte tertia, hoc membro c. 36.

DE PLEBISCITIS. Caput IIX. Deinde cum esset in civitate.)

1. Plebiscita à Græcis quomodo appellentur? 2. An XII tab fuerint recentiora? 3. Vnum an plura in sacro monte lata? 4. Plebis secessionum quot? 5. Plebiscita quid? & unde dicantur? 6. Ijs an Patres etiam obstricti, fuerint & qua lege id postea effectū? 7. Dicitur Mox, apud Pomponiū quomodo accipiatur? 8. Legē Horatiam consularem, de autoritate Plebiscitorum quæ Dicatoriæ secuta? 9. Quare Pomponiū & alij Legi Hortensia tribuant quod fuerat Horatiæ? 9. Plebiscita à LL. quomodo differant?

Quinta

Quinta pars Iuris, Plebiscita sunt: *Ἐπιθέτω δὲ γυναικὸς
 Ἐνομοθεσίαι* (*ita enim Iustinianus Novell. 18. legem A-*
quiliam τὴν Ἐδήμω πάλαι νομοθεσίαιν nominavit) ἦτοι τὰ ψη-
 Φισμάτα, ut Cic. appellat, in orat. pro L. Flacco pag. 300. Hac
 Iuriconsultus hic duodecim Tabulis Legum actionibus recentio-
 ra facit, sed malè: cum Legibus XII. Tab. vetustiora sint, ut-
 pote quæ eo tempore ceperint, quo & Tribuni plebis creati sunt,
 hoc est, tempore secessionis in montem sacrum. Nam & eo tem-
 pore Tribuni rogantibus plebs quadam sciuit, quemadmodum
 Sex. Festus testatur de verb. sig. pag. 379. in voce sacer. & 382.
 in verb. Sacrata & apparebit ex ijs quæ infra dicentur c. 17. Nec
 aduersatur Linius, qui legis sacrate, quæ scilicet in sacro monte
 lata est, mentionem faciens, singulari numero ut plurimum vri-
 sur: ut lib. 4. Lege sacrate, inquit, delectu habeto, utrimq; vali-
di exercitus profecti in Algidum conuenere. Et lib. 36. Ligures
 lege sacrate coacti exercitu, nocte castra Q. Mucij Procos. ag-
 gressi sunt. Vnde dicendum videbatur unicam solummodo legem
 in monte sacro latam esse, & non plures, eam videbitur cuius idem
 meminist lib. 2. pag. 21. ut plebi sui magistratus essent, yq; sa-
 cro sancti, quibus auxilij latio aduersus consules esset, neve cui
 patrum capere eum magistratus liceret. Quia respondetur, quod
 novum non sit, ut Legis vocabulum diuerso respectu diuersimode
 enuncietur. Ita enim Duodecim Tabulas respectu magistratus,
 & sic Decemvirorum, à quibus eodem tempore lata sunt, legem in
 singulari appellari plerumq; videmus, quæ tamen si capita ac par-
 tes inspicias, pluraliter leges rectè dicuntur. Sic quoq; fieri po-
 test, ut rogatio illa Tribunicia in monte sacro facta, respectu ma-
 gistratus, hoc est, Tribunorum iuribus quidem, lex sacrate dica-
 tur, quæ tamen partium respectu ἀλλήθως rectè longè sa-
 crate leges efferrentur. Atq; ita Cic. leges sacratas appellat no-
 minatim

quæ leges in monte
 sacro latae sunt

minatim, de prouincijs consul. pag. 225. Si patricius, inquit, Tribunus plebis fuerit, contra Leges sacras est. Et in fragm. Cornel. apud Aſconium fol. 59. in fin. Tanta in illis virtus fuit, ut anno poſt Reges exactos XVI. propter potentium dominationem ſecederent, leges ſacras ipsis ſibi conſtituerent. Et Linius ipſe lib. 5. Vociferatum Trebonium ſcribit, eo deuolui rem, ut aut patricij aut patriciorum affecta habendi Tribuni plebis ſint, eripi ſacras leges, extorqueri tribuniciam poteſtatem. Et lib. 39. in pr. ferè, ſub Tib. Gracchi perſona inquit: Alienarum ſimulatum Tribunalis plebis cognitorem fieri turpe & indignum collegij eius poteſtate & ſacris legibus eſſe &c.

4

Plebiscita igitur à tempore ſeſſionis in montem ſacrum originem duxerunt: Deq; ea ſeſſione neceſſe eſt, ut Iurisconſultum hic intelligamus, dum inquit; venit ut plebs in diſcordiam cum patribus veniret & ſecederet. Tres enim ſeſſiones fuerunt: una in montem ſacrum propter nexos, Seruilio & Appio Coſ. facta, anno urbis 259. Altera in Aventinum propter Decemuiros L. Valerio & M. Horatio Coſ. anno urbis 303. aut ut alij volunt 304. Tertia in Ianiculum, propter aſ alienum, anno urbis 467. aut circiter. In priori igitur iura quædam plebs ſibi conſtituere cepit, quæ iura (ut Iurisconſultus hic ſubijcit) Plebiſcita vocantur. Sciſcere ſtatueri eſt, & ſuffragari. Unde Plebiſcitam, hoc eſt, plebis ſtatutum; ſicuti populi ſcitum, apud Ciceronem de optimo genere Oratorum, hoc eſt, populi ſtatutum. Quod enim patricio magiſtratu interrogante, populus ſuis ſuffragijs juſſit, ſcitum populi dicitur; prout ex Sexto Feſto colligitur de uerborum ſignificatione pag. 402. Erant autem Plebiſcita, quæ rogatione Tribunicia, legis condenda cauſa plebs ſtatuebat; §. Plebiſcitum Inſt. de jur. nat. g. & c. Alex. lib. 6. c. 23. Aut ut Sext. Feſtus definiſt, de uerb. ſig. d. pag. 402. Scitæ plebis appellantur

5

pellantur ea, qua plebs suo suffragio sine patribus iussit, plebeio magistratu rogante. Plebem enim ceteros ciues appellabant sine Senatoribus, teste Cajo in l. 238. in pr. de verb. sig. Et initio Tribunitijs eius modi rogationibus patricij non tenebantur, Gellio teste lib. 15. c. 27. Postea verò lege lata effectum est, ut plebiscitis omnes Quirites astringerentur. Et primam legis vim eiusmodi Plebiscita lege Horatia habere cœperant, quam L. Valerius & M. Horatius Cos. centuriatis comitijs tulerant, anno urbis 304. Linaio teste, lib. 3. pag. 38. in fine. Omnium primum, inquit, cum velut in controverso iure esset, tenerentur ne patres Plebiscitis, legem centuriatis comitijs tulere, ut quod Tributim plebs iussisset, populum teneret: qua lege Tribunitijs rogationibus telum acerrimum datum est. Idem sibi vult Iurisconsultus hic dam inquit: mox cum revocata est Plebs, quia multæ discordiæ nascebantur de his Plebiscitis, pro legibus placui & ea obseruari lege Hortensia. Lege Horatia rectius diceretur, qua à M. Horatio lata est, in secunda in Aventinum secessione, qua primam annis quinque & quadraginta secuta est, postremam autem in Ianiculum factam, in qua Lex Hortensia lata est centum & sexaginta tribus annis præcessit; quemadmodum ex præcedentibus videre licet. Et vocabulum mox, à Iureconsulto hic positum, non in vulgari significatione accipiendum est; qua idem denotat, quod Græcis τὸ παραχρημα; sed pro postea vel paulò post; ut in l. 1. in fin. inf. de reb. cred. & L. si quis pregnante 23. inf. de capt. & post. & apud Capitolinum in Antonino Pio. pag. 148. in pr. Pueritiam, inquit, egit cum avo paterno, mox cum materno, omnes suos religiose colens, &c. ita ut sensus sit, quod quamvis initio plebiscita, rata apud patres non fuerint, sed solam plebem, & non Senatores, neq; uniuersum populum astringerint, postea tamen & ea pro legibus, lege Horatia placuisse

placuisse obseruari. Verum cum ea ipsa lex Horatia, populi tantum mentionem faceret, patresq; populi nomine se appellari negarent: Ideo lege Publilia; à Q. Publilio Philone in dictatura lata, anno urbis 416. est renouata, statutumq; ut eiusmodi Plebiscitis omnes Quirites tenerentur, quemadmodum apud Lium lib. 8. pag. 92. ante finem videre licet, dum inquit; Dictator popularis & orationibus in patres criminosis fuit (intelligit Publilium) & quod tres leges secundissimas plebi, aduersas nobilitati tulit: Vnam ut Plebiscita omnes Quirites tenerent: alteram ut legum qua comitijs centuriatis ferrentur ante inisum suffragium patres auctores fierent: tertiam. ut altero utiq; ex plebe, cum eò ventum sit, ut utrumq; plebeium consulem fieri liceret, Censor crearetur &c. Deniq; cum patriciorum ambitione huic legi iterum esset derogatum, ad vltimum Quintus Hortensius Dictator, qui in eo magistratu mortuus est, in vltima plebis in Ianiculam secessione eam renouauit, anno urbis 467. teste Lio in Epitomis lib. 11. in fi. Augustino lib. 3. de Civitate Dei, c. 17. & Plinio lib. 16. nat. hist. c. 10. dum inquit: Quintus Hortensius Dictator, cum plebs secessisset in Ianiculam, legem in Escaleto tulit, ut quod ea talisset, omnes Quirites teneret. Vnde apparet, quare legi Hortensia à Iuriconsulto hic & Imperatore in d. S. Plebiscitum, à Lio, Augustino & Gellio id tribuatur, quod lege Horatia statutum prius fuerat: propterea scilicet, quod constet ex pluribus legibus, qua de eadem re lata sunt, eas iustas ratasq; esse debere, qua postremo loco lata sunt, teste Lio lib. 7. pag. 82. in fi. & lib. 9. pag. 107. ante finem. facit l. 4. inf. de consti. princ. Subiicit Iuriconsultus: & ita factum est, (post legem scilicet Horatiam primam, deinde Publiam & ad extremum Hortensiam) ut inter Plebiscita & Legem, species constituendi interessent potestas eadem esset, hoc est, factam est, ut

inter

inter Leges & Plebiscita, respectu quidem causa efficiens differencia esset, effectus verò respectu minimè. Eadem enim vis, qua legibus erat, lege primum Horatia, deinde Publilia, & deinde Hortensia Plebiscitis etiam est conciliata. Vnde fit, ut effectus respectu, Plebiscita qua sunt, leges tamen simpliciter appellentur: ut *Attilia* de tutoribus, mulieribus pupillisve, non habentibus eos, à Pratore & maiore parte Tribunorum pl. dandis in §. 1. Instit. de Attil. tut. & apud Vlp. in fragm. tit. 11. §. Lex Attilia, quam à L. Attilio & C. Marcio Tribunis pl. M. Valerio & P. Decio Cos. anno ab urbe condita 445. & sic ante consulatum Sp. Posthumij Albinij & Q. Martij Philippi, h. e. annum 507. latam esse, vel inde congere licet (si Sigonio credimus) quod Liuius in eius anni historia referenda, lib. 39. pag. 324 de Hispala libertina ita scribit: Quin, inquit, eò processerat consuetudine capta, ut post patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore à Tribunis & Pratore petito, cum testamentum faceret, unum Ebusium institueret heredem. Itemq; *Atinia* de usucapionibus, ne scilicet res furtiua usucapi posset, sed eius rei aeterna auctoritas esset in l. sequitur 4. §. 4. & l. non solum 33. in pr. inf. de usucap. l. potestatis 215. de verb. sig. §. sed aliquando inst. de usucap. & apud Cic. in 3. Ver. pag. 274. & Gell. lib. 17. c. 7. quam & ipsam Plebiscitam esse ab Atinio quodam Tribuno pl. latam certum est: ab eoq; Atinium Plebiscitum Gellius nominat lib. 14. c. ult. Item *Iunia Velleia* de Postumis, qui viuus testatoribus vel agnascituri, vel per successionem quasi agnascituri essent, heredibus instituendis aut exheredandis in l. si hereditas 10. §. 3. de testam. tut. l. Gallus 29. §. 7. de lib. & post. l. Postumi 3. §. 1. & l. Postumorum 13. in fin. de iniust. rupt. l. 2. C. de lib. prat. & §. Postumorum Inst. de exher. lib. Nam & hanc Tribuniciam fuisse, Paulus Manutium ostendit in lib. de LL. Rom.

Rom. pag. 96. in pr. *Quemadmodum & Furia*, ne scilicet plus alicui quam *M. nummum* legaretur, mortisve causa donaretur, quod amplius legatum esset, quadruplam restitueretur, §. 1. *Inst. de l. Falcid.* & ibi *Theoph.* & apud *Cic. d. ver. 3. pag. 274.* quam & ipsam *Tribuniciam* esse à *C. Furio Tribuno plebis* latam testatur *Cic. in orat. pro Cor. Balbo pag. 175.* *Sicus & Voconia* de mulierum hereditatibus in *d. §. 1. Inst. de leg. sal.* & apud *Paul. in 4. sent. tit. 8.* & *Cic. d. ver. 3. pag. 273.* & 3. *Philip. pag. 495.* ne scilicet qui census esset, hoc est, centum millia sestertium in bonis haberet, mulierem ultra quadranssem hereditatis relinqueret heredem, seu ut *Dion* scribit lib. 56. *ἄρα δύο ἡμισυ μπιάδας*, hoc est, ultra 25. millia sestertium, qua quarta pars est honorum eius, qui census dicitur. Nam & hoc *Plebiscitum* esse à *Voconio Saxa Aricino Tribuno pl.* inter secundum & postremum *Carthaginense bellum M. Catone Censorio* suadente latum, post *Cic. pro Cor. Balbo. pag. 175.* *Manutius* tradit in *lib. de LL. Rom. pag. 65.* Sic quoque *Falcidiam* legata supra dodrantem impediens tot. tit. *Dig. Cod. & Inst. ad l. Falc. Plebiscitum* esse, à *C. Falcidio Tribuno pl.* *Augusti* temporibus latum, est textus in *c. quadam. 2. dist. &* tradit *Eusebius* in *Chronico.* *Isidorus* lib. 5. *Etymol. c. 15* & *Dion. lib. 48. pag. 232.* à quo tamen *Tribunus pl.* non *C.* sed *P. Falcidius* nominatur. Denique *Aquiliam* etiam, de damno iniuria dato tot. tit. *Dig. Cod. & Inst. ad l. Aquil. Tribuniciam* esse, quam *Aquilina Tribunus pl.* à plebe rogauerit, testatur *Vlpian. in l. 1. in fi. inf. ad l. Aquil.* & *Iustinianus* in §. illud palam *Inst. tit. eod. tit.* Et ad effectum respiciens *Capito* apud *Gell. lib. 10. c. 26.* definiuit legem, generale iussum populi aut plebis rogante magistratu. Eodemque respectu palam est, legis nomine, *Plebiscita* etiam comprehendi apud *Papinianum*

Papinianum in l. 4. in pr. de offic. eius, cui mand. Paulum in l. legitima 6. de pact. & Ulpianum in l. 2. in pr. ne quid in loc. pub. Sanè in causa constituente, etiam post Horensiam legem inter Plebiscita & leges discrimen fuisse in dubium arbitror vocare neminem. Etenim leges à populo, hoc est, vniuersis ciuibus, Patricijs, Senatoribus, & tota nobilitate constituebantur. Plebiscita verò à plebe tantum. Sic leges consule vel prætoris, aut alio magistratu consulente rogabantur: Plebiscita verò rogantur Tribuno de his, qua ad plebem pertinebant, §. lex est. cum §. seq. Inst. de jur. nat. g. & c. Et τῶν πῶντος respectu, Plebiscita à legibus. Senatusq; consultis separari, apparet ex textu hic, & l. ius autem 7. sup. de iust. & iur. l. Iurugentium 7. §. 3. inf. de pact. l. 1. in fi. ex quib. caus. maior. & §. constat Inst. de jur. nat. gen. & civili. Atq; hoc est, quod Gellius lib. 15. c. 27. his verbis tradit: Tribuni autem neq; aduocant patricios, neq; ad eos referre de ulla re possunt, ita ne Leges quidem proprie, sed Plebiscita appellantur, qua Tribunis ferentibus accepta sunt, quibus rogationibus antea patricij non tenebantur, donec Q. Horensius eam legem tulit, ut eo iure quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur. Et hac quoq; de Quinta parte.

DE SENATVS CONSVLTIS,

Caput I X.

Deinde quia difficile plebs convenire.)

1. Senatusconsulta alio nomine quomodo appellantur? 2. Duodecim tabulis utrum recentiora? 3. Per Senatum Pomponius quid intelligat? 4. Senatores à Romulo initio quot creati, & quot postea? 5. A Tarquinio Prisco quot constituti? 6. Quot item à Iunio Bruto & Valerio Poplicola? 7. A Sylla Dictatore in Senatum quot lecti? 8. Senatorum numerus Iulij Cæsaris & Augusti temporibus qui? 9. Qui temporibus postremis? 10. In Senatorum lectione genus spectatum. 11. Item ætatem. 12. Sexum quoq; 13. Et censum. 14. Censum Senatorum initio

H

quæ

qui? & qui postea? 15. In Senatus lectione magistratus quoque; rationem habitam. 16. Senatorum in Senatum vocatorum praesentia necessaria. 17. Sine venia Italia exire, aut extra urbem morari an potuerint? 18. Senatus quotuplex? 19. Senator in curiam non veniens, an aliquando excusatus? 20. Senatori, rogata sententia dicenda, & ordo rogandi Senatus qui? 21. Senatori rogata sententia quomodo dicenda? 22. Senatus auctoritas quae? 23. Senatusconsultum quid? 24. Qua dicitur parte fieri potuerit, quoque in loco? 25. Quo Senatorum numero? 26. An etiam, ne fieret, potuerit impediri? 27. Impeditum, quo nomine appellatum? 28. Senatusconsultis utrum illorum auctores subscripserint? 29. Duo eodem die an fieri potuerint? 30. Qua forma fierent? 31. Republica in dominationem versa, Senatus auctoritas quae? 32. Senatusconsulta fieri quando desierint?

1. **S**exta pars Iuris, *Senatusconsulta* sunt: quae Marcianus in l. 2. inf. de his quae ut indig. ordinis amplissimi decreta: ac Severus & Anton. in l. 2. C. ad S. C. Mac. Antoninus, solus in l. 4. C. de excusat. ius. amplissimi ordinis consulta, & Papinianus in l. libertus 17. inf. ad municipal. Valerianus & Gallienus in l. abolitionem 16. C. ad l. Iul. de adult. decreta patrum nominant: Graeci τὰ τῆς συγκλήτης δόγματα. Horum initia & ipsa XII. Tab. antiquiora esse, vel ex Suetonio constat, in Vespasiano c. 8. ubi Vespasianum instrumentum fecisse pulcherrimum narrat, in quo penè ab exordio urbis Senatusconsulta & Plebiscita fuerint contenta, Et Romulo regnante de Sabinis mulieribus Senatusconsultum factum esse, ut ad gentiles suos, urbem obsidentes, reconciliationis gratia profiscerentur, tradit Dionys. lib. 2. antiq. Rom. post medium. Licet enim initio legis sancienda jus ad populi solummodo pertinuerit potestatem; eodè Dionys. teste d. lib. 2. fol. 63. in fi. sua tamen & Senatus. tum temporis fuit auctoritas, cuius vel in magistratuum creatione, legis latrone, vel belli indictione interposita decreta à plebe postea solebant comprobari (quemadmodum idem Halic. ibidem autor est) donec à P. Philone Dictatore, potestas illius certis finibus fuit

fuit circumscripta, causamq; ut legum qua centuriatis comitijs ferrentur, patres autores fierent. Quod licet ante istam legem frequentatum videri possit consuetudine seruata, qua in Numa Rege creando est inducta; ut scilicet antequam populus suffragium iniret, patres in incertum comitiorum eventum autores fierent, Liius lib. 1. pag. 4. in fi. necessarium tamen id non fuit, sed voluntarium. Vnde Publilius in plebem, qui & ipse plebeia gentis erat, propensus, quod voluntarium Senatus erat, necessarium fecit, quodq; more factum erat, id ut lege fieret sua lege sanxis; quemadmodum apud eundem Lium videre est, lib. 8. pag. 92. ante finem. Tandem rerum necessitate urgente frequentiora Senatusconsulta, quam aut Leges aut Plebiscita essent, fieri ceperant. Cum enim (ut Pomponius hic ait) in tanta hominum turba plebs difficile, populus multo difficilius conueneret, hoc est, ut Iustinianus interpretatur, cum in eum populus Romanus auertus esset modum, ut difficile fuerit, in unum conuocari legis sancienda causa §. Senatusconsultum Inst. de Iur. nat. g. & c. necessitas ipsa (ut Iureconsultus hic subiicit) curam Reipublicae ad Senatum deduxit. Per Senatum summum Concilium (ut Cic. de senect., pag. 247. loquitur) sine ut Imppp. appellant l. 36 C. de Decurion. Ordinem Senatorium intelligit, primo omnium à Romulo institutum. Vt enim Respub. commodius administrari posset, Romulus centum Senatores ex Albanis creauit, quos ab honore patres, & progeniem eorum patricios; Liius lib. 1. pag. 3. in pr. Laetantius lib. 2. Insti. diui. c. 7. ob aetatem verò Senatores appellauit. Fenestel. lib. 2. c. 1. Nam & Senatores & optimos à priscis senes appellatos, meminit Dionys. lib. 2. fol. 62. in fine, & Sextus Feslus de verborum significatione, pag. 419. in pr. Eosq; ut Paterculus scribit lib. 1. pag. 12. instar habuit consilij publici. Deinde idem Romulus ex Sabin., quos

5 *scdere cum Sabinis ieto in civitatem assumpti, alios centum in patres legit, ut omnino ducenti essent: idem Dionys. d. lib. 2. fol. 51. circa medium. Postea Tarquinius Priscus in defectu Senatus, alios centum allegit, ut ex ducentis trecenti fierent Senatores: idem Dionys. lib. 3. fol. 146. in pr. Praterea Regibus exactis Iunius Brutus & Valerius Poplicola Coss. eum numerum à Tarquinio Superbo cadibus & expulsionibus ad centum & sexaginta quatuor, si Festo credimus, pag. 328. imminutum, primoribus equestri ordinis Senatui adscriptis, rursus expleverunt; idem Dionys. lib. 5. fol. 212. in pr. Qui postea, quod in locum decedentium successi, & in Senatum literis adscripti essent, patres conscripti sunt appellati. Linius lib. 2. in pr. ferè. Fenestella lib. 2. c. 1. Plutarchus in vita Romuli fol. 8. & in Problem. pag. 455. Alex. lib. 4. c. 11. Sextus Festus pag. 4. Patres, inquit, dicti sunt, qui sunt patricij generis: Conscripti, qui in Senatum sunt scriptis adnotati. Dicebantur etiam eodem autore ibidem, Allecti, quod propter inopiam ex equestri ordine in Senatus essent numerum assumpti. Vnde Suetonius in Caesar. c. 80. Peregrinis in Senatum allectis libellus propositus: Bonum factum ne quis Senatori novo Curiam monstrare velit: & illa vulgo canebantur. Post hac Syllam Dictatorem plures quam quadringentos in Senatum legisse, ex Ciceronis ad Atticum epistola 11. lib. 1. conijcero licet: Vbi ista verba reperies: Cum decerneretur frequenti Senatu, contra pugnante Pisone, ad pedes omnium sigillatim accedente Clodia, ut consules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam: homines ad XV. Curioni nullum S.C. facienti assenserunt: facile ex altera parte CCCC. affuerunt, acta res est. Et Ciceronis tẽpore decem & quingentos in Senatu fuisse refert ipse in oratione post reditum ad Senatum pag. 536. in fin. his verbis: Quo quidem die, cum CCCCX. Senatores essetis, magistratusq. omnes adfuerunt,*

sent, dissensit vnus, qui sua lege coniuratos ab inferis excitandos putarat. Tandem verò cum Julius Cæsar supra mille Senatores belli casibus imminuto ordini adieciisset, aut vt Dioni libr. 43. pag. 146. placet, noningentos, (ob quam lectiõnis facilitatem Cicero etiam apud Macrob. in 2. Satyr. illum ridet, dum hospiti suo P. Mallio roganti ut Decurionatum priuigno eius expediret, assistente magna frequentia dixit, Romæ si vellet, habiturum, Pompeys difficulter) Augustus Imperator affluentem illum numerum ad modum & splendorem pristinum redegit; teste Sueton. in Aug. c. 35. Senatorum, inquit, affluentem numerum, deformi & incondita turba (erant enim super mille & quidem indignissimi, & post necem Cæsaris per gratiam & præmium allecti, quos abortiuos vulgus vocabat) ad modum præstinum & splendorem redegit, duabus lectiõibus, prima ipsorum arbitrata, quo vir virum legit, secunda suo & Agrippæ. Sane Dion. libr. 54. pag. 225. illum hoc non tam fecisse quam voluisse affirmat expressè. Ita enim ille (Guilielmo Xylandro interprete:) Statuerat quidem (Augustus) trecenos tantum secundum antiquam consuetudinem constituere, abundè contentum se esse debere censens, si tot dignos Senatoria Maiestate reperisset: Sed omnibus hoc agrè ferentibus DC. Senatores collegit. Denique postremis temporibus quinquaginta solummodo in Senatu fuisse constat ex L. 9. C. Th. de Prætoribus: ubi dicit Imperator. Placet ne minus quinquaginta clarissimi veniant in Senatum: Certum est enim hoc numero largè abundare substantiam virtutis honoranda.

In Senatorum autem lectiõne, cum generis & ætatis; tum verò Sexus Censûs & Magistratus rationem haberi solitam

10

certum est. Romulam enim & Tarquinium Priscum non nisi ex patricijs initio, hoc est, ijs, quos in patriciorum numerum ante retulissent, quemquam legisse, ex Dionys. constat lib. 2. & 3. licet postea ex ordine equestri, Livi lib. 2. in pr. teste, & plebe etiam creari Senatores cœperint. Dionys. lib. 6. ita ut tandem hic honos ad Libertinorum etiam filios pervenerit: ac primus Appius Claudius, Senatum Libertinorum filijs lectis inquinaverit, Livi lib. 9. in fine. Suetonius in Claudio c. 24. Quinimo Casaris Triumviratusq; Respublica constituenda temporibus, non solum Libertinorum filios, verum Libertinos ipsos, & seruos etiam in Senatum lectos fuisse, testatur Dion d. lib. 43. pag. 146. dum inquit: Aliam Casaris rationem præstandi ea, qua multa multis promiserat, nullam habebat: adscripsit etiam complures in Senatum, nullo in discrimine ponens, siue quis miles esset, siue Libertinus, adeo ut summa Senatorum DCCCC. fuerit. Et libr. 48. pag. 232. Enimvero inquit, quia sumptus longè fiebant quàm ante maiores, ac creditus alioquin non sufficientes, minores etiam tum essent propter Ciuilia bella, noua vectigalia quadam excogitata ab ijs sunt, in Senatum etiam adscripti permulti non modo è socijs militibusve & Libertinis, sed serui etiam &c. Illudq; Commodam Ansonnum quoq; frequentasse Libertinosq; ipsos in Senatum atq; in patricios allegisse, autor est Lampridius in illius Vita, pag. 168.

11

Deinde, obseruatam etiam aetatem esse, cum ex Gellio lib. 14. constat, capite vltimo, ubi præfectum urbi, Latinarum causa relictum, ex ea aetate fieri dicit, qua non sit Senatoria: tum ex Cicerone in Maniliana, pag. 42. ubi inquit: Quid tam præter consuetudinem, quam homini peradolescens, cuius à Senatorio gradu, aetas longè abesset, imperium atq; exercitum dari? Eicit enim moris antea fuerit, Senatorum filijs præextatis cum parentibus

rentibus Senatum ingredi; *Macrob. lib. 1. Satur. c. 6. Gellius lib. 1. c. 23. Et Augustus Senatorum liberis, quò celerius Respub. assuescerent, protinus virilem togam, latum clauum induere, & Curia interesse permisit; Sueton. teste in Ang. c. 38. post Pappyriam tamen pratextatum, ne quis in Senatu gesta manifesta-
ret, frequentari id amplius desitum est, fuisq; constitutum, ut infra viginti & quinque annos Senatum ingredi nulli liceret; prout Fenest. autor est lib. 2. c. 1. Hinc jure nostro cautum est, minore[m] v[ig]inti quinque annis Decurionem fieri, vel ad honores aut munera ciuilia admissi non posse. l. non tantum inf. de decur. l. ad Rempub. inf. de mun. & hon. l. 2. S. 1. inf. de vac. mun. l. 2. C. qui profess. se excus. eandemq; aetatem in iudice requiri Harmenopolus tradit lib. 1. Epitomar. tit. 4. ex lib. 7. Βασιλ. tit. 5. dum inquit: ὁ ἡττων τῶν εἰκοσιπέντε ἐτῶν, ἔ δύναιται δικά-
σαι.*

Tertio sexum quoq; in consideratione fuisse, & fœminas in Senatum lectas non esse, vel ex eo evincitur, quod in Senatum ij tantum legerentur, qui magistratus gesserant, ut postea dicitur. Et fœminis magistratus contingere non posse, *Linus scribit, lib. 34. pag. 269. dum inquit: Non magistratus, nec sacerdotia, nec triumphi, nec insignia, nec dona aut spolia bellica his contingere possunt; mundicia & ornatus & cultus, hæc fœminarum insignia sunt. Cui Vlpian. in l. 2. inf. de reg. iur. consentit, qui fœminas ab omnibus officijs ciuilibus vel publicis dicit esse remotas: Et ideo nec iudices esse posse, nec magistratum gerere. Quinimo lege sancitum fuisse, ne mulieres cuiusvis negotij causa Senatum aut Curiam adirent, tradit Alexand. Neap. lib. 4. c. 11. Et primus Heliogabalus senaculum mulierum constituit, & ut mater in Senatum admitteretur à Senatu pericit; prout Lampridius in eius vita autor est, pag. 197. dum inquit: Deinde ubi primum
diem*

12

diem Senatus habuit matrem suam in Senatu rogare iussit, quae cum venisset, vocata ad consulum subsellia sersbedo affuit, id est, Senatusconsulti conficiendi testis: solusq; omnium Imperatorum fuit, sub quo mulier quasi clarissima loco Viri Senatum est ingressa. Fecit & in colle Quirinali senaculum, id est, mulierum Senatum, in quo ante fueras conuentus matronalis, solemnibus duntaxat diebus. Et paulo post, pag. 199. inquit: Ingressus Curiam, aviam suam, Variam nomine, secum induxit, ut eius auctoritate fieret honestior, quia per se non poterat, nec ante eum, quod iam diximus Senatum mulier ingressa est, ita ut ad scribendum rogaretur, & sententiam diceret. Et iterum pag. 200. in fine: Occisa est cum eo & mater Semiamira, probrosissima mulier, & digna filio: cautumq; ante omnia post Antoninum Heliogabalum, ne unquam mulier Senatum ingrederetur, utq; inferis eius caput dicaretur devovereturq;, per quem id esset factum. Heliogabalum secutus est Iustinianus, qui Theodoram uxorem ob infamiam raramq; eius prudentiam, etiam ad consilia Reipubl. adhibuit, prout apparet ex Nguell. 8. c. 3.

13

Quarto ne amplissimi ordinis splendor rei familiaris angustijs obscuraretur, Censum quoq; in legendo Senatore spectatum esse, tum Plinius senior testis est lib. 23. natur. hist. tum Seneca lib. 2. declam. dum inquit: Senatorium gradum, census ascendere facit Censum Romanum equitem à plebe discernit: Censum in castris ordinem promonet; Censu in foro iudex legitur. Et Ovidius in 3. Amorum:

Curia pauperibus clausa est: dat census honores
Inde gravis iudex, inde severus eques.

Et lib. 1. Fastorum:

In pretio precium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper ubiq; iacet.

Et ideo Vlpianus lib. 2 de Censib. quod ex censu Senator legeretur,

de

de Senatoribus scripsit; quemadmodum inscriptio L. ult. ostendit inf. de Senatoribus. Erat autem Senatorius Censu duplo maior censu equestri; sicut hoc duplo minor plebeius. Plebeius etenim Censu sestertium ducentorum millium erat, equestri quadringentorum, Plinius lib. 1. Epist. 9 & Senatorius octingentorum. Hinc Iamena. Sat. 14.

----- officio summam

Bis septem ordinibus, quam lex dignatur Othonis.

honest, effico ut plebeium censu ducentorum HS. sit, equestri quadringentorum, & Senatorium octingentorum. Es Horatius lib. 1. Epist. 1.

Si quadringentis sex, septem millia desint

Est animus tibi, sunt mores, & lingua fidesq;

Plebs eris.

Verum Augustus postea Senatorium Censum ad mille ducenta deduxit prout Suetonium in eius vita ante est c. 41. dum inquit: Senatorium censum ampliavit, ac pro octingentorum millium summa, duodecies sestertium taxavit: suppletisq; non habentibus. Licet Dion, censum Senatoribus definitum inisio quadringentorum tantum sestertia dicat, posteaq; ad decies usq; sestertium productum. lib. 54. Τὰς ἑ ἀρχὰς τοῖς δίκαια μυριάδων ἰστίαν ἔχουσι, ἔ ἀρχῶν αἰσίων νόμων δυναμένοις, ἐπαρξέσθαι ἐπέτρεψε. τοσούτων ἧδὲ το βελλοδικὸν τίμημα τὴν πρώτῳ ἰναίταξεν, ἑπτακαχίς πέντε καὶ ἑκοσι μυριάδας αὐτὸ προήγαγε, καὶ ἰσοῖ τῶν ἐυβόλων ἐλάττω, τότε μὲν τῶ δίκαια, αὐθις ἧ τῶ πέντε καὶ ἑκοσι κελυμάνων, ἐχαρίσατο ὅσον ἐπίδα. id est omnibus qui quadringenta sestertia possiderent, ac magistratus gerere eis per LL. liceret, earum petendorum potestatem dedit. Hanc enim primum censum Senatorium constitutum erat, quem deinde usq; ad decies sestertium protulit: quibusdam honeste viuentibus, qui prius minorem, quam quadringenta sestertia, aut post minus quam decies sestertium possiderent,

I

quantum

quantum defuit dono dedit. Et eadem libro paginis aliquot inserit: ἐξέτασις αὐτῆς τῶν βαλοῦντων ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ τὸ πρῶτον δέκα μυριάδων τὸ ἴμμημα αὐτῆς ὄρισε, διὰ τὸ συχνὰς τῶν πρώτων ὑπὸ τῶν πολέμων ἐσερηθῆαι, προσέειπεν ὅτι ἔχρονε, καὶ τὸ ἀνδρώπων ἀεισσίας κεκτημένων, ἐς πέντε καὶ εἰκοσι προσέχρη, ἐπέειπε δὲ ἐλέγχετο ἐκλύων ἐυρίσκειτο. hoc est: Secundum ea iterum Senatus censura inita est. Cum Senatoribus census esset definitus quadringenta sestertia, quoniam multi bellis intestinis paternas facultates amiserant, progressa autem temporis ac locupletioribus factis hominibus is magis ad decies sestertium auctus fuisset, nemo iam inveniri potuit, qui sponte sua Senator esse vellet. Quo utroque in loco Dion de Myriadibus 25. drachmarum loquitur aperte, quæ, si Plutarcho credimus, decies sestertium constituit; ita enim in M. Antonino ille: τὰς, inquit, πέντε καὶ εἰκοσι μυριάδας οἰρωμαῖοι Δίκης καλῶσι. Et Senatoriam censuram suo tempore decies sestertium fuisse innuit Martialis, ad Scauolam cui ad equestrem censuram aliquid adhuc decrat, libr. 1. Epigram. 104. his Versibus scribens:

Si dederint superi decies tibi millia centum
Dicebas nondum Scauola iustus eques:
Qualiter o viuam, quam largè, quamq̄, beatè
Riserunt faciles, & tribuere Dei.

Denique magistratus etiam in Senatus lectione rationem habitam, Cicero in 3. de legibus ostendit, pag. 438. dum inquit; Omnes magistratus auspiciū iudiciumq̄ habent, eaq̄ his Senatus esto. Et eum, qui magistratum ante non gesserat, legi in Senatorem solitam non esse pluribus Sigonius deducit lib. 2. de jur. ant. ciuit. Rom. c. 2.

Senatores itaq̄ in Senatum ita lecti, tria potissimum iubebantur: Primo, ut adessent; Deinde ut loco dicerent; Vltimo, ut modo; quemadmodum d. libr. 3. de LL. Cicero antor est, pag.

453. *Cum enim grauitatem res habeat, si frequens ordo sit; Cicerone ibidem attestante; ideo ad Consulũ edictum Senatores conuenire omnes cogebantur. nisi pignoribus captis, aut multa iure ordinario; aut ob grauissimam contumaciam extra ordinem iracundia, siue, ut Pomponius loquitur, in l. si is 20. inf. com. diuidendo, motu edicentis, adium vllarumq; direptione aut disturbance coerceri maluissent, Fenest. lib. 2. c. 1. Alex. d. lib. 4. c. II. Hinc Cicero pro domo sua pag. 548. Dico Senatoris esse bonũ, semper in Senatum venire. Et d. lib. 3, de LL. pag. 438. in fine; Senatori, inquit, qui nec aderit, aut causa aut culpa esto. Et in 1. Philipp. Antonius consul cum fabriũ se venturum esse ad subvertendam domum eius, esset minatus, si in Senatum non veniret, pag. 415. ita conqueritur; Quis autem, inquit, unquam tanto damno Senatorem coegit? aut quid est ultra pignus aut multa? Et Plinius lib. 2. Epist. 29. Eia tñ, inquit, cum proxime res agentur quoquo modo ad iudicandum veni. Nihil est, quod in dextram aurem fiducia mei dormias, non impunè cessatur. Ecce Licinius Nepos Prator, acer & fortis vir, multa dixit etiam Senatori. Egit ille in Senatu causam suam, egit autem sic, ut deprecaretur, remissa est multa, sed timuit, sed rogauit, sed opus venia fuit &c. Et ad veserum illum motem ludens senex ille Plautinus in *Attilia* quoq; respicit, inquitens:*

Frequens Senatum potueri nunc haberier

Ibo intro, ne dum absũ multa fortitudo suam.

Hinc est quod edixisse Casarem, ne Senator absq; venia Italia exiret, Dion tradit lib. 52. in fine illis verbis: Pratorea edixit, ne quis Senator iniussu suo permissuq; extra Italia abiret, id quod hodie etiam obseruatur, cum nulli Senatori alio, quam in Siciliam Galliamq; Narbonensem liceat peregrè proficisci &c. Quinimo si negotij magnitudo postulabat, edicto etiam caueri interdum solebat, ne per noctem ab vrbe Senatores abessent; quemadmodum

apud *Linium* videre licet, lib. 36. post principium: *Vbi in apparatum curamq; eius belli ciuitatem intentam fuisse ait, ut P. Cornelius Consul ediceret, qui Senatores essent, ne quis eorum longius ab urbe Roma abires quam unde eo die redire posset. Et eodem libro pag. 365. M. Rucio Praetori mandatum, ostendit, ut edicto Senatores omnes ex tota Italia nisi qui Reipublica causa abessent, Romam reuocaret: qui Roma essent, ne quis ultra mille passuum a Roma abesses. Et alibi quam Romae morari olim Senatores non potuisse commentu libero non impetrato Paulus tradit l. 22. §. pen. ad municip. vsq; postea etiam absq; commentu vbiq; voluerint liberam commorandi habitandive facultatem habuerint l. 15. C. de dignitat. lib. 12. Atq; hac de Senatu tam legitimo quam indicto accipienda sunt. Senatus .n. duplex fuit: Legitimus & Indictus. Legitimus bis terve ad summum singulis mensibus habebatur, ut plerumq; etiam antequam vocarentur Senatores venirent, donec Augustus constituit, ne plus quam bis in mense legitimus Senatus haberetur; teste Sueton. in Aug. c. 35. quod confirmare Dion videtur lib. 55. pag. 337. in pr. dum inquit: Augustus porro edixit, ut certis diebus Senatum ageretur, de quibus cum ante hac nihil esset definitum, ideoq; multi abessent, singulis mensibus dies certos habendi Senatui constituit, ad quos necessaria omnes hi quos leges in Senatum venire iubent adessent: ac ne qua absentia posset obtendi excusatio, canis, ne quod iudicium, aut alia vlla res Senatoribus competens, eo tempore fieret: multam etiam eorum, qui nullam ob iustam causam in Senatum non venissent, adauxit. Hac ille. Indictus Senatus erat cum quid incidisset eiusmodi, ut dignum videretur Senatus consilio: indicabaturq; per praconem, & omnes adesse oportebat, ut res haberet maiorem auctoritatem. Si tamen Sexagenarium Senator aut maior in Senatum vocatus non venerat, excusabatur;*

excusabatur: prout Alexander loco proximè dicto tradit; Et Seneca lib. 2. declam. 7. ubi inquit: Senator post sexagesimum quintum annum in Curiam venire non cogitur, nec vetatur. Quicquid honoris nomine datur, in utramq; partem licet: aliòquò definit premium esse cui necesse est imponitur, &c. Neq; etià sum venire cogebatur, si aus de triumpho alicui còcedendo, aus supplicatione decernendum esset, Cicerone teste in 1. Philippica, pag. 454. dum inquit: De supplicationibus referebatur, quo in genere Senatores decesse non solent: coguntur enim non pignori bus, sed eorum, quorum de honore agitur, gratia, quod idem fit, cum de triumpho refertur, &c.

Deinde requirebatur in Senatore, ut sententiam loco diceret, h. e. non prius, quam rogaretur, prout d. lib. 3. de LL. Cicero interpretatur. Rogandi autem Senatus unum & eundem ordinem semper non fuisse, ostendit Gellius lib. 4. c. 10. in principio. Nam aliàs primus rogabatur, qui à Censoribus princeps in Senatuum lectus erat, qui ob id à Trebellio Pollione prima sententia Senator appellatur: aliàs qui designati Consules erant: Quidam è Consulibus studio & necessitate aliqua adducti, quem ijs visum erat, honoris gratia extra ordinem sententiam primum rogabant, dammodo ij Consularis dignitatis essent. Et ita C. Iulium Casarem in eo consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, Cneam Pompeium primum sententiam rogasse tradit Fenest. d. libr. 2. c. 1. Et Sueton. in Iulio Casare, c. 21. dum inquit: Filiam suam Iuliam Cneo Pompeio collocavit, repudiato priore sponso Servilio Cepione: ac post novam affinitatem Pompeium primum rogare sententiam cepit, cum Crassum soleret, essetq; consuetudo, ut què ordinem interrogandi sententias Cos. Calendis Ianuarijs institisset, eum toto anno conservaret. Cicero quoq; de Senectute, tantam aliquando senectutis honorem tributum scribit; ut quo quis

nata grandior esset, ita prior in Senatu sententiam rogaretur: Verba eius pag. 170. illa sunt: Multa in nostro collegio praclarata sunt: sed hoc de quo agimus inprimis, quod ut quisq; etate antecellit, ita sententia principatum tenet. Augustus tamen Imperator, ordinem rogandi sententias non seruauit: eorū nomina enim Suetonius in eius uita c. 35. in fine commendat, dum inquit: Sententias de maiore negocio, non more neq; ordine, sed prout libuisset perrogabat, perinde quisq; animum intenderet, ac si censendum magis quam adfentiendum esset. Ex diuerso Plinius in Panegyrico pag. 407. Domitianum ex ordine sententias rogansem reprehendit, illis uerbis: At quis antea loqui? quis hiscere audebat, praeter miseros illos, qui primi interrogabantur? Caeteri quidem defixi & attoniti, ipsam illam mutam, & sedentariam adfentiendi necessitatem, qua cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur? unus solusq; censebat, quod sequerentur omnes, & omnes improbarent, inprimis ipse, qui censuerat. Sic apud Cornelium Tacitum lib. 3. annal. pag. 149. Ciuile quidam rebantur, Drusum consulem designatum dicenda primo loco sententia à Tyberio exentum esse, ne caeteris adfentiendi necessitas fieret. Verum Iustinianus Imperator in urbe Constantinopolitana rationem dicendi ex ordine sententias uidetur approbare, Nouella 62. c. 2. ubi de ordine Senatorum tractans, Praefectum urbi primum nominat; Is enim alios omnes antecedebat, l. 3. C. de offic. Praef. urbi: Deinde patricos, consules, consulares, praefectos praetorio, magistros militum, & caeteros illustres: & qui prior nominatus est, priore loco sedis, priorq; sententiam dixit. Vnde Cassiodorus libr. 6. variarum, in formula praefectura urbana: Confides, inquit, supra omnes, sententiam primus dicis, &c. Qui sane mos ad haec nostra usq; tempora perdurasse quoq; uideri potest

potest, ut videlicet in amplissimo illustrissimoq; Romani Imperij Senatu adhuc, eo quo quis ordine sedet, sententiam dicat.

Deniq; requirebatur etiam in Senatore, ut diceret modo, hoc est, ne esset infinitus. Licet enim interdum, cum relatum esset aliquid Reipublicæ perniciosum, nec ullus magistratus se offerret qui intercederet, atq; ob id periculum esset, ne quod relatum erat eo die perferretur, Senator sententiam rogatus, perpetua oratione, & quam voluerit diu, dicendo diem absumere potuerit, adeo, ut nonnullos horis septem, plerog; dies totos concionem in Senatu habuisse tradat Gellius d. libr. 4. c. 10. & Alexan. libr. 4. c. 11. Longa tamen uti oratione probrosum regulariter fuit, & breuitas in Senatore magis probata est. Nam, ut Cicero d. libro 3. de LL. ait, breuitas non modo Senatoris, sed etiam Oratoris magna laus in sententia, nec est unquam longa oratione utendum, nisi ubi spectante Senatu (quod sit ambiciosè sapissimè) nullo Magistratum adiuvante tolli diem utile est: aut cum tanta causa est, ut opus sit Oratoris copia, vel ad hortandum, vel ad docendum. Hinc C. Iulius Cæsar, cum M. Cato ab eo de Republica rogatus nimis fortè diceret, longioreq; oratione uteretur, qua omne ferè tempus, quod Senatus destinatum erat, consumeret, viatorem vocauit, Marcumq; Catonem, quoniam finem non faceret, prehendi loquentem, & in carcerem trahi iussit. Valerius Maximus libr. 2. c. 5. Sueton. in Iul. Cæs. c. 20. Gellius libr. 4. c. 10. Fenestella lib. 2. c. 1.

Atq; hæc ἐν τῶν ἀποδῶν ἔστι ἐν τῷ τῶν δὲ Senatu; cuius tanta autoritas fuit, ut sine eo stare ciuitatem non posse C. vero pro Sestio scribat pag. 34. & pro Cluentio pag. 113. ordinem amplissimum

*amplissimum vocet. Sicut & de provincijs consularibus pag. 213. red-
 uxit ordo, inquit, amplissimus, & ordo is qui est & publici
 consilij & meorum omnium consiliorum autor & princeps: quem-
 admodum etiam Vlpian. in l. 2. §. 1. inf. ad Vell. & Pau. in l. si
 decipiendi 30. inf. eod. & l. ne tu 21. inf. de leg. 3. Et Caius in
 l. 1. inf. decollus. deteg. Antoninam Piam Capitolinus in eius
 vita pag. 149. tantum ei Imperatorem detulisse dicit, quantum
 etiamsi priuatus esset deferri sibi vel ab alio principe optauerit.
 Et M. Antonium Philosophum idem Capitolinus in eius vita,
 pag. 154. tantum ei tribuisse assenerat, ut amplius Senatus nul-
 lus Principum detulerit. Hadrianum quoque Imperatorem Spar-
 rianum in illius vita pag. 139. Senatus fastigium in tantum extu-
 lisse scribit, ut cum Tatianum ex Praefecto Praetorij ornamentis
 consularibus praeditum, faceret Senatorem, nihil se amplius aut
 maius habere, quod in eum conferret testatus sit. Vnde non solum
 si populus Regem aut Magistratum aliquem iussisset, id sic ratum
 erat, si Senatus autor fuisset; teste Lino lib. 1. pag. 4. Verum
 etiam quicquid ipse iuberet, ac constitueret firmum esset ac custo-
 diretur, L. non ambigitur 9. inf. de LL. l. 20. §. 6. de pet. her.
 Pomponius Lasus lib. 1. de mag. Rom. c. 3. Atque hoc est, quod
 Iureconsultus hic subiicit; ita coepit Senatus se interpone-
 re, & quicquid constituisset obseruabatur, idque jus appel-
 labatur Senatusconsultum. **Senatusconsultum jus est,**
 quod Senatus illis magistratibus, per quos Senatus haberi poterat,
 referentibus decreuit. Dico per quos Senatus haberi pote-
 rat; quia cuique conuocandi Senatus aut consultum faciendi ius &
 potestas non fuit, sed illis solummodo magistratibus, qui vocati-
 onem prehensionemque haberent, h. e. Dictatori, Consuli, Praetori,
 Tribunoplebis, Interregi, Praefecto urbi, item Tribunis Militari-
 bus, Decemviris & Triumviris Reipublica causa constitutis, Gel-
 lium*

lrus libro 14. c. 7. & seq. Fenest. libr. 2. c. 1. Qui uocationem
 prehensionemq; non haberent, ueluti quastores & alij, qui neg-
 listorem neg. uiatorem habent, Gellius lib. 13. c. 12. & seq. ijs
 aduocandi Senatum consultumq; facendi facultas non fuit. Es
 illi quidem quos dixi magistratus superiores, si forte tempore eo-
 dem omnes in urbe essent, is qui eo quo supra nominati sunt or-
 dine, prior erat alijs, Senatus consulendi ius habebat; teste Gellio
 d. lib. 14. c. 7. Consulibus tamen exceptis. utroq; enim Consule
 presente, alter eorum eam auctoritatem non habuit, cum ambo
 unius loco essent Principis. Adde referentibus: Senatus enim
 absq; relatione Consulum, aut eorum, quibus habere cogereq; Sena-
 tum licebat, decernere nihil poterat, quemadmodum ex Cicerone
 in oratione de reditu suo apparet, pag. 513. dum inquit: At pro me
 superiores Consules semper ut referrent efflagitati sunt, sed veri-
 ti sunt, ne causa gratia facere uiderentur, quod alter mihi affinis
 erat, alterius causam capitis receperam. Es pro Sestio pag. 24.
 Flagitabatur, inquit, ab his (Consulibus) quotidie cum querelis
 horum omnium, tum etiam precibus Senatus, ut meam causam
 susciperent, agerent aliquid, deniq; ad Senatum referrent: hi
 non modo negando, sed etiam irridendo, amplissimum quemq;
 illius ordinis insequabantur. Et pag. seq. inquit; Lucius Mum-
 mius ad Senatum de Republica retulit, Senatusq; frequens ue-
 stem pro mea salute mutandam censuit &c. Hinc uidemus etiam
 postulata provincialium Consulibus edita, ut de ijs ad Senatum
 referrent, quod ista in 4. ver. pag. 353. Ciceronis uerba osten-
 dunt. Dicit praeterea, testimonium tota Sicilia, qua in communi-
 bus postulatis ciuitatum omnium Consulibus edidit, rogare atq;
 orare Patres conscriptos ut statuerent, ne absentium nomina re-
 ceperentur.

Ut autem iustum Senatusconsultum esset, cum tempus &

K

locus

74 De Senatusconsultis.

24

locus considerabatur, tum numerus Senatorum, & an id Tribu-
 niplebis censuissent. Neg. enim ante exortum solis. aut post eius
 occasum fieri Senatusconsultum poterat, ut ex Ciceronis Philis-
 pica 3. constat, pag. 499. ubi de vespertino Senatusconsulto An-
 tonio consuli obijcit. Nec post horam decimam vlla de re referri
 licuisse auctor est Seneca lib. 1. de tranquillitate vitæ, c. 14. Sic
 nec in loco profano fieri poterat, sed ab Auguribus constituto, h.
 e. augusto & sacro, qui templum appellaretur: proptereaq; in Cu-
 ria Hostilia, & in Pompeia, & postea in Iulia, cum profana ea lo-
 ca fuissent, templa esse per Augures constituta, ut in ijs Senatus-
 consulta more maiorum iusta fieri possent, tradit Aulus Gellius d.
 lib. 14. c. 7. Idq; Cesarum temporibus etiam obseruatum esse,
 apparet ex Sueton. in Iulio Casare c. 81. in fine: ubi infaustum
 Casari fuisse opinatur, quod eo die quo occisus est, cum pluribus
 hostijs casis litare non posset, spreta religione Curiam introierit.
 Verum hoc posterius Iustinianus mutauit & Hippodromum in
 vrbe Constantinopolitana iustum locum esse, in quo haberi Sena-
 tus posset, constituit Nouell. constit. 62.

25

Sed & numerus Senatorum, qui ad senatusconsulta facienda
 requirebantur, in consideratione erat, teste Festo de verb. signi-
 pag. 210. ubi hac verba habentur; Numeri Senatorum, aut
 quouis Senator Consuli, cum impedimento vult esse, quo minus
 faciat Senatusconsultum; postulatq; ut aut res, qua referuntur,
 diuidantur, aut singuli consulantur; aut si tot non sint Senato-
 res, quo numero liceat prescribi Senatusconsultum. Qui tamen
 numerus, idem omnibus temporibus non fuit. Ante enim Sylla
 tempora Senatores non minus centum Senatusconsultum facere
 potuisse, ex Lilio apparet lib. 39. pag. 326. in pr. dum inquit: In
 reliquum deinde Senatusconsulto cautum est, ne qua Bacchanalia
 Roma, neve in Italia essent: Si quis tale sacrum solempne & ne-
 cessarium

cessarium duceret, nec sine religione & piaculo se id omittere posse, apud Pratorum Urbanum profiteretur: Prator Senatum con-
suleret, si ei permissum esset, cum in Senatu centum non minus es-
sent, id ita sacrum faceret. Ante Caesaris vero tempora ducen-
tos fuisse requisitos, ex Asconio Padiano constat, qui in argu-
mento Cornelianæ sic inquit: Actum deinde eadem de re in Se-
nata est, magnis contentioneibus: Tum Cornelius ita ferre rur-
sus cœpit, ne quis in Senatu legibus solueretur, nisi ducenti affu-
issent. Augusti atate quadringentis opus fuisse, Dion auctor est
lib. 54. in fine dum inquit: Interea Augustus indicem omni-
um suorum bonorum, perinde ac si esset priuatus homo, conscri-
psit, Senatumq; legit: & cum videret non semper frequentes
conuenire Senatores, Senatusconsulta etiam à paucioribus quam
quadringentis Senatoribus ut fieri possent statuit, cum ante ea,
hunc numerum, ut rata essent, requirerent. Alexandri tandem
Seueri temporibus quinquaginta saltem requisitos esse, osten-
dit Lampridius in Alexandro Seuero fol. 117. in fine, dum in-
quit: Leges de Iure populi & Fisco moderatas & infinitas
sanxit, neq; ullam constitutionem sacrauit sine 20. Iurispe-
ritis, & doctissimis ac sapientissimis viris, ijs denique discer-
tissimis, non minus quinquaginta: ut non minus in con-
silio essent sententia, quam Senatusconsultum conficeret.

Deniq; inspiciebatur etiam an facta Senatusconsulta Tri-
buniplex censuissent: si enim factum non erat, sed per inter-
cessiones Tribunitias fuerant impugnata, pro Senatusconsultis
non habebantur: Fenestella libr. 2. c. 10. Dion libr. 41. in pr.
Polybius libr. 6. pag. 179. εἰς ἐπίσημα τῶν δη-
μαρχῶν ἐκ' οἰονέωσι τέλει ἄγεαι πὺ δύνάσει τῶν βασιλέων ἢ
συνκλήσει, ἀλλ' ἐδὲ σιωπῶντες, hoc est, ut Muscalus
interpretatur, si ex Tribunis plebis, unus duntaxat
resistit

resistit, non poterit Senatus aliquid consulsorum suorum ad effectum perducere, imo ne considere quidem. Et Valerius lib. 2. c. 1. Tribuni, inquit, plebis, quibus intrare Curiam non licebat, ante uasas positus sub sellis decreta patrum attentissima cura examinabant: ut si qua ex ijs improbassent rata esse non sinerent. Itaque veteribus Senatusconsultis T. litera subscribi solebat, eaque nota significabatur, illa Tribunos quoque censuisse. Si tamen aut non legitimo numero, vel loco aut tempore alieno, aut nullo legitimo edicto vocatus subito Senatus cogerat, aut Tribuni aliquis plebis intercesserant, quamuis non Senatusconsultum, Senatus tamen auctoritas vocabatur, quae eorum qui sum temporis consilio interfuerant sententiam demonstrabat, qua more deinde Romano rata fiebat, nomenque Senatusconsulti accipiebat; quemadmodum Dion declarat lib. 55. hist. Rom. pag. 337. Hinc idem libr. 42. pag. 121. Cum Tribuni plebis intercedentibus Senatusconsultum non fieret, tamen auctoritas Senatus perscripta est: iussitque lictores ut Legis Tabulas tollerent. Et Cic. 1. Epist. famil. epist. 7. ad Lentulum. Quoniam Senatusconsultum nullum extat, quo reductio Regis Alexandrini tibi adempta sit: eaque, qua de ea scripta est auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino Regem reduceret tantam vim habet, ut magis iratorum hominum studium, quam constantis Senatus consilium esse videatur. Et lib. 11. Epistola 7. ad D. Brutum: Voluntas, inquit, Senatus pro auctoritate haberi debet, cum auctoritas impeditur metu.

In scribendis autem Senatusconsultis apposta etiam fuisse eorum ex Senatoribus, qui auctores fuissent nomina, ex epistolarum famil. Cic. lib. 5. Epist. 2. intelligi potest; qua habet; Tam illud Senatusconsultum quod eo die factum est, ea perscriptione est, ut dum ia extabit, officium meum in te obscurum esse non possit. Et ex Vopisco Syracusano in Tacito. pag. 295. dum inquit: Habet

Biblio-

Bibliotheca Vlpia in armario Sexto librum Elephantinum, in quo hoc Senatusconsultum perscriptum est, cui Tacitus ipse manu sua subscripsit. Nā diu hac Senatusconsulta, quæ ad Principes pertinebant, in libris Elephantinis scribebantur. Et ex Lampridio in Heliogabala pag. 197. ubi matrem Heliogabali in Senatum venisse dicit, scribendo affuisse, id est Senatusconsulti conficiendissim.

Duo verò uno die Senatusconsulta fieri non consuevisse Iulius Capitolinus innuit in Maximino & Balbino, pag. 252. dum inquit: Hic Gordianus nepos erat Gordiani ex filia, ut quidam; vel ut alij, ex filio, qui est in Africa occisus, annum agens ætatis quartumdecimum, ut pleriq; dicunt, qui statim raptus est, & nouo genere Senatusconsulti, cum eadem die S.C. factum esset, inductus in Curiam Caesar est appellatus.

Qua forma autem Senatusconsulta fierent, ostendunt in 5. Philippica, exempla Senatusconsultorum, Cicerone auctore factorum, in testimonium laudis virtutisq; egregia, primum Decij Bruti pag. 533. Deinde Marti Lepidi pag. 535. Tertio Caij Cæsaris pag. 538. Quarto Egnatuleij & exercitus C. Cæsaris pag. 541. Refertq; formulam Senatusconsulti, sum Velleiani Vlpianus in l. 2. inf. ad S.C. Velleian. sum alterius cuiusdam de mense Sextilis honori Augusti dato Macrobius lib. 1. Saturn. c. 12. in hæc verba: Cum Imperator Caesar Augustus, mense Sextili, & primum consulatam inierit; & triumphos tres in urbem intulerit; & ex Ianiculo legiones adducta, secus aq; sint eius auspicia & fides; & Ægyptus hoc mense in potestatem populi Romani redacta sit: sinisq; hoc mense bellis Civilibus impositus sit: atq; ob has causas hic mensis hæc imperio felicissimus sit ac fuerit, placere Senatui ut mensis Augusti appelletur &c. Verum hæc ipsa Senatus in Legibus condendis longo tempore usurpata auctoritas, ex

qui? & qui postea? 15. In Senatus lectidone magistratus quoq; rationem habitam. 16. Senatorum in Senatum vocatorum præsentia necessaria. 17. Sine venia Italia exire, aut extra urbem morari an potuerint? 18. Senatus quotuplex? 19. Senator in curiam non veniens, an aliquando excusatus? 20. Senatori, rogato sententia dicenda, & ordo rogandi Senatus qui? 21. Senatori rogata sententia quomodo dicenda? 22. Senatus autoritas quæ? 23. Senatusconsultum quid? 24. Quâ dici parte fieri potuerit, quoq; in loco? 25. Quo Senatorum numero? 26. An etiam, ne fieret, potuerit impediri? 27. Impeditum, quo nomine appellatum? 28. Senatusconsultis utrum illorû auctores subscripserint? 29. Duo eodem die an fieri potuerint? 30. Quâ forma fierent? 31. Republica in dominationem versa, Senatus autoritas quæ? 32. Senatusconsultum fieri quando desierint?

Sexta pars Iuris, *Senatusconsulta* sunt: quæ Marcianus in l. 2. inf. de his quæ ut indig. ordinis amplissimi decreta: ac Severus & Anton. in l. 2. C. ad S. C. Mac. Antoninusq; solus in l. 4. C. de excusat. sus. amplissimi ordinis consulta, & Papinianus in l. libertus 17. inf. ad municipal. Valerianus & Gallienus in l. abolitionem 16. C. ad l. Iul. de adult. decreta patrum nominant: Græci τὰ τῆς συγκλήτης δόγματα. Horum initia & ipsa XII. Tab. antiquiora esse, vel ex Suetonio constat, in Vespasiano c. 8. ubi Vespasianum instrumentum fecisse pulcherrimum narrat, in quo penè ab exordio urbis Senatusconsulta & Plebiscita fuerint contenta, Et Romulo regnante de Sabinis mulieribus Senatusconsultum factum esse, ut ad gentiles suos, urbem obsidentes, reconciliationis gratia proficiscerentur, tradit Dionys. lib. 2. antiq. Rom. post medium. Licet enim initio legis sancienda jus ad populi solummodo pertinuerit potestatem; eodè Dionys. teste d. lib. 2. fol. 63. in fi. sua tamen & Senatus. tam temporis fuit autoritas, cuius vel in magistratuum creatione, legis latione, vel belli indictione interposita decreta à plebe postea solebant comprobari (quemadmodum idem Halic. ibidem autor est) donec à P. Philone Dictatore, potestas illius certis finibus fuit

fuit circumscripta, cautumq; ut legum qua centuriatis comitijs ferrentur, patres auctores fierent. Quod licet ante istam legem frequentatum videri possit consuetudine servata, qua in Numa Rege creando est inducta; ut scilicet antequam populus suffragium iniret, patres in incertum comitiorum eventum auctores fierent, Linius lib. 1. pag. 4. in fi. necessariam tamen id non fuit, sed voluntarium. Vnde Publilius in plebem, qui & ipse plebeia gentis erat, propensus, quod voluntarium Senatus erat, necessariam fecit, quodq; more factum erat, id ut lege fieret sua lege sanxit; quemadmodum apud eundem Linium videre est, lib. 8. pag. 92. ante finem. Tandem rerum necessitate urgente frequentiora Senatusconsulta, quam aut Leges aut Plebiscita essent, fieri cœperunt. Cum enim (ut Pomponius hic ait) in tanta hominum turba plebs difficile, populus multò difficilius conveniret, hoc est, ut Iustinianus interpretatur, cùm in eim populus Romanus auctus esset modum, ut difficile fuerit, in unum convocari legis faciendæ causa §. Senatusconsultum Inst. de Iur. nat. g. &c. necessitas ipsa (ut Iureconsultus hic subiicit) curam Reipublicæ ad Senatum deduxit. Per Senatum summū Concilium (ut Cic. de senect. pag. 247. loquitur) siue ut Imppp. appellant l. 36 C. de Decurion. Ordinem Senatorium intelligit, primo omnium à Romulo institutum. Ut enim Respub. commodius administrari posset, Romulus centum Senatores ex Albanis creavit, quos ab honore patres, & progeniem eorum patricios; Linius lib. 1. pag. 3. in pr. Lactantius lib. 2. Insti. divi. c. 7. ob aetatem verò Senatores appellavit. Fenestel. lib. 2. c. 1. Nam & Senatores & optimos à prisca senes appellatos, meminit Dionys. lib. 2. fol. 62. in fine, & Sextus Festus de verborum significatione, pag. 410. in pr. Eosq; ut Paterculus scribit lib. 1. pag. 12. instar habuit consilij publici. Deinde idem Romulus ex Sabin, quos

5 fœdere cum Sabinis iſto in civitatem aſſumſit, alios centum in
 patres legit, ut omninò ducenti eſſent: idem Dionyſ. d. lib. 2.
 fol. 51. circa medium. Poſtea Tarquinius Priſcus in defectu Sena-
 tus, alios centum allegit, ut ex ducentis trecenti fierent Sena-
 tores: idem Dionyſ. lib. 3. fol. 146. in pr. Præterea Regibus exa-
6 ctis Iunius Brutus & Valerius Poplicola Coſs. cum numerum à
 Tarquinio Superbò cadibus & expulſionibus ad centum & ſexa-
 ginta quatuor, ſi Feſto credimus, pag. 328. imminutum, primo-
 ribus equeſtris ordinis Senatui adſcriptis, ruruſ expleuerunt;
 idem Dionyſ. lib. 5, fol. 212. in pr. Qui poſtea, quod in locum de-
 cedentium ſuffecti, & in Senatum literis adſcripti eſſent, patres
 conſcripti ſunt appellati. Linius lib. 2. in pr. ferè. Fenefſtella lib.
 2. c. 1. Plutarchus in vita Romuli fol. 8. & in Problem. pag. 455.
 Alex. lib. 4. c. 11. Sextus Feſtus pag. 4. Patres, inquit, dicti ſunt,
 qui ſunt patricij generis: Conſcripti, qui in Senatum ſunt ſcriptis
 adnotati. Dicebantur etiam eodem autore ibidem, Allecti, quod
 propter inopiam ex equeſtri ordine in Senatus eſſent numerum
 aſſumti. Vnde Suetonius in Caſar. c. 80. Peregrinis in Senatum
 allectis libellus propoſitus: Bonum factum ne quis Senatori novo
 Curiam monſtrare velit: & illa vulgo canebantur. Poſt hac Syl-
7 lam Dictatorem plures quàm quadringentos in Senatum legiſſe,
 ex Ciceronis ad Atticum epiſtola 11. lib. 1. conjicere licet: Vbi
 iſta verba reperies: Cum decerneretur frequenti Senatu, contra
 pugnante Piſone, ad pedes omnium ſigillatim accedente Clodia,
 ut conſules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam:
 homines ad XV. Curioni nullum S.C. facienti aſſenſerunt: facile
 ex altera parte CCCC. aſſuerunt, acta res eſt. Ex Ciceronis tẽpore
 decem & quingentos in Senatu fuiſſe refert ipſe in oratione poſt
 reditum ad ſenatum pag. 536. in fin. his verbis: Quo quidem
 die, cum CCCCX Senatores eſſetis, magiſtratusq; omnes adſe-
 ſent,

sent, dissensit vnus, qui sua lege coniuratos ab inferis excitandos putarat. Tandem verò cum Julius Cæsar supra mille Senatores belli casibus imminuto ordini adiecisset, aut vt Dioni libr. 43. pag. 146. placet, noningentos, (ob quam lectionis facilitatem Cicero etiam apud Macrob. in 2. Satur. illum ridet, dum hospiti suo P. Mallio roganti ut Decurionatum priuigno eius expediret, assistente magna frequentia dixit, Romæ si velles, habiturum, Pompeijs difficulter) Augustus Imperator affluentem illum numerum ad modum & splendorem pristinum redegit; teste Sueton. in Aug. c. 35. Senatorum, inquit, affluentem numerum, de formi & incondita turba (erant enim super mille & quidem indignissimi, & post necem Cæsaris per gratiam & primum allecti, quos abortiuos vulgus vocabat) ad modum pristinum & splendorem redegit, duabus lectionibus, prima ipsorum arbitrata, quo vir virum legit, secunda suo & Agrippæ. Sane Dion. libr. 54. pag. 225. illum hoc non tam fecisse quam voluisse affirmat expressè. Ita enim ille (Guilielmo Xylandro interprete:) Statueras quidem (Augustus) trecentos tantum secundum antiquam consuetudinem constituere, abundè contentum se esse debere censens, si tot dignos Senatoria Maiestate reperisses: Sed omnibus hoc agrè ferentibus D. C. Senatores collegit. Denique postremis temporibus quinquaginta solummodo in Senatu fuisse constat ex L. 9. C. Th. de Pratoribus: ubi dicit Imperator. Placet ne minus quinquaginta clarissimi veniant in Senatum: Certum est enim hoc numero largè abundare substantiam virtutis honoranda.

In Senatorum autem lectione, cum generis & ætatis; tum verò Sexus Censûs & Magistratus rationem haberi solitam

10

certum est. Romulum enim & Tarquinium Priscum non nisi ex patricijs initio, hoc est, ijs, quos in patriciorum nuumerum ante re- tulissent, quemquam legisse, ex Dionys. constat lib. 2. & 3. licet postea ex ordine equestri, Livijs lib. 2. in pr. teste, & plebe etiam creari Senatores cæperint. Dionys. lib. 6. ita ut tandem hic ho- nos ad Libertinorum etiam filios perueniret: ac primus Appius Claudius, Senatum Libertinorum filijs lectis inquinaverit, Li- vius lib. 9. in fine. Suetonius in Claudio c. 24. Quinimo Casa- ris Triumviratusq; Reipublica constituenta temporibus, non so- lum Libertinorum filios, verum Libertinos ipsos, & seruos etiam in Senatum lectos fuisse, testatur Dian. d. lib. 43. pag. 146. dum inquit: Aliam Casaris rationem praestandi ea, qua mala multis promiserat, nullam habebat: adscripsit etiam complures in Sena- tum, nullo in discrimine ponens, siue quis miles esset, siue Liber- tinus, adeo ut summa Senatorum DCCCC. fuerit. Et libr. 48. pag. 232. Enimvero inquit, quia sumptus longè fiebant quàm ante maiores, ac creditus alioquin non sufficientes, minores etiam tum essent propter Ciuilia bella, noua vectigalia quadam excogi- tata ab ijs sunt, in Senatum etiam adscripti permulti non modo è socijs militibusve & Libertinis, sed serui etiam &c. Illudq; Commodam Ansoninum quoq; frequentasse Libertinosq; ipsos in Senatum atq; in patricios allegisse, autor est Lampridijs in il- lius Vita, pag. 168.

11

Deinde, obseruatam etiam aetatem esse, cum ex Gellio lib. 14. constat, capite vltimo, ubi praefectum urbi, Latinarum cau- sa relictum, ex ea aetate fieri dicit, qua non sit Senatoria: tum ex Cicerone in Maniliana, pag. 42. ubi inquit: Quid tam praeter consuetudinem, quam homini peradolescens, cuius à Senatorio gradu, aetas longè abesset, imperium atq; exercitum dari? Licet enim moris antea fuerit, Senatorum filijs praetextatis cum pa- rentibus

ventibus Senatam ingredi; *Macrob. lib. 1. Satur. c. 6. Gellius lib. 1. c. 23. Et Augustus Senatorum liberis, quò celerius Reipub. affuscereat, protinus virilem togam, latum clauum induere, & Curia interesse permiserit; Sueton. teste in Aug. c. 38. post Papyrium tamen pretextatum, ne quis in Senatu gesta manifesta- ret, frequentari id amplius desitum est fuitq; constitutam, ut infra viginti & quinque annos Senatam ingredi nulli liceret; prout Feneft. autor est lib. 2. c. 1. Hinc jure nostro cautum est, mi- norem vlginti quinque annis Decurionem fieri, vel ad honores aut munera ciuilia admitti non posse. l. non tantum inf. de de- cur. l. ad Rempub. inf. de mun. & hon. l. 2. §. 1. inf. de vac. mun. l. 2. C. qui profess. se excuss. eandemq; aetatem in iudice requiri Harmenopolus tradit lib. 1. Epitomar. tit. 4. ex lib. 7. βασιλ. tit. 5. dum inquit: ὁ ἡτλω τῶν εἰκοσιπέντε ἐτῶν, ἔ δύναιαι δια- σαι.*

Tertio sexum quoq; in consideratione fuisse, & fæminas in Senatam lectas non esse, vel ex eo evincitur, quod in Senatam ij- tantum legerentur, qui magistratus gesserant, ut postea dicitur. Et fæminis magistratus contingere non posse, *Liuius scribit, lib. 34. pag. 269. dum inquit: Non magistratus, nec sacerdotia, nec triumphi, nec insignia, nec dona aut spolia bellica his contingere possunt; mundicia & ornatus & cultus, hac fæminarum insi- gnia sunt. Cui Vlpian. in l. 2. inf. de reg. iur. consentit, qui fæ- minas ab omnibus officijs ciuilibus vel publicis dicit esse remotas: Et ideo nec iudices esse posse, nec magistratum gerere. Quinimo lege sancitum fuisse, ne mulieres cuiusvis negotij causa Senatam aut Curiam adirent, tradit *Alexand. Neap. lib. 4. c. 11. Et pri- mus Heliogabalus senaculum mulierum constituit, & ut mater in Senatam admitteretur à Senatu pervicit; prout Lampridius in eius vita autor est, pag. 197. dum inquit: Deinde ubi primum* diem*

diem Senatus habuit matrem suam in Senatu rogare iussit, qua cum venisset, vocata ad consulum subsellia scribendo affuit, id est, Senatusconsulti conficiendi testis: solusq; omnium Imperatorum fuit, sub quo mulier quasi clarissima loco Viri Senatum est ingressa. Fecit & incolle Quirinati senaculum, id est, mulierum Senatum, in quo ante fuerat conuentus matronalis, solennibus duntaxat diebus. Et paulò post, pag. 199. inquit: Ingressus Curiam, aviam suam, Variam nomine, secum induxit, ut eius auctoritate fieret honestior, quia per se nò poterat, nec ante eum, quod jam diximus Senatum mulier ingressa est, ita ut ad scribendum rogaretur, & sententiam diceret. Et iterum pag. 200. in fine: Occisa est cum eo & mater Semiamira, probrosissima mulier, & digna filio: cautumq; ante omnia post Antoninum Heliogabalum, ne unquam mulier Senatum ingrederetur, utq; inferis eius caput dicaretur devovereturq;, per quem id esset factum. Heliogabalum secutus est Iustinianus, qui Theodoram uxorem ob insignem raramq; eius prudentiam, etiam ad consilia Reipubl. adhibuit, prout apparet ex Nguell. 8. c. 3.

13

Quarto ne amplissimi ordinis splendor rei familiaris angustijs obscuraretur, Censum quoq; in legendo Senatore spectatum esse, tam Plinius senior testis est lib. 23. natur. hist. tum Seneca lib. 2. declam. dum inquit: Senatorium gradum, census ascendere facit Censum Romanum equitem à plebe discernit: Censum in castris ordinem promouet; Censu in foro iudex legitur. Et Ovidius in 3. Amorum:

Curia pauperibus clausa est: dat census honores
Inde gravis iudex, inde severus eques.

Et lib. 1. Fastorum:

In precio precium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper ubiq; iacet.

Et ideo Vlpianus lib. 2 de Censib. quod ex censu Senator legeretur,
de

de Senatoribus scripsit; quemadmodum inscriptio L. ult. ostendit in *de Senatoribus*. Erat autem Senatorium Censui duplo maior censu equestri; sicut hoc duplo minor plebeius. Plebeius etenim Censui sestertium ducentorum millium erat, equestri quadringentorum, Plinius lib. 1. Epist. 9 & Senatorium octingentorum. Hinc Iuuenal. Sat. 14.

---- officio summam

Bis septem ordinibus, quam lex dignatur Orbis.

habet, efficitur plebeium censui ducentorum HS. sit, equestri quadringentorum, & Senatorium octingentorum. Et Horatium lib. 2. Epist. 1.

Si quadringentis fore, septem millia desunt
Est animus tibi, sunt mores, & lingua fidesq;
Plebs eris.

Verum Augustus postea Senatorium Censum ad mille ducenta deduxit, prout Suetonius in eius vita auctor est c. 41. dum inquit: Senatorium censum ampliamis, ac pro octingentorum millium summam, duodecies sestertium taxatis: suppletisq; non habentibus. Licet Dion, censum Senatoribus definitum initio quadringentorum tantum sestertia dicat, posteaq; ad decies unq; sestertium productum. lib. 54. Τὰς τε ἰσχυρὰς τοῖς δέκα μυριάδων ὑστέρων ἔχουσι, ἔσονται ἐν τῶν νόμων δυναμένοις, ἐπαγγελίαν ἐπίτευσεν. τὸ πρῶτον ἃ τὸ βαλδύκων τμήμα τὴν πρώτην εἶναι ἔταξεν, ἔπειτα καὶ ἐς πεντήκοντα ἑκοσι μυριάδας αὐτὸ προήγαγε, καὶ ὑστέρων τῶν ἐν τῶν ἐλάττω, τὴν μὲν τῶν δέκα, αὐτὴς ἢ τῶν πενήκοντα ἑκοσι καλεμένων, ἐχαρίσατο ὅσον εἶδες. id est omnibus qui quadringenta sestertia possiderent, ac magistratus gerere eis per LL. liceret, eorum petendorum potestatem dedit. Hunc enim primum censum Senatorium constituerat, quem deinde unq; ad decies sestertium protulit: quibusdam bene se viuentibus, qui prius minorem, quam quadringenta sestertia, aut post minus quam decies sestertium possiderent,

quantum

quantum defuit dono dedit. Et eadem libro paginis aliquot interiectis: ἐξέτασις αὐτῆς τῶν βασιλέων ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ τὸ μῆδον πρῶτον δέκα μυριάδων τὸ ἴσημα αὐτοῖς ὄριστο, διὰ τὸ συχνὸς τῶν πατρῶων ἱσχυρῶν πολέμων ἐσερηθῆαι, προῖοντο δὲ τὸ ἔξῆς, καὶ τῶν φρώπων περὶ σίας κεκτημένων, ἐς πέντε καὶ εἰκοσι προήχθη, ἐκείνη δὲ ἐδέλοντο βασιλέων ἐυρίσκειν. hoc est: Secundum ea iterum Senatus censura inita est. Cum Senatoribus census esset definitus quadringenta sestertia, quoniam multi bellis intestinis patrimonias facultates amiserant, progressa autem temporis ac locupletioribus factis hominibus is usque ad decies sestertium auctus fuisset, nemo iam inveniri potuit, qui sponse sua Senator esse vellet. Quo utroque in loco Dion de Myriadibus 25. drachmarum loquitur aperte, quæ, si Plutarcho credimus, decies sestertium constituit; ita enim in M. Antonino ille: τὰς, inquit, πέντε καὶ εἰκοσι μυριάδας οἰρωμαῖοι Δίκης καλῶσι. Et Senatoriam censum suo tempore decies sestertium fuisse innuit Martialis, ad Scauolam cui ad equestrem censum aliquid adhuc deerat, libr. 1. Epigram. 104. his Versibus scribens:

Si dederint superi decies tibi millia centum
Dicebas nondum Scauola iustus eques:
Qualiter o viuum, quam large, quamq̄, beatè
Riserunt faciles, & tribuere Dei.

Deniq̄ magistratus etiam in Senatus lectione rationem habitam, Cicero in 3. de legibus ostendit pag. 438. dum inquit; Omnes magistratus auspiciū iudiciūq̄ habent, eaq̄ his Senatus esto. Et eum, qui magistratum ante non gesserat, legi in Senatorem solitum non esse pluribus Sigonius deducit lib. 2. de jur. ant. ciuit. Rom. c. 2.

Senatores itaq̄ in Senatum ita lecti, tria potissimum iubebantur: Primo, ut adessent; Deinde ut loco dicerent; Vltimo, ut modo; quemadmodum d. libr. 3. de LL. Cicero autor est, pag.

453. Cum tñm grauitatem res habeas, si frequens ordo sit; Cicerone ibidem attestante; ideo ad Consulũ edictum Senatores conuenire omnes cogebantur, nisi pignoribus captis, aut multa iure ordinario; aut ob grauissimam contumaciam extra ordinem iracundia, siue, ut Pomponius loquitur, in l. si is 20. inf. com. diuidendo, motu edicentis, adium uillarumq; direptione aut disturbance coërceri maluissent, Feneſt. lib. 2. c. 1. Alex. d. lib. 4. c. 11. Hinc Cicero pro domo sua pag. 548. Dico Senatoris esse boni, sempex in Senasum uenire. Et d. lib. 3, de LL. pag. 438. in fine; Senatori, inquit, qui nec aderis, aut causa aut culpa esto. Et in 1. Philipp. Antonius consul cum fabriũ se venturum esse ad subuertendam domum eius, esset minatus, si in Senatum non ueniret, pag. 415. ita conqueritur; Quis autem, inquit, unquam tanto damno Senatorem coëgit? aut quid est ultra pignus aut multam? Et Plinius lib. 2. Epist. 29. Eia tñ, inquit, cum proxime res agentur quoquo modo ad iudicandum ueni. Nihil est, quod in dextram aurem fiducia mei dormias, non impunè cessatur. Ecce Licinius Nepos Prator, acer & fortis uir, multam dixit etiam Senatori. Egit ille in Senatu causam suam, egit autem sic, ut deprecaretur, remissa est multa, sed timuit, sed rogauit, sed opus uenia fuit &c. Et ad veterem illum morem ludens senex ille Plautinus in *Attilis* quog; respicit, inquiens:

Frequens Senatus potere nunc habebit

Ibo intro, ne dum abs sum multas fortitudo suam.

Hinc est quod edixisse Casarem, ne Senator absq; uenia Italia exiret, Dion tradit lib. 52. in fine illis uerbis: Praterea edixit, ne quis Senator iniussu suo permissuq; extra Italia abiret, id quod hodie etiam obseruatur, cum nulli Senatori alio, quam in Siciliam Galliamq; Narbonensem liceat peregrè proficisci &c. Quinimo si negocij magnitudo postulabat, edicto etiam caueri interdum solebat, ne per noctem ab urbe Senatores abessent; quemadmodum

apud *Linium* videre licet, lib. 36. post principium: *Vbi* in apparatum curamq; eius belli civitatem intentam fuisse ait, ut *P. Cornelius* Consul ediceret, qui Senatores essent, ne quis eorum longius ab urbe Roma abires quam unde eo die redire posses. Et eodem libro pag. 365. *M. Rucio* Praetori mandatum, ostendit, ut edicto Senatores omnes ex tota Italia nisi qui *Reipublica* causa abessent, Romam renocaret: qui Roma essent, ne quis ultra mille passuum à Roma abesset. Et alibi quam Roma morari olim Senatores non potuisse commentu libero non impetrato *Paulus* tradit l. 22. § pen. ad municip. utcumq; postea etiam absq; com-
 meatu ubicunq; voluerint liberam commorandi habitandive facultatem habuerint l. 15. C. de dignitat. lib. 12. Atq; hac de Senatu tam legitimo quam indicto accipienda sunt. Senatus .n. duplex fuit: Legitimus & Indictus. Legitimus bis terve ad summum singulis mensibus habebatur, ut plerunq; etiam antequam vocarentur Senatores venirent, donec *Augustus* constituit, ne plus quam bis in mense legitimus Senatus haberetur; teste *Sueton.* in *Aug.* c. 35. quod confirmare *Dion* videtur lib. 55. pag. 337. in pr. dum inquit: *Augustus* porro edixit, ut certis diebus Senatus ageretur, de quibus cum ante hac nihil esset definitum, ideoq; multi abessent, singulis mensibus dies certos habendi Senatum constituit, ad quos necessario omnes hi quos leges in Senatum venire iubent adessent: ac ne qua absentia posset obtendi excusatio, canit, ne quod iudicium, aut alia vlla res Senatoribus competens, eo tempore fieret: multam etiam eorum, qui vlltam ob justam causam in Senatum non venissent, adauxit. Hac ille. Indictus Senatus erat cum quid incidisset eiusmodi, ut dignū videretur Senatus consilio: indicebaturq; per praetorem, & omnes adesse oportebat, ut res haberet maiorem auctoritatem. Si tamen *Sexagenarius* Senator aut maior in Senatum vocatus non venerat, excusabatur;

18

19

excusabatur: prout Alexander loco proximè dicto tradit; Et Seneca lib. 2. declam. 7. ubi inquit: Senator post sexagesimum quintam annum in Curiam venire non cogitur, nec vetatur. Quicquid honoris nomine datur, in utramq. partem licet: aliquis desinit premium esse cui necessitas imponitur, &c. Neq. etiã tam venire cogebatur, si ans de triumpho alicui cõcedendo, aut supplicatione decernendum esset, Cicerone teste in 1. Philippica, pag. 454. dam inquit: De supplicationibus referebatur, quo in genere Senatores deesse non solent: coguntur enim non pignoribus, sed eorum, quorum de honore agitur, gratia, quod idem fit, cum de triumpho refertur, &c.

Deinde requirebatur in Senatore, ut sententiam loco diceret, h. e. non prius, quam rogaretur, prout d. lib. 3. de LL. Cicero interpretatur. Rogandi autem Senatus unum & eundem ordinem semper non fuisse, ostendit Gellius lib. 4. c. 10. in principio. Nam aliàs primus rogabatur, qui à Censoribus princeps in Senatuum lectus erat, qui ob id à Trebellio Pollione prima sententia Senator appellatur: aliàs qui designati Consules erant: Quidam è Consulibus studio & necessitate aliqua adducti, quem ijs visam erat, honoris gratia extra ordinem sententiam primum rogabant, dammodo ij Consularu dignitatis essent. Et ita C. Iulium Casarem in eo consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, Cneum Pompeium primum sententiam rogasse tradit Fenest. d. libr. 2. c. 1. Et Sueton. in Iulio Casare, c. 21. dam inquit: Filiam suam Iuliam Cneo Pompeio collocavit, repudiato priore sponso Sernilio Cepione: ac post novam affinitatem Pompeium primum rogare sententiam cepit, cum Crassum soleret, essetq. consuetudo, ut què ordinem interrogandi sententias Cos. Calendis Ianuarijs institisset, eam toto anno conservaret. Cicero quoq. de Senectute, tantam aliquando senectuti honorem tributum scribit; ut quo quis

natu grandior esset, ita prior in Senatu sententiam rogaretur:
Verba eius pag. 170. illa sunt: Multa in nostro collegio pracla-
ra sunt: sed hoc de quo agimus in primis, quod ut quisq; aetate an-
tecellit, ita sententia principatum tenet. Augustus tamen Impe-
rator, ordinem rogandi sententias non servavit: eorū nomina
eum Suetonius in eius vita c. 35. in fine commendat, dum in-
quit: Sententias de maiore negocio, non more neq; ordine, sed
prout libuisset perrogabat, perinde quisq; animum intenderet, ac
si censendum magis quam adsentiendum esset. Ex diverso Plini-
us in Panegyrico pag. 407. Domitianum ex ordine sententias
rogantem reprehendit, illis verbis: At quis antea loqui? quis
hiscere audebat, praeter miseros illos, qui primi interrogabantur?
Ceteri quidem defixi & attoniti, ipsam illam mutam, & seden-
tariam adsentiendi necessitatem, qua cum dolore animi,
quo cum satius corporis horrare perpetiebantur? unus
solutusq; censebat, quod sequerentur omnes, & omnes impra-
barent, in primis ipse, qui censuerat. Sic apud Cornelium Tacit-
um lib. 3. annal. pag. 149. Civile quidam rebantur, Drusum
consulem designatum dicenda primo loco sententia à Tyberio ex-
emptum esse, ne ceteris adsentiendi necessitas fieret. Verum Iu-
stinianus Imperator in urbe Constantinopolitana rationem di-
cendi ex ordine sententias videtur approbare, Novella 62. c. 2.
ubi de ordine Senatorum tractans, Praefectum urbi primum no-
minat; Is enim alios omnes antecedebat, l. 3. C. de offic. Praef-
urbi: Deinde patricios, consules, consulares, praefectos pratoria,
magistros militum, & caeteros illustres: & qui prior nominatus
est, priore loco sedit, priorq; sententiam dixit. Unde Cassiodorus
libr. 6. variarum, in formula praefectura urbana: Consides,
inquit, supra omnes, sententiam primus dicis, &c. Qui
sanè mos ad haec nostra usq; tempora perdurasse quoq; videtur
potest

potest, ut videlicet in amplissimo illustrissimoq; Romani Imperij Senatu adhuc, eo quo quis ordine sedet, sententiam dicat.

Deniq; requirebatur etiam in Senatore, ut diceret modo, hoc est, ne esses infinitus. Licet enim interdum, cum relatum esset aliquid Reipublica perniciosum, nec ullus magistratus se offerret qui intercederet, atq; ob id periculum esset, ne quod relatum erat eo die perferretur, Senator sententiam rogatus, perpetua oratione, & quam voluerit diu, dicendo diem absumere potuerit, adeo, ut nonnullos horis septem, plerosq; dies totos concionem in Senatu habuisse tradat Gellius d. libr. 4. c. 10. & Alexan. libr. 4. c. 11. Longa tamen uti oratione probrosam regulariter fuit, & breuitas in Senatore magis probata est. Nam, ut Cicero d. libro 3. de LL. ait, breuitas non modo Senatoris, sed etiam Oratoris magna laus in sententia, nec est unquam longa oratione utendum, nisi ubi spectante Senatu (quod sit ambrosiosè sapiissime) nullo Magistratu adiuuante tolli diem utile est: aut cum tanta causa est, ut opus sit Oratoris copia, vel ad hortandum, vel ad docendum. Hinc C. Iulius Cæsar, cum M. Cato ab eo de Republica rogatus nimis fortè diceret, longioreq; oratione uteretur, qua omnè ferè tempus, quod Senatui destinatum erat, consumeret, viatorem vocauit, Marcumq; Catonem, quoniam finem non fateret, prehendi loquentem, & in carcerem trahibijussit. Valerius Maximus libr. 2. c. 5. Sueton. in Iul. Cæs. c. 20. Gellius libr. 4. c. 10. Fenestella lib. 2. c. 1.

Atq; hæc in τραπεζῶν & αἰσῶν τῶν αἰσῶν de Senatu; cuius tanta auctoritas fuit, ut sine eo stare ciuitatem non posse Cæsar pro Scythio scribat pag. 34. & pro Cluentio pag. 122. ordinem amplissimum

31

22

*amplissimum vocet. Sicut & de pronincijs consularibus pag. 213. reduxit ordo, inquit, amplissimus, & ordo is qui est & publici consilij & meorum omnium consiliorum autor & princeps: quemadmodum etiam Vlpian. in l. 2. §. 1. inf. ad Vell. & Pan. in l. si decipiendi 30. inf. eod. & l. ne tu 21. inf. de leg. 3. Et Caius in l. 1. inf. decollus. deteg. Antoninum Pium Capitolinus in eius vita pag. 149. tantum ei Imperatorem detulisse dicit, quantum etiamsi priuatus esset deferrisibi vel ab alio principe optauerit. Et M. Antonium Philosophum idem Capitolinus in eius vita, pag. 154. tantum ei tribuisse assenerat, ut amplius Senatus nullus Principum detulerit. Hadrianum quoque Imperatorem Spartianus in illius vita pag. 139. Senatus fastigium in tantum extulisse scribit, ut cum Tatianum ex Praefecto Praetorij ornamentis consularibus praeatum, faceret Senatorem, nihil se amplius aut maius habere, quod in eum conferret testatus sit. Vnde non solum si populus Regem aut Magistratum aliquem iussisset, id sic ratum erat, si Senatus autor fuisset; teste Lino lib. 1. pag. 4. Verum etiam quicquid ipse iuberet, ac constitueret firmum esse ac custodiretur, L. non ambigitur 9. inf. de LL. l. 20. §. 6. de pet. her. Pomponius Latus lib. 1. de mag. Rom. c. 3. Atque hoc est, quod Iureconsultus hic subiicit; ita coepit Senatus se interponere, & quicquid constituisset obseruabatur, idque jus appellabatur Senatusconsultum. *Senatusconsultum jus est, quod Senatus illis magistratibus per quos Senatus haberi poterat, referentibus decreuit. Dico per quos Senatus haberi poterat; quia cuiusque conuocandi Senatus aut consultum faciendi jus & potestas non fuit, sed illis solummodo magistratibus, qui uocationem prehensionemque haberent, h. e. Dictatori, Consuli, Praetori, Tribunoplebis, Interregi, Praefecto urbi, item Tribunis Militariibus, Decemuiris & Triumuiris Reipublicae causa constitutis, Gel-
lius**

lus libro 14. c. 7. & seq. Fenest. libr. 2. c. 1. Qui vocationem
 prehensionemq; non haberent, veluti quaestores & alij, qui neq;
 litteram neq; viatorem habent, Gellius lib. 13. c. 12. & seq. ijs
 advocandi Senatuum consultumq; faciendi facultas non fuit. Et
 illi quidem quos dixi magistratus superiores, si forte tempore eo-
 dem omnes in vrbe essent, is qui eo quo supra nominati sunt or-
 dine prior erat alijs, Senatus consulendi ius habebat; teste Gellio
 lib. 14. c. 7. Consulibus tamen exceptis. utroq; enim Consule
 presente, alter eorum eam auctoritatem non habuit, cum ambo
 unius loco essent Principis. Adde referentibus: Senatus enim
 absq; relatione Consulium, aut eorum, quibus habere cogereq; Sena-
 tum licebat, decernere nihil poterat, quemadmodum ex Cicerone
 in oratione de reditu suo apparet, pag. 513. dum inquit: At pro me
 superiores Consules semper ut referrent efflagitati sunt, sed veri-
 ti sunt, ne causa gratia facere viderentur, quod alter mihi affinis
 erat, alterius causam capitis receperam. Et pro Sestio pag. 24.
 Flagitabatur, inquit, ab his (Consulibus) quotidie cum querelis
 bonorum omnium, tum etiam precibus Senatus, ut meam causam
 susciperent, agerent aliquid, demiq; ad Senatum referrent: hi
 non modo negando, sed etiam irridendo, amplissimum quemq;
 illius ordinis insequabantur. Et pag. seq. inquit; Lucius Mun-
 nius ad Senatum de Republica retulit, Senatusq; frequens ve-
 stem pro mea salute mutandam censuit &c. Hinc videmus etiam
 postulata provincialium Consulibus edita, ut de ijs ad Senatum
 referrent, quod ista in 4. ver. pag. 353. Ciceronis verba osten-
 dunt. Dicit praterea, testimonium tota Sicilia, qua in communi-
 bus postulatis civitatum omnium Consulibus edidit, rogare atq;
 orare Patres conscriptos ut statuerent, ne absentium nomina re-
 ciperentur.

*Vt autem iustum Senatusconsultum esset, cum tempus &
 locus*

K

74 De Senatusconsultis.

24

locus considerabatur, tum numerus Senatorum, & an id Tribu-
 niplebis censissent. Neg. enim ante exortum solis. aut post eius
 occasum fieri Senatusconsultum poterat, ut ex Ciceronis Philis-
 pica 3. constat, pag. 499. ubi de vespertino Senatusconsulto An-
 tonio consuli obijcit. Nec post horam decimam vlla de re referri
 licuisse auctor est Seneca lib. 1. de tranquillitate vitæ, c. 14. Sic
 nec in loco profano fieri poterat, sed ab Auguribus constituto, h.
 e. augusto & sacro, qui templum appellaretur: proptereaq; in Cu-
 ria Hostilia, & in Pompeia, & postea in Iulia, cum profana ea lo-
 ca fuissent, templa esse per Augures constituta, ut in ijs Senatus-
 consulta more maiorum iusta fieri possent, tradit Aulus Gellius d.
 lib. 14. c. 7. Idq; Cesarum temporibus etiam observatum esse,
 apparet ex Sueton. in Iulio Casare c. 81. in fine: ubi infaustum
 Casari fuisse opinatur, quod eo die quo occisus est, cum pluribus
 hostijs casis litare non posset, spreta religione Curiam introierit.
 Verum hoc posterus Iustinianus mutavit & Hippodromum in
 urbe Constantinopolitana iustum locum esse, in quo haberi Sena-
 tus posset, constituit Nouell. constit. 62.

25

Sed & numerus Senatorum, qui ad senatusconsulta facienda
 requirebantur, in consideratione erat, teste Festo de verb. signi-
 pag. 210. ubi hac verba habentur; Numenta Senatuum, aut
 quivis Senator Consuli, cum impedimento vult esse, quo minus
 faciat Senatusconsultum; postulatq; ut aut res, qua referuntur,
 diuidantur, aut singuli consulantur; aut si tot non sint Senato-
 res, quo numero liceat prescribi Senatusconsultum. Qui tamen
 numerus idem omnibus temporibus non fuit. Ante enim Sylla
 tempora Senatores non minus centum Senatusconsultum facere
 potuisse, ex Livio apparet lib. 39. pag. 326. in pr. dum inquit: In
 reliquum deinde Senatusconsulto cautum est, ne qua Bacchanalia
 Roma, neve in Italia essent: Si quis tale sacrum solemne & ne-
 cessarium

cessarium duceret, nec sine religione & piaculo se id omittere posse, apud Prætozem Urbanum profiteretur: Prætor Senatuum con-
suleret, si ei permissum esset, cum in Senatu centum non minus es-
sent, id ita factum faceret. Ante Casaris verò tempora ducentus
fuisse requisitos, ex Asconio Padiano constat, qui in argu-
mento Corneliae sic inquit: Actum deinde eadem de re in Se-
nata est, magnis contentionibus: Tum Cornelius ita ferre rur-
sus cepit, ne quis in Senatu legibus solueretur, nisi ducenti affu-
issent. Augusti aetate quadringentis opus fuisse, Dion auctor est
lib. 54. in fine dum inquit: Interea Augustus indicem omni-
um suorum bonorum, perinde ac si esset priuatus homo, conscri-
psit, Senatūq; legit: & cum videret non semper frequentes
conuenire Senatores, Senatusconsulta etiam à paucioribus quam
quadringentis Senatoribus ut fieri possent statuit, cum ante ea,
hunc numerum, ut rata essent, requirerent. Alexandri tandem
Seueri temporibus quinquaginta saltem requisitos esse, osten-
dit Lampridius in Alexandro Seuero fol. 117. in fine, dum in-
quit: Leges de Iure populi & Fisco moderatas & infinitas
sanxit, neq; ullam constitutionem sacrauit sine 20. Iurisper-
ritis, & doctissimis ac sapientissimis viris, ijs denique discer-
tissimis, non minus quinquaginta: ut non minus in con-
silio essent sententia, quam Senatusconsultum conficeret.

Deniq; inspiciebatur etiam an facta Senatusconsulta Tri-
buniplex censuissent: si enim factum non erat, sed per inter-
cessionem Tribunicias fuerant impugnata, pro Senatusconsultis
non habebantur: Fenestella libr. 2. c. 10. Dion libr. 41. in pr.
Polybius libr. 6. pag. 179. εἰς ἐπίσημα τῶν δη-
μαρχῶν ἐχ' ὅσον ἐπὶ τέλει ἀγεῖν τὴν δύναμιν τῶν βασιλέων ἢ
σύγκλητον, ἀλλ' ἐδὲ σωματικῶν, hoc est, ut Mæstius
interpretatur, si ex Tribuniplex, unus duntaxat
resistit

resistit, non poterit Senatus aliquid consulum suorum ad effectum perducere, imo ne considerare quidem. *Es Valerius lib. 2. c. 1.* Tribuni, inquit, plebis, quibus intrare Curiam non licebat, ante vana positis subsellijs decreta patrum attentissima cura examinabant: ut si qua ex ijs improbassent rata esse non sinerent. Itaque veteribus Senatusconsultis littera subscribi solebat, eaque nota significabatur, illa Tribunos quoque censuisse. Si tamen aut non legitimo numero, vel loco aut tempore alieno, aut nullo legitimo edicto vocatus subito Senatus coierat, aut Tribuni aliqui plebis intercesserant, quamvis non Senatusconsultum, Senatus tamen autoritas vocabatur, quae eorum qui tum temporis consilio interfuerant sententiam demonstrabat, qua more deinde Romano rata fiebat, nomenque Senatusconsulti accipiebat; quemadmodum Dion declaras lib. 55. hist. Rom. pag. 337. Hinc idem libr. 42. pag. 121. Cum Tribuni plebis intercedentibus Senatusconsultum non fieret, tamen autoritas Senatus perscripta est: iussitque lictores ut Legis Tabulas tollerent. Et Cic. 1. Epist. famil. epist. 7. ad Lentulum. Quoniam Senatusconsultum nullum extat, quo reductio Regis Alexandrini tibi adempta sit: eaque, qua de ea scripta est autoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino Regem reduceret tantam vim habet, ut magis iratorum hominum studium, quam constantis Senatus consilium esse videatur. Et lib. 11. Epistola 7. ad D. Brutum: Voluntas, inquit, Senatus pro autoritate haberi debet, cum autoritas impeditur metu.

In scribendis autem Senatusconsultis apposta etiam fuisse eorum ex Senatoribus, qui autores fuissent nomina, ex epistolarum famil. Cic. lib. 5. Epist. 2. intelligi potest; qua habet; Iam illud Senatusconsultum quod eo die factum est, ea perscriptione est, ut dum ia extabit, officium meum in te obscurum esse non possit. *Es ex Vopisco syracusano in Tacito. pag. 295. dum inquit: Habet*

Biblio-

*Bibliotheca Vlpia in armario Sexto libram Elephantinum. in quo hoc Senatusconsultum perscriptum est, cui Tacitus ipse manu sua subscripsit. Nā diu hac Senatusconsulta, quæ ad Principes pertinebant, in libris Elephantinis scribebantur. Et ex Lampridio in Heliogabalo pag. 197. ubi matrem Heliogabali in Senatum venisse dicit, scribendo affuisse, id est Senatusconsulti conficiendi se-
stem.*

Duo verò uno die Senatusconsulta fieri non consueuisse Iulius Capitolinus innuit in Maximino & Balbino, pag. 252. dum inquit: Hic Gordianus nepos erat Gordiani ex filia, ut quidam; vel ut alij, ex filio, qui est in Africa occisus, annum agens ætatis quartumdecimum, ut pleriq; dicunt, qui statim raptus est, & nouo genere Senatusconsulti, cum eadem die S.C. factum esset, inductus in Curiam Caesar est appellatus.

Qua forma autem Senatusconsulta fierent, ostendunt in 5. Philippica, exempla Senatusconsultorum, Cicero auctore factorum, in testimonium laudis virtutisq; egregia, primum Decij Bruti pag. 533. Deinde Marci Lepidi pag. 535. Tertio Caij Cæsaris pag. 538. Quarto Egnatuleij & exercitus C. Cæsaris pag. 541. Refertq; formulam Senatusconsulti, sum Velleiani Vlpianus in l. 2. inf. ad S.C. Velleian. tum alterius cuiusdam de mense Sextili honori Augusti dato Macrobius lib. 1. Saturn. c. 12. in hæc verba: Cum Imperator Caesar Augustus, mense Sextili, & primum consulatum inierit; & triumphos tres in urbem intulerit; & ex Ianiculo legiones adducta, securaq; sint eius auspicia & fides; & Ægyptus hoc mense in potestatem populi Romani redacta sit: finisq; hoc mense bellis Ciuilibus impositus sit: atq; ob has causas hic mensis hæc imperio felicissimus sit ac fuerit, placere Senati ut mensis Augusti appelletur &c. Verum hæc ipsa Senatus in Legibus condendis longo tempore usurpata auctoritas, ex

31

quo unius dominatu gubernata omnia fuerunt, imminui multum cepit, nec ferè usus ea ipse fuit, nisi quod modestiæ gratia interdum requisita à bonis principibus fuerit, quorum orationes in Senatu recitatas patrum consulta sequebantur, quemadmodum l. 19. de rit. nupt. & Tacitus annal. lib. 11. testatur. Oratione inquit Principis securo patrum consulto primi Hædwi Senatorum in urbe jus adepti sunt: Eoq̄ fit ut decreta eiusmodi Principum, in Senatu recitata, interdum Orationes Principum, & interdum Senatusconsulta appellentur; ut quod S.C. Tertullianum & Orphitianum dicitur, 101. tit. Dig. Cod. & Inst. ad S.C. Tertull. & Orph. oratio principis appellatur in l. pen. inf. ad S.C. Tertull. & M. Antoninum Philosophum leges de bonis maternis & de filiorum successione pro parte materna addidisse, tradit Capitolinus in illius vita pag. 154. in fin. Sic quæ Hadriani oratio dicitur à Paulo in l. si & rem 22. de hered. pet. appellatur Senatusconsultam ab Ulpiano in l. item veniunt 20. §. 6: eod. tit. Et quam Iustinianus orationem Pertinacis vocat §. ult. Instit. quib. mod. test. infr. Capitolinus in Pertinace pag. 173. in fin. Senatusconsultum appellat: ita enim ibi ille: Legem tulit, ut testamenta priora non prius essent irrita quam alia perfecta essent, neve ob hoc fiscus aliquando succederet: Ipseq̄ professus est, nullius se aditurum hereditatem, quæ aut adulatione alicuius delata esset aut lite perplexa, aut legitimi heredes & necessarij priuarentur: addiditq̄ Senatusconsulto hæc verba; Sanctius est P.C. inopem Rempubl. obtinere, quam ad diuitiarum cumulum per discriminum atq̄ de decorum vestigia peruenire &c. Atq̄ huius generis alia; quæ Briffonius refert select. antiq. lib. 1. c. 16. Tandem fieri Senatusconsulta omninò desierunt, ex Leonis Nonella 78. translata tum in Principem etiam Senatus potestatis. Licet facta jam Senatusconsulta siue ἀνώρυμα sint,

sunt

32

siue ὀνομασμένα, in suo vigore permaneant : & contra ea rescripta elicta nullius sint momenti l. unic. C. de Senatusconsultis. Quo autem de ferri confecta Senatusconsulta consueuerint, dicetur infra cum de AEdilibus tractabitur. Atq; hac de Sexta parte.

DE EDICTIS MAGISTRATUS, Caput X.

Eodem tempore & Magistratus.)

1. Edicta quæ? 2. Magistratus nomine apud Pomponium qui appellantur? 3. Qui Prætoris vocabulo intelligantur? 4. Edictorum Prætorum autoritas quæ, & à reliquis speciebus Iuris quomodo differant? 5. Quotuplicia fuerint? 6. In qua materia proposita? 7. Quibus de rebus? 8. Quamdiu durauerint? 9. In ordinem quis ea digesserit? 10. Edictum perpetuum quibus nominibus appelletur? 11. De suo an Iulianus edicto quid adiecerit? 12. Edicti perpetui autoritas. 13. Edictum perpetuum qui fuerint interpretati? 14. Per Ius Honorarium Pomponius quid intelligat? 15. A Iure Prætorio quid differat?

Sextima pars Iuris, Magistratus Edicta sunt, & de
 ἡ δὲ ἕκτη μέρος τοῦ ἰουρίσιν, ἀδικημάτων καὶ ἀδικημάτων. Sunt autem
 Edicta ea, quæ Dionys. lib. 5. Romanos τὰς ἑδίκτων καὶ ἀδικημάτων ἀδικημάτων appellasse scribit. Ac Magistratus non solum
 Prætores nominantur, in qua sententia plerumq; adhuc fuisse constat, verum AEdiles etiam, Consules, Censores & Tribuni plebis, quos omnes edicta de quibusdam causis proposuisse manifestum est. Ac de AEdilibus quidem hoc tradit Iustinianus in §. Prætorum quoq; Instit. de jur. nat. gent. & civil. dnm inquit; Proponerent & AEdiles Curules edicta de quibusdam causis. De Consulibus autem Cicero in Sestiana pag. 26. ubi Consul edixit, ut L. Lamia ab Urbe abesset mille passus, quod esset ausus pro ciue, pro bene merito ciue, pro amico, pro Republica deprecari. Et Lincius libr. 24. Consules, inquit, ex S.C. edixerunt, ut qui L. AEmilio C. Flaminius. Cos. millibus æris quinquaginta ipse aut pater

2
 nō solum prætores,
 sed etiam proposita

pater eius census fuisset, usque ad centum millia, aut cui postea res tanta facta esset, navam unam cum sex mensium stipendio daret. De Censoribus verò refert id Plinius lib. 14. c. 14. dum inquit: P. Licinius Crassus & L. Casar Censores, anno urbis condita 675. edixerunt, ne quis vinum Gracum Aminantium, octonis asibus aris singula quadrantalibus venderet. Et Gellius lib. 15. c. 11. C. Domitius Aemobarbus, & L. Licinius Crassus Censores, de coercendis Rhetoribus Latinis ita edixerunt: Renunciatum est nobis, esse homines qui novum genus disciplina instituerunt, ad quos juvenis in ludum conveniat: hac nova, quae praeter consuetudinem & morem maiorum sunt, neque placens, neque recta videntur &c. De Tribunis denique plebis monet hoc Cicero lib. 11. Epist. famil. Epist. 6. illis verbis: Cum Tribuni plebis edixissent Senatus adesset, ad 14. Calendas Ian. nefas esse duximus non adesse. Et in Sestiana pag. 63. Ecce tibi Consul, Praetor, Tribunus plebis, nova novi generis edicta proponunt, ne reus adsit, ne citetur, ne queratur, ne mentionem omnino cuiquam iudicum, aut iudiciorum facere liceat. Nec adversatur Iureconsultus hic qui Praetorem nominando, ad eum solummodo magistratus vocabulum restringere videtur. Praetores enim quicumque magistratus dicti sunt, quod scilicet Iure & exercitu praesent, quemadmodum Varro lib. 4. de lingua Lat. testatur: vel ut Theoph. loquitur in d. S. Pratorum, τὰ πρὸ τοῦ πρῶτου καὶ ἀρχῶν. Unde Aesop. in 3. Verr. fol. 31. in fin. Veteres, inquit, omnem magistratum cui exercitus pareret, Praetorem appellarunt. Et Iustianus in Novell. 24. in pr. Τὰς ἀρχονίας inquit, πρῶτος ἐκάλει ἐν τῷ πρῶτῳ ἄλλων ἀπάντων ἰσχύει καὶ παραστάτωρ, hoc est, magistratus ex eo Praetores appellabant, quod ceteris omnibus praesent, ac proponerentur. Consulemque in specie Praetorem dictum esse. tradit Sextus Festus de verb. sig. pag. 292. & Varro apud Nonium. Perque Pra-

torum

uorem Consul etiã designatur apud Pliniũ lib. 18. nat. hist. c. 3. ubi
 de l. quadã XII. tab. differens inquit: Frugem quidem aratro qua-
 sitam fursim noctũ panisse ac secuisse, puberi XII Capital erat,
 sacrumq; Cereris necari iabebant, grauius quã in homicidio
 conuictum: impubem Prætoris arbitratu verberari, noxavẽ du-
 plionem decerni. Prætoris arbitrio, hoc est, Consulis, Nam
 Decemvirorum tempore Prætores creati nondum fuerunt. Sic
 Prætor pro AEdilretiam ponitur apud Paulum in 1. sent. tit. 15.
 ante fin. Feram, inquit, bestiam in ea parte, qua populi iter est,
 colligari Prætor prohibet. Prætor, hoc est, AEdilis; nam edi-
 cto adilicio prohibemur feram bestiam ibi habere, qua vulgo iter
 fit. l. hi. n. 40. cum 2. seqq. inf. de ædil. edict. Perq; Prætozem Im-
peratorem quoq; intelligi in l. si ut certo. 5. §. inserdum §. inf.
 commod. mentio editionis ludorum ostendit, quos Imp. solam-
 modo facere consueuerunt, postquam victoria de hostibus potiti
 fuerant, quemadmodum Budæus ibidem rectè annotauit.

Ex Magistratus itaq; edictis, edicta Prætorum sunt;
 qua Iustinianus in d. §. Prætorum Instit. de jur. nat. gen. & ciu.
 non modicam juris auctoritatem obtinere dicit: rectè. Tanta n.
 ut reliqua juris partes, potestatis & efficacia non sunt: Nam lex
 tutorem facit l. 1. inf. de tutel. Prætor tutorem facere non potest
Bar. in l. iure nostro. 20. §. honoris inf. de test. tutel. Lex here-
 dem facit, Prætor non item. §. quos autem Inst. de bon. poss. Lex
 quicquid facit ut sua & ipso iure facit, ita ut alio facto opus non
 sit. l. seruitutes ipso iure inf. de seruit. §. item per acceptilatio-
 nem. Instit. quibus modis toll. oblig. l. iuris gentium 7. inf. de
 pact. Prætor verò non aque: sed si quid præstat, per exercitium
 Iurisdictionis sue, h. e. ministerio suo & facta portio præstat,
 d. §. quos autem. Insti. de bon. poss. §. præterea. Insti. de except.
 & §. 1. de replicat. cum similibus: Plebiscita, Senatusconsulta,

L

placita

placita a principum, legi similia sunt, vicemq; legis obtinent; Praetoris edictum legi simile non est; d. S. quos autem, & S. hac exempli causa. Inst. de except. Etenim Plebiscitum lege Hortensia non minus valet, quam lex S. Plebiscitum Inst. de iur. nat. gen. & ciu. Senatusconsultum vice legis est: siquidem, & vice populi Senatam consule, traditur in S. Senatusconsultum. Inst. eod. Placita Principum verò legis vigorem habent. l. 1. inf. de constit. prin. quae omnia de Praetoris edictio non dicuntur, sed hoc solummodo, quod non modicam obtinet iuris auctoritatem.

d. S. Praetorum. Et quamuis interdum legis nomine edictum Praetoris appelletur; ut l. 1. S. 1. inf. unde cognati; & à Paulo in 3. sent. tit. 3. & Cic. in 3. ver. Proprie tamen id non fit, sed nales pensinas ac proprie quidem Praetoris edictum pars iuris est, pars legis verò minime: cum secundum proprietatem Ius Praetorium à Iure Civili perpetuò distinguatur, ut in l. 1. inf. quemadmodum usus vel usus fructus amitt. l. qui usum fructum 3. inf. si usus f. pet. l. quarebatur inf. de milit. test. cum similibus.

Fuerunt autem duo genera edictorum: quadam urbanae qua Praetor Roma, hoc textu; & quadam provincialia, qua scilicet in consulari provincia Proconsul, & in Praetoria Praetor proponebat. l. quod autem inf. quod metus causa l. 1. inf. quod cum eo. l. 2. eod. l. 1. & 9. inf. quod metus causa. Solebant enim Praetores non solum Roma, verum in Prouincijs etiam magistratum invito edicta proponere, secundum quae toto anno Ius redderent. Vnde Cicero in 2. de finibus pag. 204. Quid enim, inquit, mereris velis iam, cum magistratum inieris, & in concionem ascenderis: est enim tibi edicendum quae sis obseruaturus in Iure dicendo. Idq; est quod Iureconsultus hic insendit; Eodem tempore magistratus iura reddebant: & ut scirent ciues, quod jus de qua; re quisq; diciturus esset, seq; praemuniret, edicta proponebant.

ponebant. *Ac in prouincijs quidem, quando edicta proponebantur, tum si qua prouincia propria erant, edicto ea exprimebantur, veluti de rationibus ciuitatum; de ere alieno; de usura; de Syngraphis; de publicanis; item de hereditatum possessionibus; de bonis possidendis; magistris faciendis; vendendis qua ex edicto & postulari & fieri solebant. Qua uero Iuris communis erant, non proponebantur, sed significabatur solummodo, ex urbano edicto ius dictum iri, quemadmodum Cicero in 6. ad Atticum demonstrat Epist. 1.*

Proponebantur uero edicta, ut eò melius cognosci & legi possent, in albo, hoc est, Tabula dealbata, qua λευκωμα Græcis dicebatur, ut Suidas auroresit. Vnde actio albi corrupti §. pænanales Insti. de act. l. 1. & tot. tit. ff. de albo corrupt. & aduersarium ad album producere, apud Ulpian. in l. 1. inf. de edendo, hoc est, deducere reum ad tabulam, in qua edicta proponebantur, illiq; demonstrare, quo genere actionis quis sit expecturus: quod Græci in Basilicis Πειδείξαι ἀπὸ τῆς χάριτος, τῆς ἀγῶνῆς dixerant: referente Cuiacio libr. 8. obs. c. 15. Eoq; Plautus quoque in Persa respexit, scen. 2. act. 1. dum ait:

*Si id fiat, ne isti faxim nusquam appareant,
Qui hic albo pariete, aliena oppugnant bona.*

*Porro ea edicta, vel in personas causasq; singulas concipi-
ebantur; ueluti cum absens in iudicium vocabatur: l. ad per-
emptorium inf. de iudicijs: vel iurisdictionis perpetua causa
proponebantur: & ea qui dolo malo corruperat, 50. aureis
multabatur, l. 7. infra de iurisdic. Vtraque annalix
erant, cumq; magistratu ipso, qui annuus erat, finiebantur,
æste Iustiniano in d. §. 1. Insti. de perpet. & temp. act.
Vnde Cicero in 3. Verr. pagina 274. ut edicta Prætorum
eleuet*

eleuet, Qui plurimum, inquit, tribuunt edicto Pratoris, edictum legem annuam esse dicunt. Verum postea lege Cornelia, illa ipsa edicta, qua annua prius erant, perpetua sunt effecta. Cum enim C. Cornelius Tribunus plebis Pratores varie plerumq; ob gratiam ius dicere, ac ne ea quidem obseruare, qua in edicto ipsi proposuissent (quemadmodum in d. ver. 3. pag. 275. & 277. cum 2. seqq. Verri Cicero obijcit, quod multa contra morem maiorum in edicto suo proposuerit, ac etiam interdum ex edicto suo ius non dixerit) proindeq; multitudinem ac varietatem edictorum Reipubl. perniciosam esse animaduertentes: ideo anno Urbis 686. legem tulit Dione autore lib. hist. Rom. 36. pag. 12. in fin. & seq. ut omnes in posterum tempus Pratores ex edictis suis perpetuis ius dicerent; qua lex multam auctoritatis & gratia ambitiosis Pratoribus sustulit, qui ius varie dicere solebant; ut Aconius Padianus loquitur in argumento Corneliانا, fol. 51.

Aulus Offilius

Quia autem edicta illa, qua ante id tempus a Pratoribus promulgata fuerant, confusaerant, vagæq; dispersa, ideo primus Aulus Offilius Iureconsultus ad ea colligenda, inq; ordinem redigenda animum appulit, S. ex his auditoribus inf. hac lege nostra quod, quia Offilio non admodum commodè processisse videbatur, ideo Saluius Iulianus auctoritate & mandato Diui Hadriani, itemq; Senatus, idem aggressus est, illudq; ipsam Offilio longè felicius præstitit: ut quæ ea, quæ usquam in edictis Pratorum egregia, ordine pulcherrimo digesserit, ac veluti corpus quoddam & compendium vniuersæ Jurisprudentiæ Romana composuerit, quod Edicti Perpetui nomen accepit: ad quod Propertius alludit his versibus:

Hoc mihi perpetuum ius est, quod solus amator

Nec cito desisto, nec temerè incipio:

Fitq; illius mentio in l. 2. inf. de stat. hom. l. cum patre 77. §.

C. 170

cum existimaret, 29. inf. de leg. 2. l. obligamur 52. inf. de oblig. & act. l. in eum 5. inf. de extraordinarijs criminibus l. 2. §. sed quia diuina C. de vet. jur. enuc. l. si vi 3. C. de his qua vi me-
 usq. causa l. pen. C. de cond. indeb. l. juris ignorantiam 6. C. que admissi ad bo. poss. l. dominum 8. C. de iniurijs. Diciturq. inter-
 du ius perpetuum l. pignus in bonis. 9. C. de pign. act. & l. preses
 prouincia 5. C. de appell. itemq. perpetua forma l. vnic. C. ubi
 per. int. vel cur. perpetua Iurisdicatio l. si quis. 7. in pr. inf. de Iu-
 risdic. & l. 2. C. de test. militum. & Iurisdicatio simpliciter in
 l. 9. inf. de in Ius voc. l. postquam heres §. 1. in fin. inf. ut legat.
 seu fid. seru. caus. cau. l. 23. C. de pig. & hypoth. & l. 2. C. de cond.
 infert. Utq. illis quibus adhuc utimur Iuris nostri libris, Tribon-
 nianus ex Iustinianis, ita & huic edicto permissu Hadriani Salui-
 us Iulianus de suis quadam addidit, omnismodi est edictum, de
coniungendis cum emancipato liberis; quod edictum nouum ap-
pellatur ab Vlpian, in l. 1. §. Si pater nuru pragnante. 10. inf. de
uent. in poss. miss. & noua clausula a Marcello in l. qui duos 3.
inf. de consug. cum emancip. lib. Itemq. interdictum de pigno-
ribus quod Saluianum interdictum dicitur tot. tit. dig. de Saluiano
interd.

Et licet D. Senecus Imperator, hanc Saluij Iuliani compo-
 sitionem postea abolere decreuerit; teste Spartiano in Seuero, &
 pag. 185. id tamen in tantum non obtinuit, ut maior etiam au-
 thoritas huic fuerit conciliata. Etenim non solum, si quid ex eo
 decretum erat, appellare inde non licebat, l. fin. inf. de appell.
 recip. vel non; Verum Tribonianus etiam in Digestorum com-
 positione ordinem illius sequi, quantum fieri posset, a Iustiniano
 iussus est, in l. 1. §. cum hac C. de vet. jur. enuc. estq. illud ex-
 pressum in l. 2. inf. de stat. hom. apparetq. euidenter ex titulis
 ff. de verb. sig. & de reg. jur. ubi ex interpretatione edicti per-

petui desumpta, ordine illius servato, singula singulis à Triboniano perperuo subordinantur. Ne dicam quod illud ipsum edictum, nobilissimi quoque Jurisconsulti, Caius, Ulpianus & Paulus, commentarijs suis statim illustrare conati sunt: Nam Caius edictum provinciale libris duobus & triginta interpretatus est, & urbanū fuisse pluribus; licet Iustiniani tempore ad edictū provinciale saltem duodecim, ad urbicū verò decem solummodo libri existerent, quemadmodum ex Indice Digestorum constat, & tradit Anton. Aug. lib. 1. emendat. c. 5. Ulpianus autem Βιβλία ὑπόδικονα γεία, ad edictum scripsit: Paulus ὑπόδικονα, ut ille ipse Digestorum Index evincit, & testantur illæ in libris Pandectarum passim obvia inscriptiones; Ulpianus ad edictum, Paulus ad edictum &c.

14

Subiungit Jurisconsultus: quæ edicta Prætorum, jus Honorarium constituerunt. Quod ita accipiendum est, ne aliorum magistratuum edicta excludantur. Etenim non appellatio Prætoris solum qua veteres magistratum, cui exercitus parebat, omnem significabant, ut paulo ante dictum est, sed verba etiam Ius Honorarium ita textum hunc intelligendum ostendunt. Sane Ius Honorarium ex eo denominatum aiunt, tam Iustinianus quam Papinianus, quod qui honores, h. e. magistratus gererent, auctoritatem eidem darent d. §. Prætorum & l. Ius autem 7. sup. de just. & jur. & honorem pro magistratu interdum poni, ex illis Satyricæ apparet versibus:

Nunc cum summus horis finito computet anno
Sportula quid referat &c.

Est itaq; speciei vocabulum generis loco positum, ac sensus iste: edicta Prætorum Ius Honorarium constituerunt, h. e. edicta magistratus, Prætorum nimiram, tam urbanorum, quam peregrinorum; Consulorum; Censorum; A Edilium Curulium; Tribunorum plebis, & similibus, Ius Honorarium constituerunt, illiusque quædam

quadam portiones sunt; prout hoc de edicto AEdiliū Iustinianus
 uniuersim predicat in d. §. Prætorū Inst. de jur. nat. gen. & ciu.

Estq; inter Ius Honorarium & Prætorium talis obseruatio,
 qualis apud Logicos inter genus & speciem. Ius n. Prætorium Ho-
 norarium est. l. si tibi 17. §. 2. de pactis §. Prætorum Inst. de jur. n.
 g. & ciu. sed non contra: cum & AEdilitium & Tribunitiū Ius,
 pars Iuris Honorarij sint. Et de AEdilitio Iure Honorarium Ius
 nūc dicitur; Prætorium uero Ius minimè. Neq; enim disparata
 species de disparata rectè predicatur. Ideoq; AEdilitia stipulati-
 ones male à Iurisdictione Prætoris uenire dicuntur, in §. Præ-
 toria. Inst. de diuis. stipulat; cum sit magistratus, ita & Iuris-
 dictiones diuersa sint. & ex unius Iurisdictione uenire non
 possit; quod sit alterius. Prætoris itaq; uerbum suppositum est,
 ut quod nec Græcus interpret Theophilus, nec in l. 5. inf. de uerb.
 oblig. unde ille Institutionum locus descriptus est, Pomponius
 agnouit. Et ueniunt AEdilitia stipulationes à Iurisdictione,
 non Prætoris, sed AEdilium: ac Iuris Honorarij portio perini-
 de sunt, atq; stipulationes Prætorie, qua specie differentes, in ge-
 nere conueniunt, hoc est, sub Iure Honorario. A quo ipso non
 tantum Honoraria Obligationes dicuntur. §. 1. Inst. de obligat.
 l. 5. in pr. de pignor. & hypoth. Honoraria actiones in l. si domi-
 na 25. ad S. C. Velleian. l. si creditori 28. de leg. 1. l. 35. & 42.
 de oblig. & act. & l. qui contra 11. de fid. & mand. ac Iudicia
 Honoraria l. si pluriū 39. de nox. act. sed Honoraria etiam he-
 reditates l. 1. in fi. C. de secund. nups. Honorarij curatores, qui
 scilicet à Prætoribus constituuntur apud Vlp. in frag. tit. 12. §. 2.
 & deniq; Honorarij successores, ueluti honorum possessores l. sed
 & si 7. §. 4. de publ. in rem act. l. ha actiones 10. in fi. ad S. C.
 Velleian. l. recusare 6. §. 1. ad S. C. Trebell. & l. 1. §. 4. ut leg.
 seu fid. caus. cau. Sed hac de septima quoq; parte dicta sufficiant.

D R

DE PRINCIPVM PLACITIS,
Caput X-I.*Novissimè sicut ad pauciores Iuris.)*

1. Placitorum Principum causa & origo. 2. Per Partes Pomponius quid intelligat? 3. Vnum an plures impetitare melius? 4. Difficultas administrationis Prouinciarum apud Pomponium an causa vera verendæ Reipub in dominationem? 5. Potestas concedendi Iura qua lege Principi data? 6. Penes quos initio fuerit? 7. Tyrannis an concessa sit? 8. Placita Principum siue Constitutiones quando fortiantur effectum? 9. Quælibet Principis voluntas an legis vigorem habeat? 10. Legis vim Principum constitutiones generales & nou speciales obtinere.

Vltima Iuris pars Placita Principum sunt; *Ἀρχαῖαι βασιλικαὶ, ἢ τοῖς βασιλέων δεῖσα.* Hac eorum, qui bella Ciuilia commouerunt, factiones extorserunt. Cum enim inter ipsos ciuilitate Principes similtates orirentur, & anno quidem urbis 662. C. Marius & Sylla se partes facerent, (Eutropius lib. 5. pag. 239.) Anno verò 699. Iulius Casar & Pompeius (id. Eutropius lib. 5. pag. 246.) & Casare interfecto anno 700. serè Antonius Consul & Senatus, qui Casaris percussoribus fauebat (idem Eutrop. lib. 7. in pr.) euenit tandem, ut Reipublica summa ad eos, qui Triumuiros Reipub. constituenda sese appellarent, h. e. ad Octavianum Casarem, M. Antonium & M. Lepidum, perueniret; Linius in Epitom. lib. 120. Et cum Octavianus Triumviratum Reipublica constituenda per decem annos administrasset, Sueton. teste in eius vita c. 27. ad extremum solus rerum fortuna potitus est; Fenest. lib. 2. c. 21. Reuersus enim ex Oriente victor primus Augustus consalutatus est; Ammianus Marcellinus lib. 21. pag. 161. mensisq. Sextilis, in eius honorem Augustus est appellatus; Linius in Epit. lib. 134. Sueton. in Augusto. c. 31. & ex eo tempore summam rerum potestatem, quam *μοναρχίαν* Græci

Græci nominant, est adeptus. *Enrop. d. lib. 7. pag. 250. Idy, est, quod Pomponius hîc inquit: per partes euenit, vt necesse esset Reipublicæ per vnum consuli. Per Partes factiões intelligens, quas Græci τὰς αἰεῖσας appellant: quod verbum in dissensione ciuili pleriq; scriptores vsurpârunt: vt Sætonium in Augusto c. 12. de partibus contra Rempub. Antonianorum loquens: Sed vt cognouit, inquit, Antonium post fugam à M. Lepido receptum, ceterosq; Duces & exercitus consentire pro partibus, (ita enim ex Lipsy coniectura hîc legendum) causam optimarum sine cunctatione deseruit. Seneca in epistolis de Catone: Hoc eius bonum, quo victis partibus non potest vinci. Et Plinius: Scribonianus arma in Illyrico contra Claudium mouerat: fuerat Patrus in partibus, & occiso Scriboniano Romam traheretur.*

Per partes igitur, hoc est, factiões primorum ciuitatis, qui partes se fecerunt, euenit, vt necesse esset Reipub. per vnum consuli, hoc est, factum est vt principibus Reipubl. inuadenda locus datus sit Gouean. lib. 1. lect. Var. c. 24. Ita enim in vnum omnem potestatem conferrî pacis interfuisse etiam Tacitus scribit lib. annal. 1. Et Homerus Iliad. β.

ὄχι ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

εἰς κοίρανος ἕστω.

Multos imperitare malum est: Rex vnicus esto. Et Caligula apud Sæton. in illius vita c. 22. cum audires fortè Reges, qua officij causa in urbem aduenerant, concertantes apud se super cœnam de nobilitate generis exclamauit: εἰς κοίρανος ἕστω, εἰς βασιλεὺς. Et Domitianus Imperator apud eundem in illius vita c. 12. in fin. Geperum fratris indignè ferens, & ipsum albatos ministros habere, hoc est, alba veste indutos, proclamauit, ὄχι ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. Cum Imperatorum solummodo ministri alba veste uterentur. Nec aduersatur Iurisconsulius hîc, qui dum necesse fuisse scribit, Reipub. per vnum consuli; quod Senatus non per-

M

inde

inde omnes prouincias probè gerere potuerit, causam dominationis unius, non in factiones, sed in difficultatem administrationis Prouinciarum, reycere videtur. Id enim Imperatoris intuitu, sub quo uiebat Pomponius, ita asseruit, ne eum offenderet: memor haud dubie illius, quod Antiochus ille, qui bis exercitum aduersus Persas duxit, dixisse fertur, quod hoc ferè studio sit his, qui uiuunt in aulis Principum, ne quid audiant nisi blandum auribus. Erasmus libr. 5. apoph. pag. 381 Sic Paulus Iurisconsultus, cum de Imperatore; an litis causa heres institui, aut ex imperfecto testamento vindicare legata possit, censendam sibi esse, offensionis metæ, perquam consideratè & modestè respondit, in l. pen. quidem inf. de her. Instit. Imperatorem litis causa heredem instituit, inuidiosum esse: at in l. ex imperfecto inf. de leg. 3. Ex imperfecto testamento legata vel fideicommissa Imperatorem vindicare uerecundum esse.

Constituto igitur Principe, subijcit Iurisconsultus; Datum est ei jus, ut quod constituisset ratum esset. Datum uerò ei est, *Lege Regia l. 1. §. cum enim. C. de uet. iur. enucl.* hoc est, lege quadam, qua Regia postea dicta est, ob id, quod de regno siue imperio tractaret. Vnde lex Imperij dicitur ab Alex. in l. Ex imperfecto 3. C. de testamentis: & lex Augusti à Paulo in l. apud eum inf. de manam. Ea enim lege, ut Arcadius inquit, in l. unic. inf. de offic. pref. prat. regimenta Reipub. ad Imperatores perpetuò translata sunt; aut, ut post Vlpianum in l. 1. inf. de consti. pr. Iustinianus ait, in §. sed & quod Principi Institit. de iur. nat. gen. & ciui. Populus ei & in eum omne imperium suum & potestatem contulit. *Ei, & in eum;* dixit Imperator, pro *Ei & in se*, τῆ δ' ἀρχαίας ἐπιχώσει. Ponitur. n. Relatiuum pro Reciproco: ita ut sensus sit, Populum non solum Principi potestatem in prouinciales concessisse, uerum etiam in semetipsum

Quod modestè & consideratè respondit in exponendo.

semetipsum: Idq̄, ita esse Theophilus etiam ostendit, dum hec Imperatoris verba ita interpretatur: πᾶσαν βασιλεῖ δέδωκε κ̄ δ̄ δ̄ μὲν τὴν ἐξουσίαν, hoc est, dedis Regi omnem potestatem in se populum.

Lege itaque Regia Ius Principi datum est, vt quod constituisset ratum esset. hoc est, concessum est ei, vt quod futuri communis causa ab eo vel rescribendo, vel decernendo, vel edicendo statusum esset, etiam sine populi concilio pro lege haberetur, & placitis illius non solum provinciales, verum populus ipse etiam adstringeretur. Quamuis enim sub Regibus ex ea ipsa Lege Regia, populus & magistratum creatorum, & sentendarum legum, & belli indicendi, pacisq̄, statuenda ius potestatemq̄, habuerit, quemadmodum sup. dictum est; ea tamen sub Augusto renouata (ob id enim, vt modo dixi, lex Augusti à Paulo appellata est) non solum magistratum creatio ad Principem pertinere cepit; l. quidam inf. de re iud. l. 2. inf. de albo scribend. & testatur Plinius lib. 4. Epist. 8. & lib. 10. sapè, verum omnis etiam legislatio, vniuersa populo crepta potestate q̄. l. 7. inf. de consti. pr. & l. si. C. de LL.

Porro Principi hoc ius datum est, non Tyranno. Tyrannorum enim aut nefariorum hominum placita, pro legibus non habentur. Ideo, Optilius Macrinus, de tollendis omnibus Principum rescriptis cogitasse dicitur, quod nefas duceret Caligula, & Neronis, Commodi & similitum placita pro legibus haberi; quemadmodum Capitolinus in illius vita autor est, pag. 271. in fine. Fuit, inquit, in iure non incallidus. adeo vt statuisset omnia rescripta veterum Principum tollere, vt iure non rescriptis ageretur; nefas esse dicens, leges videri, Commodi & Caracalla, & hominum imperitorum voluntates, cum Traianus nunquam libelli responderit, ne ad alios census facta preferrentor,

92 De Magistratum nominibus,

qua ad gratiam composita viderentur. Hac ille. Et iniustum Principis placitum legem dicendam non esse praclare Antigonum Macedonum Rex testatus est, dum cuidam dicenti, omnia Regibus honesta iustaque esse, *ἅπαντα τὰ καλὰ, καὶ τὰ δίκαια τὰ καλὰ, καὶ τὰ δίκαια τὰ δίκαια.* Plutarchus libr. 4. Apophi: Calius Rhodigin. lib. 23. c. 14. Etenim verbum placere non libidinis, sed rationis est & consilij L. Thais 41. §. serore 3. inf. de fidei: lib. Acta prudentibus quam Principibus commune est, l. 3. inf. quib. mod. usus. amis. l. 3. inf. de usus. ear. rer. qua. l. 4. inf. de oblig. & actio. L. assumptio §. vltim. inf. ad municipal. & Principi iniqua iubenti parere non licet; 9 & 10 distinct.

Verbu Placere

8 Caterum Principum Placita, Constitutiones etiam appellantur d. §. sed & quod Principi. qua statim tamen atq; edita sunt, effectum non habent, ἀλλὰ μὲν μῆνας δύο, ut Iustinianus loquitur, hoc est, post duos demum menses. Tantum enim cognitio earum temporis, ne deceptum se esse jure quis conqueri possit, à Iustiniano tributum esse, ostendit Novell. const. 66. c. 1. Quilibet tamen Principis voluntas legis vigorem non habet, sed ea solummodo qua publico decreto, ut inter exempla referretur, manifestata est; vel qua, ut Leo ait Novell. 92. animum Principis arguit fuisse τὸ κριθεῖν ποιεῖν νομοθετικῶν; aut ea qua in certis negocijs statuit similibus causarum fata componere; ut Theodos. & Valens. loquuntur in l. 3. C. de leg. & const. Alias enim ut judicium ita Principum res iudicata alijs nec noceres nec prodesset, l. pen. inf. de re jud. & l. 1. de except. rei jud.

10 Ut ergo Principis constitutio legis vim obtineat, generalis ut sit, necesse est. d. §. Sed & quod Principi. inf. cum, Papi-
 riano teste, lex commune praeceptum sit, l. 1. inf. de LL. & Vlpiano auctore, iura non in singulas personas, sed generaliter constituantur.

Hiruantur. l. Iura 8. inf. eod. Generalibus igitur constitutionibus solummodo omnes tenentur l. Leges vt generales. C. de LL. l. 3. §. Diuus inf. de sepul. violat. l. ult. inf. de accusat. illasq; nemini ignorare licet l. constitutiones. C. de jur. & fact. ignor. d. Nouell. Inst. 66. Secus in specialibus est siue singularibus. Si enim priuata Iuris causa, Princeps quid statuit, id legis vigorem non habet. quippe priuata Principis decreta, ad consequentias non producuntur d. §. sed & quod Principi, & l. quod vero 14. infr. de LL. & l. quia tale inf. solut. mat. l. quod contra inf. de Reg. jur. Hinc Papiuanus respondit; sententiam in fideicommissariis libertatibus Iure singulari receptam, non trahi ad reliqua fideicommissa l. fideicommissaria libertas 23. §. etiam 3. infr. de fideic. libert. Atq; hac de prima secundi membri parte haecenus Pomponius: quam ἀναγκαῖα Πάλαωσεν concludit huiusmodi: ciuitatem scilicet Romanam, hoc est, Imperij fines aut lege constitui, hoc est, legibus tam Regijs quam Duodecim Tabularum: Est enim lex καὶ τὸν ἑξῆς τῶν νόμων ὄνομα, vt Theoph. loquitur in §. Lex Inst. de jur. nat. gen. & civil. aut Iure ciuili, aut legis actionibus, aut plebiscitis, aut Senatusconsultis, aut edictis magistratuum, aut deniq; constitutionibus Principum; de quibus haecenus dictum est. Sequitur pars secunda.

DE ALTERA SECUNDI MEMBRI PARTE,

Hoc est,

*DE MAGISTRATVVM NOMINIBVS
& eorum origine, CAPVT XII.*

Post originem Juris Et processum.)

1. Magistratum in ciuitate necessitas. 2. Unde dicantur? & qui magistrati?
3. Magistratum functio & officium. 4. Magistratus appellatione Pomponius quid intelligat?
5. Inter magistratus & municiu curationes alias differentia quae?

Iuris origine & processu demonstrato, deinceps *Magistratum* originem, eorumq; nomina persequitur. Absq; illorum enim prudentia & diligentia esse ciuitas non potest, quorum descriptione omnis Reip. moderatio continetur; Cic. teste in 3. de LL. pag. 435. *Vt enim idem subiicit pag. 439. magistratibus, iisq; qui præsunt Respubl. continetur, & ex eorum compositione, quod cuiusq; in Repub. genus sit cognoscitur. Et, vt Iurisconsultus hic ait, per magistratus qui iudicando præsunt effectus rei accipitur. Eaq; Philosophia pars pulcherrima est, vt Euphrates Philosophus apud Plinium docet, lib. 1. Epist. 10. agere negotium publicum, cognoscere, iudicare, promovere & exercere iusticiam. Parum enim est jus in ciuitate esse, nisi sint, qui iura reddere possint. b. S. Et nihil prodest, Philosopho in 6. Politicorum teste, de rebus iustis iudicia dare, aut sententias, nisi sint qui eas executioni mandent. Nam vt Cicero d. lib. 3. de LL. inquit in pr. *Vt magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: Verèq; dici potest, magistratum esse legem loquentem, legem autem mutum magistratum. Sic idem pro Aulo Cluentio Habito pag. 127, ex mente Demosthenis in oratione prima contra Aristogitonem: Vt corpora, inquit, nostra sine mente, sic ciuitas sine lege, suis partibus, vt neruis ac sanguine & membris uti non potest: Legum ministri magistratus: legum interpretes iudices: legum deniq; idcirco omnes serui sumus vt liberi esse possimus.**

Cognominantur autem *Magistratus* vt & *Magistrationes* in l. unic. in pr. C. de stud. lib. urb. Rom. lib. 11. per deriuationem à *Magistris*, teste Paulo in l. quibus præcipua 57. inf. de verb. sig. & *Magistrare*, vt Festus inquit, de verb. sig. pag. 146. in fi. est moderari. Vnde *Magistri* non solum Doctores

artium

arrium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum, dicuntur: quia omnes hi magis cateris possunt. Unde & Magistratus, qui per imperia potentiores sunt quam privati. At Magistrorum arrium quidem disciplinarum, mentio fit in l. qualem 19. §. 2. inf. de recept. l. Aquilius 27. inf. de donat. & l. 1. §. Iudi quoq; literarij. inf. de var. & ext. cog. Pagorum verum in Sigulo Flacco in lib. de cond. agr. vocatq; eos Iustinianus in edicto 13. de Alexandrinis in pr. $\mu\alpha\gamma\acute{\iota}\sigma\tau\epsilon\sigma$: Imperatores, pagorum praepositos in l. 2. C. de susceptoribus, & praeposit. & l. excoctores 7. C. quae res pignor. oblig. Societatum magistri meminit, l. item magistrj 14. inf. de pact. vicomagistrorum Sueton. in Aug. c. 39. & vlti. quos Dion $\sigma\upsilon\upsilon\pi\acute{\alpha}\rho\epsilon\tau\epsilon\sigma$ vocat: fueruntq; illi, quibus per noctem tuenda urbis cura demendata erat. Cuius Nouell. 13. Magistri equitum l. vnic. inf. de off. praef. prat. & §. populo deinde aucto inf. hac lege; ubi de eo plura dicuntur. Quod autem illi, qui per imperia quam privati potentiores sunt, Magistratus dicantur, apparet ex eo, quod eorum agendi facultas Magisteria potestas vocetur in l. vltim. C. de offic. mil. iud. l. 6. C. de Iurisd. l. vltim. C. ubi quis de Curial. vel cohors. cond. conu. l. 3. C. ubi Senator. vel clariss. con. l. vlt. C. de fide. instr. & l. 33. C. de appell. & consult.

Per Magistratus igitur seu, ut Iuriconsultus hic inquit, eos qui juri dicundo praesunt, effectus rei accipitur: praesertim si secundum leges jus dicatur, ac non precio aut prectibus. Hinc Cicero in 3. de LL. in pr. ferè, de magistratuum imperio loquens, videtis inquit, Magistratus hanc esse vim, ut praesit, praescribat qua recta & utilia & coniancta cum legibus. Et Archidamus Zeuxidami filius roganti, quinam essent Spartana civitatis praefecti? Leges, inquit, & legitimi magistratus: innuens ad Repub. bene constituta supremam auctoritatem esse legibus deferendam.

3

rendam, nec ulli Magistratus fas esse quicquam contra leges publicas tenere. Eras. lib. 1. Apoph. pag. 48. in fi. Et apud Plutarchum in Apoph. Caso, τὸν ἡ ἀρχὸν ἢ κρίνην, εἶλεγε, δεῖν μὴδὲ ὑπερ τῶ δικαίων λιπνοῦσθαι, μὴδὲ ὑπερ τῶ ἀδικίων ἐκλιπνοῦσθαι: Magistratum scilicet iudicemq; neq; pro justis orandum, neq; pro iniustis exorandum esse. nimirum animi nequaquam esse ingenui statuebat, ea qua cuiusq; muneris & officij essent sui beneficij facere, quaq; necessitatis esse leges aut constitutiones iussissent, ea arbitrij sui esse existimare. Magistratus itaq; & manus & oculos habere continentis conuenit. Nam non solum auaritiæ crimen in Magistratu turpissimum est, ita ut & initium & finis omnium malorum merito dicatur: verum qui ob rem iudicandam pecuniam accipiunt, legibus, qua de pecunijs repetundis latae sunt, recte puniuntur. S. sunt praeterea. Inst. de publ. iud. & t. s. ff. & C. de leg. Julia repetund. Vnde narrat Plutarchus, Thebis olim positas in publico fuisse iudicum statuas, easq; sine manibus: quod iudicio esset, nihil eos a quoquam accipere debere: eius autem qui iudicio praesideret, etiam sine oculis; quod ipso personarum aspectu indices interdum a recto abduci arbitrentur. Et sanè Antonius apud Ciceronem in 2. de Orator. pag. 165. in fi. & seq. gloriantur, quod M. Aquilius in manifesto repetundarum crimine hoc potissimum artificio liberauerit, dum eum mæstum & sordidatum produxerit tunicam desciderit ac cicatrices aduersorum vulnerum, qua pro Republ. ille acceperat ostenderit, cuius rei idem Cicero meminit in actione in Verrem 7. pag. 628. & 644. Eodem quoq; artificio, cum Phryne, meretrix nobilissima, rei capitalis argueretur, Hyperidem usum esse scribit Athenæus in libris δευκοσοφιστων. Cum enim nullis purgari argumentis posset, ad postremum in iudicum conspectum eam statuit, & peccus eius papillasq; nudauit: qui aspectus tantum potuit, ut quam omnium sententijs

damna-

damnatam iri opinio erat, omnium suffragijs absoluta discesserit. Helemam quoq; eadem arte offensi mariti iras placasse manifestum est, quam ut quicquam verborum hac de re vltcrius fieri oporteat.

Ceterum Magistratus appellatione Iureconsultus hic omnes illorum potestates intelligit, qui res humanas, qua ad Rempubl. quidem pertinent, publica auctoritate curant. Aliter inter Magistratus & munerum curaciones alias differentiam esse, ostendit Aristoteles lib. Polit. 4. c. 15. ubi vult δεχῆσαι εἶναι, ὅτι αὐτὸς ἀποδέδοται ἐκ λένου αὐτῶν ἐκ κριναί, καὶ ἐπιτάξαι, καὶ μάλα ἰσχυροῖσι τοῦτο Πράξιν ἀρχικῶτερον εἶναι. Magistratus scilicet eos proprie esse, quibus de quibusdam consultare datum est, & iudicare, ac pro potestate iubere: precipue vero hoc vltimum. Iubere enim pleniorē notam magistratus obtinere, &c. Nota igitur magistratus sunt Jurisdictio & Imperium. Et ius dicere, nihil aliud est quàm ius, quod Legibus aut Edictis continetur, ei qui potest reddere. Πράξιν vero iubere est, ut iubere canere, iubere possidere. Ea enim δεχῆσαι sunt, hoc est, ut Vlpianus loquitur in l. 4. inf. de iurisdictione, magis Imperij, quàm iurisdictionis. Quibus itaq; haec duae notae applicari possunt, magistratus appellatione continentur: Quibus vero non possunt, hos Aristoteles loco praedicto Πραξιῶν vocat καὶ Πρισταί, hoc est, curatores & praepositos. Verum de singulis Magistratibus ordine despicendum est.

DE REGIBVS, Caput XIII.

Quod ad Magistratus attinet.)

1. Romulus quis? & urbem quando condiderit? 2. Numa qui? quae illius instituta, liberi & libri? 3. Tulli Hostilij gesta quae? 4. Quae item Anci Marci? 5. Tarquinius Priscus quomodo primum appellatus, & postea Priscus cur dictus sit? regnum illi quid denunciauerit? quaeq;

N

alia

alia illius instituta? 5. Seruius Tullius qui? cur sic appellatus? quæ illius gesta, quisq; interitus? 7. Tarquini Superbi inuenta & mors. 8. Regibus; an alius Magistratus fuerit? 9. Celetes initio qui, & postea quomodo appellati? 10. Iunius Brutus quis? quæq; per ipsum fuerint gesta?

Primum Magistratum, qui culmen omnium Magistratum fuit in urbe Roma, gesserunt Reges. Horum primus Romulus fuit, urbis conditor: qui Rheæ illæ vestalis virginis & Martis filius, cum Remo fratre uno partu editus est, nomine, secundum Plinium, à Pastoribus illi indito, quod lupa illum nutriens, rumen, mammam tunc vocatam, ei praberet. Adultus iam factus Romulus, Alcellus dictus est; quod ei cognomen fuisse, inquit Sex, Fest. de verb. sig. pag. 14. Hunc cum octodecim annos natus esset, Dionys. lib. 2. fol. 87. Eutrop. lib. 1. Solinus de mirabil. mund. c. 2. àni iniurias vltim, Romam urbem Palatibus, quod die sacra Dea Palis celebrabantur, in palatio condidisse, tradit Velleius Paterculus lib. 1. pag. 12. Varro lib. 5. de ling. lat. pag. 47. in pr. & lib. 2. de re Rust. c. 1. Cicero lib. 2. de diuinatione, & Ouid in 4. Fast. hoc est, 11. Calen. Maij. Plinius lib. 18. nat. hist. c. 26. Plutarch. in Romulo & Numa. Vnde Zonarus tom. 2. Annalium pag. 5. ἡ Ἰουλιῖτις; τὸ πάλειος τῶν τῆς ἡμέρας πέντε τοῦ πρώτου ἐνδεκά καλενδῶν μαίωων, ἢ ἂν εἴη εἰκοστὴ ἀπριλίου: καὶ τὴν ἡμέραν τῶν τῆς ἐξῆς ἡμερῶν ῥωμαῖοι, Ἰουλιῖτιον τῆς πατρὸς ὀνομαζούσιν, id est, urbis aedificatio 11. Calendas Maij, hoc est, vigesimo Aprilis est absoluta: qui dies Romanis festus est, & patriæ natalis appellatur. Cumq; Remus ad tutelam noua urbis vallum non posse sufficere contendisset, eiusq; angustias saltu transiisset, interficiendum eum iussit frater, Eutrop. d. lib. 1. Zonaras tom. 3. anal. pag. 5. & est text. in l. fin. inf. de rer. diuisi. Ipse autem Romulus cum septem & triginta regnasset annos; quemadmodum tabula voluit Capitolina; & tradit Dionys. d. lib. 2. fol.

37. in pr. & Linius lib. 1. pag. 5. Nonis Quintilibus ad caprea paladem humanitatem exiit. Linius d. lib. 1. fol. 4. Plutarchus in Numa in pr. Alex. lib. 5. c. 6. ac post mortem Quirinus appellatus est. Laetantius lib. 8. diuinarum Inst. c. 21. Zonaras hoc praedicto pag. 8. in fi. Alex. lib. 6. c. 4.

Ceterum anno Romae decessum sequente interregnum fuit: cuius elapso successit Numa Pompilius, Pomponis filius, ex quatuor fratribus natus minimus. Plutarchus in illius vita, fol. 20. Hic licet bellum non gesserit; Dionysio teste, lib. 2. fol. 89. in pr. non tamen minus ciuitati quam Romulus profuit. Urbem enim à Romulo conditam, legibus cum ordinauit, tum ornauit, ut Iustinianus testatur Nouell. const. 47. Filios hic habuit quatuor, quomnes honestarum familiarum nomina dedere; Pomponem; Pinum; Calpurn; & Mamercum; à quibus Pomponij; Pinarij; Calpurnij; & Mamerci descenderunt. Plutarchus in eius vita fol. 21. & 24. Filiam uero unam, Pompiliam scilicet; ex qua Ancus Marcius natus est, Rex ab eo Romanus tertius. Dionys. d. lib. 2. in fi. Plutarch. d. fol. 24. in pr. Sabellicus Ennead. 2. lib. 3. in fin. Rerum caelestium studium neque acriter assigit, neque impetuit. Cum enim Romani mensibus praeter ordinem & rationem uterentur, Numa primus post Aegyptios ad Solis cursum in XII. Menses Annum diuisus fuit, Ianuario & Februario adiectis, Martiumque, qui primus erat, tertium fecit, primumque Ianuarius: tunc anni principium uerè esse arbitramur, cum post hybernum tropicum Sol ulterius jam progredi non ualens, Zodiaci cursu perfecto, per singulas stationes celeri ad nos meatu reuertit incipit, de qua re Plutarchus in Problemat. Problemat. 18. & in Numa vita, folio 23. Alexand. libro 3. capite 24. Macrobius libro 1. capite 13. Mortuus est Numa non longe octogenario maior

maior; Plutarch. in Numa fol. 24. anno urbis 81. cum annos tres & quadraginta regnasset. Livijs lib. 1. pag. 5. ante finem sepultusq; in Ianiculo est, trans Tyberim; Dionys. libr. 2. in fin. Sex. Fest. de verb. sig. pag. 210. Solinus de mirab. mundi c. 2. una cum libris, quos ipse scripserat, qui pluribus quam quadringentis annis elapsis postea reperti sunt; Plutarch. d. fol. 24. Valer. Max. lib. 1. c. 1. Lactantius lib. 1. Inst. c. 22. Sabellicus Ennead. 5. lib. 7. col. 1106. Hinc Livius lib. 40. pag. 339. Eodem, inquit, anno (intellige 469.) in agro L. Petillij scriba sub Ianiculo, dum cultores alium moliantur terram, dua lapidea arca, octonos ferme pedes longa, quaternos lata, inuenta sunt, operculis plumbo deuinctis. literis Latinis Graecisq; utraq; arca inscripta erat: in altera Numam Pompiliium Regem sepultum esset; in altera libros Numa inesse. Eas arcas cum ex amicorum sententia dominus aperuisset, qua titulum sepulti Regis habuerat, inanis inuenta, sine ullo corporis humani vestigio, aut alterius rei, per tabernaculorum omnium absumptis: in altera duo fascis candelis involuti septenos habere libros, non integros modo, sed recentissima specie: septem libri Latini, de iure Pontificio, septem Graeci, de disciplina sapientia: in quibus cum animaduerseretur pleraq; religionum causas continere, ex S. C. in concilio cremati sunt. Hac ille.

3

Post hunc Tullus Hostilius Rex creatus est, cuius annus & ipse Hostilius dictus, bello Sabinorum cecidit, relicto filio, ex quo Hostilius natus est; teste Dionysio lib. 3. in pr. scribitq; de eo ita Valerius lib. 3. cap. 4. Incunabula Tulli Hostilij agreste tugurium cepit: eiusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata: validior atas, imperium Romanam rexit: Senectus excellentissimis ornamentis decorata in excellentissimo maiestatis fastigio fulsit. Verum Tullus etsi magni & admirabilis incrementi,

mensi, domesticum tamen exemplum est. Hac ille. Hic Romanorum primus purpura & fascibus est usus; teste Eutropio lib. 1. in eius vita; montemq; Caelium, Quercetulanum antiquitus dictum, quod talis sylua frequens fecundusq; erat, auctore Tacito lib. 4. annal. pag. 233. ne pauperes ciues adibibus destituerentur, muro communium urbi adiecit, in eoque & ipse habitauit: Dionys. d. lib. 3. Linius lib. 2. pag. 7. ante fin. Huius imperij anno sexto Alba, quam Ascanius ex Aenea genitus, sub Albano monte considerat; Linius lib. 1. in pr. postquam annos quadringentos & octuaginta septem durasset, solo est aquata: Dionys. lib. 3. fol. 126. Cum verò magna belli gloria duos & triginta annos Tullus regnasset, anno urbis 113. fulmine ictus cum domo sua conflagrauit; Linius d. lib. 1. pag. 5. in pr. Plutarchus in vita Numa, in fine. Dionys. d. lib. 3. fol. 129. Valerius Max. lib. 9. c. 12.

Hunc secutus est *Ancus Martius*, Numa ex filia nepos, ex illustri Marciorum familia aditus; teste Plutarcho in vita Coriolani, in pr. ubi inquit: Marciorum familia Romacòplures ex patricijs edidit viros illustres, ex quibus etiam Martius Ancus Numa nepos ex filia exiit, qui post Tullum Hostilium regnauit. Ita enim pro eo quod vulgo habetur (Marcus Cajus nomine Nepos) hoc loco legendum est: eumq; locum cum superioribus diebus, ex eodem Plutarcho in Numa in fi. ita restituendum esse nossem: incidi postea in Scholia Liniana Sigonij, ubi ex Liniò ad eundem modum hunc locum vidi restitutum. Qua in re, ut diligentia & industriæ laudem tanto viro libenter tribuo, ita mihi prope gratulor, quod similia obseruaerim, meamq; coniecturam aliorum anima dexterim coniectura comprobari. An cum antem Varro à Sabinis ortum scribit, sed Valerius ita appellatum ait, quod vitiosum habuerit cubitum, qui ἀγχιών Græcè di-

citur *Valerius Maximus lib. 10. cui Festus congruit de verb. sig. pag. 19. Ancus, inquit, ille vocatur, qui aduncum habet brachium, ita, ut exporrigi non possit. Hic primo omnium neglecta sacra restituit, legesq. Numa in Tabulis Quernis videndas omnibus in foro proposuit. Dionysi lib. 3. fol. 130. Deinde in hoc incubuit, ut non urbs solummodo, verum ager etiam finesq. crescerent: Initio enim civitatis montem Auentinum (licet Gellius lib. 13. c. 14. contradicat) & Ianiculam adiecit. Dionys. d. lib. 3. fol. 133. & seq. quorum ille ab ausibus qua vesperi ex Tyberis illuc cubitum aduolabant, denominatus videri potest, ex illo Virgilij;*

Dirarum nidiis domus opportuna volucrum,

De Auentino enim loquitur, eaq. in sententia Pomponius Latus quoq. est in libello de antiquitatibus urbis Roma: utcumq. Varro in 4. de ling. lat. pag. 14. in pr. in aliam inclinare sententiam videatur; hic à Iano, qui ibi vel sepultus sit, vel habitauerit:

Virgilius:

*Hi duo praterea disiectis oppida muris,
Reliquias veterumq. vides monumenta virorum,
Hunc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem,
Janiculum illi, huic fuerat Saturnia nomen.*

Deinde sylvâ Mæsia Veientibus ademptâ, usq. ad mare imperium protulit: in ore Tyberis Ostiam urbem condidit, pontemq. fieri Sublicium curavit: quemadmodum hac & alia locis prædictis apud Livium Dionysiumq. videri possunt: & testatur Sabellicus Enned. 2. lib. 4. col. 278. cum 2. seqq. Enniusq. apud Festum in verb. quæso, pag. 321. his versibus:

*Ostia munita est idem loca navibus polchreis
Munda facit nautesq. marique sentibus vitam.*

De Anco enim loquitur. Regiam habuit ille Romæ in via sacra, ubi inter seruos Hipsei & Milonis pugna commissa, & Cicero operâ Clodij vitæ periculum adisse traditur. Alex. lib. 3. c. 6. Moys.

tans est Ancus anno Imperij quarto & vigesimo, filijs duobus
relictis, uno impubere, pubere altero; quorum uterq; exulatum
postea Suessam Pometiam iuit. Dionysius loco praedito; & Lini-
us d. lib. 1. pag. 9. in pr. & seq.

Post hunc **Lucius Tarquinius Priscus** Imperi-
um suscepit, Demarati Corinthij filius, ut supra diximus. Hic
cum Lucumo prius Etrusco nomine diceretur, postea ciuis Roma-
nus factus, Lucij nomen sibi imposuit, alterumq; generis & fa-
milia Tarquinij, ab ea videlicet urbe, in qua genitura educatio-
nisq; habuisset initium. Dionys. d. lib. 7. fol. 136. in pr. Priscus
dictus fuit, quod prius fuerit quam Superbus; Sext. Festo anto-
re de verb. sign. pag. 294. cui Valla libr. 4. elegant. c. 86. af-
sentitur, scribens nomen Prisci non à sui temporis hominibus,
sed à posteriori seculo inditum esse: itemq; Dionysius libr. 4. fol.
179. qui Priscum περὶ ἡρώτων nata maiorem: Superbum τὸ ἐπι-
φανερον quod contumacior esset, vocatum scribit. Regnum huic
Regi Aquila praedixit: cum enim Tarquinius Romam com-
migrans, ad Ianiculum forte carpento cum uxore sede-
ret, aquila suspensis demissa leniter alis, pileum abstulit, superq;
carpentum cum magno clangore volitans rursus velut ministerio
diuinitus missa capite apte reposuit, indeq; sublimis abiit; quo
quasi augurio regni eum fore successorem denunciatum est. Livi-
us d. lib. 1. pag. 8. in fine. Dionys. lib. 3. fol. 135. Hic non solum
Equestrem ordinem uberiorem reliquit, sed etiam numerum Se-
natorum amplificauit. Valer. lib. 3. c. 4. Sabellicus Ennead. 2. lib. 4.
col. 290. Circum extruxit maximum, ludosq; Romanos constituit.
Linius d. lib. 1. pag. 9. Dionys. lib. 3. fol. 186. Triumphos, Tabulis
Capitolinis testibus, res egit: Latinum, Etruscum, & Sabinum;
quib; Dionys. li. 3. fol. 139. 142. & 145. ad stipulatur: licet Liv. d. li.
1. & Macro. li. 1. Sat. c. 4. de unico Sabinorum triumpho mentionē
faciant:

facians: & auctor de viris illustribus de duobus Sabino & Latino. Cum annos septem & triginta regnasset, ut Tabula Capitolina ostendunt, Eutropiusq; libr. 1. in illius vita, octogenarius, anno urbis 174. ab Anci Marci, cui successerat, filijs interficitur. Dionys. d. lib. 3. fol. 149.

6

Porro Priscum Servius Tullius secutus est, in quo fortuna vires suas precipue ostendit: Verna enim civitati natus, Rex creatus est. Nam Prisco Tarquinio regnante, in foro, vel, ut alij volunt, in ara, genitale repente apparuit, quo in sinu admoto mater Seruij Tullij Ocrisia, Prisci captiva, stupens miraculo, haud multo post, Idibus scilicet Augusti, Servium enixa peperit, qui mox regno successit. Dionys. lib. 4. in pr. Zonaras tom. 2. annal. pag. 13. Sex. Fest. pag. 425. Alex. lib. 3. c. 18. & lib. 6. c. 19. quamvis Nonis, non Idibus, editum Servium fuisse Macrobius scribat lib. 1. Satur. c. 13. Nonis, inquit, conuentus uniuersa multitudinis vitandus existimabatur: quoniam populus Romanus exactis etiam Regibus diem hunc Nonarum maxime celebrabat, quem natalem Seruij Tullij existimabat. quia cum incertum esset, Nonis tamen natum esse constaret, omnes Nonas celebrantia frequentabat &c. Porro dictus est Servius, quod eum feruens mulier pepererit; eodem Dionys auctore. Absq; vero praenomine patris, Servius Tullius appellatus est, quod Serua natus, incerto patre natus videretur. Tullius autem a tollendo dictus est, quasi Tollius: quod Lucilius apud Nonium in verbo Interficere, sub persona Tullia, maritum Tarquinium ad necem parentis sui Seruij Tullij, stimulantis, his versibus testatur:

—— prius non tollas, quam Tullium

Ex nomine atq; omine ipsum interfeceris.

Hic leges Romuli & Numæ, vetustate neglectas, in usum renouauit, & nonas ipse talis alias; Dionys. lib. 4. Censumq; primus instituit,

instituit, ex quo belli paciſq; munia, non uiritim, ut antea, ſed pro habitu pecuniarum fierent; Linius d. lib. 1. pag. 20. & Sabellicus Ennead. 2. lib. 5. col. 308. luſtrumq;, ut Valerius libr. 3. c. 4. teſtatur, quater condidit, dum inquit: Seruiſ Tullio quater luſtrum condere, teſ triumphare contigit. Et comprobat hoc lapis Capitolinus, qui habet: Seruius Tullius Rex luſtrum fecit primū, ſecundum, tertiam, quartum. De luſtro uero Linius loco prædicto ita: Seruius Tullius edixit, ut omnes ciues Romani, equites pediteſq;, in ſuis quicq; centurijs in campo Martio prima luce ad eſſent, ibi inſtructum exercitum omnem, ſuo uoce taurilibus luſtrant: idq; conditum luſtrum appellatum: qui in cenſendo finis factus eſt. Millia octo uaginta eo luſtro cinium cenſa dicuntur &c. qua eadem ferè Dionys. quoq; tradit, lib. 4. fol. 165. in pr. Montes tres urbi adiunxit: Quirinalem, Viminalem, & Eſquilinum; in quorum ultimo, ut loco dignitas fieret, ipſe habitauit; Linius d. lib. 1. pag. 10. Dionys. d. lib. 4. fol. 160. Eutrop. lib. 1. in Seruij uita: licet Dionyſius Quirinalis mentionē non faciat. Poſtquā uero annos quatuor & quadraginta Seruius regnaſſet, anno urbis 218. generi ſui Tarquini, filiaq; Tullia ſcelere, in Cyprio uico occiſus eſt; Linius d. lib. 1. pag. 11, Dionys. lib. 4. fol. 170. in pr. illiusq; ſtatua, qua in templo Fortuna uirilii, ab ipſo ad ripas Tyberis extracto, auro perſuſa poſita erat, orto incendio cateruſq; concremata omnibus ſola incorrupta permansiſt Dionys. d. lib. 4. fol. 169. & 178. in ſi. Valer. Max. lib. 3. c. 4. Alex. lib. 1. c. 13.

Deniq; poſt hunc Tarquinius Superbus, uſtimus Regum, imperium inuaſit. Hic omnia, qua a ſocero laudabiliter conſtituta facta ordinataq; erant, ſuſtulit atq; amouit penitus. Dionys. lib. 4. fol. 179. & ſeq. primuſq; uincula, fuſtes, carceres, compedes, catenas, exilia, & metalla excogitauit Eutrop. in eius uita lib. 1. Hoc ſolo humanitatem quandam referens, quod patris

sui votum perficere studueris, capsumq; ab eo, Sabino bello; Capitulum Pometia capta ex spolijs hostium consummauerit. Dionys. d. lib. 4. fol. 189. in pr. quo expulso, Horatius Pulvillus Consul consecrationem obiit; Plutarch. in Poplicola fol. 34. Postquam autem annos quinq; & viginti, regnasset, regno expulsus, ut supra diximus, in exilio consenuit. Linius d. lib. 1. in fi. Plutarch. in Numa, in fi. annosq; natus circiter nonaginta Cumis mortuus est, anno urbis 258. Appio, vel ut alij, M. Claudio, & P. Servilio Cos. Linius lib. 2. pag. 18. Dionys. lib. 6. fol. 264. in pr. Sabellicus Ennead. 2. lib. 9. col. 400.

8 Penes hos igitur Reges initio ciuitatis, omnis potestas fuit, hoc est, imperium omne, omnisq; Jurisdictio. Nam alius Magistratus Regibus non fuit, praterquam Tribunus Celerum, quem iisdem temporibus fuisse constat; prout Jurisconsultus hic affirmat. Senatu enim ex viris natu grandioribus constituto, videns Romulus, se armata quoq; iuuentute, qua ad corporis sui custodiam, & ad urgentia rerum ministeria vteretur, indigere trecetos viros ex generosissimis familijs, corporibus robustissimis, quos Celeres appellauit, elegit, ijsq; non in bello solū vsus est, verum etiam in pace; Dionysio teste, lib. 2. fol. 63. in pr. Zonara tom. 2. annal. pag. 8. & Liuso lib. 1. pag. 4. Celeres autem dicti sunt, vel à promittitudine, hoc est, celeritate, quod celeriter accurrere eos, si quando Respublica operâ illorum indigeret, Romulus voluerit: (quomodo Metellum etiam, quod mortuo patre singulari certamine pugnantium ludum instituisset Romanos admiratos apparatus celeritatem celerem appellasse scribit Plutarch. in Poplicola fol. 8.) vel à Celere Remi interfectore, qui primus ijs ordinibus veluti Dux à Romulo fuit praefectus. Dionysius d. lib. 2. Fene. li. 2. c. 2. Corraf. Miscell lib. 1. c. 10. nu. 6. & seq. Ouid. in 4. Fast. Hoc Celer urget opus quem Romulus ipse vocarat. Sintq; Celer cura dixerat ista tua &c.

Celerum

Celerum autem nomen, perpetuo huic ordini non fuit, sed sub Romulo solummodo Regibusq; Celeres appellati sunt. Postea enim Flexumines illos, deinde Trossulos, quod oppidum Tuscorum Trossulum sine opera pedatum ceperint, & ad extremum equites dictos esse testis est Plinius lib. 33. Alexand. lib. 6. c. 22. & Sabellicus Enead. 4. lib. 7. col. 837. Hinc Fest. de verb. sig. pag. 51. Celeres, inquit, antiqui dixerunt, quos nunc Equites dicimus, à Celere interfectore Remi, qui initio à Romulo hys præfectus fuit: qui primitus electi fuerant ex singulis Curijs deni, ideoq; omnino trecenti fuere &c. Idq; est quod Iureconsultus hic inquit: Tribunum Celerum eum fuisse, qui equitibus præerat, & veluti secundum locum à Regibus obtinebat, eoq; in numero fuisse Iunium Brutum. Hic Brutus M. Iani filius fuit, vnius eorum progenies, qui cum Aenea coloniam deduxerunt, Tarquinij Superbi auunculus, ex sorore illius Tarquinia natus: Dionysius libr. 4. fol. 193. Brutus dictus à stultitia quam simulauerat. Cum enim à Tarquinio Superbo sub imperij illius initio, patre ob diuitias, fratresq; ne iniuriam ulcisceretur, cum Seruio Tullio occiso, mortis periculum & sibi timendum esse animaduerteret, statum se esse simulauit, eaq; fallacia Regis tyrannidem euasis, qui non solum vitam eum donauit; Dionysius d. libro 4. folio 194. Autor de viris illustribus c. 10. Verum Celerum etiam Tribunum fecit; Linius libro 1. in fine. Dionysius d. libr. 4. fol. 196. in princ. ubi Lapo Birago interprete, ita de se Brutus: Ego, inquit, sum Valeri, præfectus Celerum, (ita enim ille transfudit, pro Tribunus Celerum) permissumq; mihi est ex lege, sum volo, concionem conuocare. Dedit autem hunc mihi Magistratum Tyrannus maximus, ut fatuo, nec vim eius intellecturo, nec ea, etiamsi intelligerem usuro &c. Præfectus hic aliquando Delphos, cum Tarquinij filijs, quos is ad Apollinem

Pythium muneribus sacrificijsq; honorandum miserat, auram A. pollini doni nomine clam canato baculo inclusum tulit, per ambas effigiem ingenij sui. Cumq; patris mandatis peractis animos juvenum cupido incessisset sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanorum esset peruenturum: oraculumq; penes eum summam urbis potestatem futuram respondisset, qui primus osculum matri dedisset: Brutus perinde atq; casu prolapsus, de industria se abiecit, terramq; communem omnium matrem existimans, osculatus est; prout Dionys. d. lib. 4. fol. 194. Linius lib. 1. pag. 13. Cic. in Bruto pag. 333. Autor de viris illust. c. 10. Zonaras tom. 2. annal. pag. 17. Sabellus Ennead. 2. lib. 6. col. 336. auctores sunt. Illudq; tam vas relluri impressum osculum, urbi libertatem, Bruto primum in factis locum tribuit; Valer. Max. lib. 7. c. 3. Etenim stupro, (ut supra dictum est) à Sex. Tarquinia Superbi filio Lucretia illato, Brutus tempus liberanda Reip. adesse existimans, primo omnium autor populo fuit, ut Tarquinium Superbum cum scelerata coniuge & omnium liberorum stirpe ex urbe Roma, Romanorumq; regione prosciberet, quisq; de reditu Tarquiniorum quicquam vel ageret vel diceret, morte multaretur. Deinde ut singulis annis principes bini, regia potestate crearentur, qui omnia ea, quacunq; Regibus agere licebant, expedirent. Quod cum placere populo, laetis suffragijs demonstrasset, Tarquinius cum tota progenie urbe, ejectus est, Iuniusq; Brutus cum Collatino Consul est creatus; quemadmodum apud Dionysium d. lib. 4. fol. 203. videre licet. Idq; est quod Iurisconsultus hic dicit; Iunium Brutum autorem fuisse Regis eijciendi. Unde Cicero in Orat. pro Cn. Plancio; Quis inquit amplius, si L. Brutus esset, qui civitatem dominato regno liberavit? Et in 2. de orat. pag. 178. Quid L. Bruto quis hunc populum dominato regno liberavit? Et in 1. Philip. pag. 415. L. Brutus regno dominato Rempub. liberavit

liberabit, & ad similem virtutem & simile factam in prope quingentesimum annum propagauit. Et in 5. Philip. pag. 523. Hi tres post ciuitatem à Lucio Bruto liberatam plus potuerant quàm vniuersa Respublica. Et Plutarchus in Parallel. c. 24. Brutus, inquit, eiectò Tarquinio Superbo Consul vna omnium voce creatus est; ille enim imperiose nimis ac tyrannicè in regno versabatur. Expulsus itaq; sese recepit ad Ibuscos, quorum ope cum bellum Romanis inferret, filij Brutum prodere valuerunt. Qua ex re Brutus natus caput abscidit. Et Lactantius lib. 7. Inst. diu. c. 15. Roma amissa libertate, quam Bruto duce & autore defenderat, ita consenuit tanquam sustentare se ipsa non valeret, nisi adminiculo regentium niteretur &c. Quamuis autem summum Bruti in Rempub. extiterit meritum, tantum tamen non potuit ut ad aliorum exemplum & illi statua Roma fuerit decreta; quemadmodum Plinius ostendit lib. 34. nat. hist. c. 6. dum inquit: Clauia statua est equestris, cum parum esset toga eam cingi: cum nec Lactantia nec Bruto qui expulerant Reges, propter quos Clauia inter obsides fuerat, decernerentur. Sed hac de Regibus, qui Monarchiam tenuerunt, dicta sufficiant. Sequitur ut de ijs qui Aristocratiam exercuerunt dicatur.

DE CONSULIBVS Caput XIV.

Exactis deinde Regibus, Consules.)

1. Consules vnde dicti? 2. Illud Pomponij Reipub. constituerent ad urbem an ad prouincias accommodandum? 3. Consules à Græcis & alijs quomodo appellati? 4. Quot initio, quoq; anno creati? 5. Potestas eorum & insignia quæ? 6. Cum fascibus secures quid significauerint? & quamdiu ac ubi securibus cum fascibus consules fuerint vsi? 7. Consulium cognitio qualis? 8. Qua lege summum jus in eos translaturus? 9. Ad quod temporis spacium coartatum? 10. Consules vbi & à quibus creati? 11. Consulatus iacundi tempus semper au idem? & vnde varie-

tas? 12. Consulatum per gradus petendum, item ne intra decennium Consul recideretur, au perpetuum? 13. Consulatus qualis magistratus, & Consulum cura quæ? 14. Consulatum in quibus dei oratum? 15. Ut prouocatio à Consulibus esset, ne in caput ciuis Romani animaduertere possent, qua lege effectum? 16. Quibus casibus prouocationi locus non fuerit? 17. Consulibus post Legem Valeriam quid relictum? 18. Verbo **Coercere** Pomponius quid intelligat? 19. Modica coercitio à Consulibus ad alios Magistratus qua lege translata? 20. Per iudicem in l. 2. si quis in jus vocat: non per. Paulus quid intelligat? & qui Magistratus multà aliis dixerint? 21. In vincula publica qui à Consulib. ducti & Publica vincula quare Pomp. dixerit? 22. Dignitas Consulum quæ? 23. Zastij opinio an vera, quod plerumq; Pomponius ex Fenestella descripsit? 24. Fenestellæ vocabulum apud Vlpia. in l. vnic. de offic. quæst. an legitimum? 25. Plutarchus, Gellius & Aconius, quibus temporibus vixerint? 26. De Fenestellæ opusculo quid sentiendum?

Secundum Magistratum gesserunt Consules, sic dicti secundum Varronem in 4. de ling. Latin. pag. 22. quod consilere Senatam & Populum deberent; secundum vero Pomponium hinc, quod plurimum Reipublicæ consulere. quod ut Cicero in 2. de orat. pag. 155. ita & Linius libr. 42. pag. 359. comprobatur, dum inquit: Euntem Consulem prosequuntur: contrahit enim non officij modo cura, sed etiam studium spectaculi, ut videant ducem suum, cuius imperio consilioq; summam Reipublicam tuendam permisissent. Et confirmat Varro loco prædicto, prioribus hæc verba subiiciens: nisi illinc potius unde Actius ait in Bruto, qui rectè consulat, Consul suat: Ideoq; Nonius est. am ex eo dictos Consules putat, quod Senatui consulerent, in lib. de prop. serm. col. 1074. Ut enim Vlpianus ait Consulis officium est, consilium præbere in l. un. infr. de offic. cons. Verum hæc ipsa Pomponij nostri notatio ad ea tantum, qua foris gerebantur, accommodanda videtur, cum in urbe Reipublica curam Senatui gesserit. Vnde Tacitus sub persona Neronis, futuri impe-

vii formam præscribens, lib. 13. annal. pag. 356. Teneret, in-
 quit, antiqua munia Senatus: Consulium tribunalibus Italia
 & publica prouincia assistens: Illi patrum aditum prabe-
 rent, se mandatis exercitiis consulturum. Et Cicero in 4.
 Philipp. Hunc si Consulem illa prouincia putares, neq; eum reci-
 peris, magno scelere se obstringeres: Omnes enim sub Consulibus
 iure & Imperio debent esse Prouincia. Græci à consilio συμβού-
 λης nominant, & à potestatis magnitudine ἰσάτης, quod &
 impere omnibus & supremam habeant dignitatem. quod
 enim eminet culmen ἰσάτην præcos dixisse, Dionysius autor est
 libro 4. fol. 198. Olim Prætores dicti sunt, teste Lius lib.
 3. pag. 39. in pr. Vnde Zonaras tom. 2. annal. pag. 28. de Con-
 sultibus loquens, inquit: τότε γὰρ λέγεται πρώτων ἰσάτης ἀν-
 τας προσαγορευθῆναι, φρασηγὺς καλυμμένης τῷ πρώτερον. & Sex-
 tus Festus de verbor. signific pag. 292. Prætores, inquit, initio
 erant qui nunc Consules, & ij bella administrabant, quorum
 tabernaculum quoque dicebatur Prætorium. Verum postea
 Prætoribus creatis, à Consulibus nomen illud ad nouum Ma-
 gistratum transiit; Concius lib. 2. subsecinarum lectionum c. 19.

Regibus itaq; exactis duo Consules creati sunt, anno ur-
 bis 244. quemadmodam Tabula Capitolina ostendunt, & con-
 firmat, Pomponius Latus lib. 1. de Rom. mag. c. 15. Itemq; Eu-
 sebius, qui Romanorum Reges à Romulo ad Tarquinium Su-
 perbum annos 243. regnasse scribit. Eaq; in opinione Eutro-
 pius etiam est, lib. 1. Quæ ex ordine insuper Triumphorum corro-
 boratur. Si enim à Postumij ouatione, anno urbis 247. actâ, re-
 trogrediaris, primos Consules anno 244. creatos inuenies. Nec
 aduersatur Dionysius lib. 4. in fi. Item Lius lib. 1. in fin. ubi
 regnatum Roma ab urbe condita ad liberatam annos 244.
 scribant. Id enim propter Tarquinium Priscum contingit, quem
 idem

idem Linius annos 38. licet non integros regnasse dicit lib. 1. pag. 9. in fi. cum septem tantum & triginta, ut supra dictum est, regnauerit. Diuersitatis autem huius origo ex imperio Romuli forte promanasse videri potest, qui non solum triginta septem annos, sed dies insuper 77. regnauit, ut ex superioribus colligi potest, nec non ex Plutarcho in vita Romuli in fine, ubi Romulum trigesimo octauo sui regni anno esse vita migrasse dicit, cum alio in loco scribas, septem & triginta solummodo annos eundem regnasse. Hos ergo superfluos Romuli dies Linius Dionysiusq. pro anno computantes Tarquinio Prisco videntur attribuisse, qua adiectio diuersitati huiusmodi ansam postea præbuit.

5
Creati vero Consules sunt imperio regio. Cicero in 3. de LL. pag. 437. Regio, inquit, imperio duo sunt. hoc est, creati sunt pari cum Regibus, in omnibus rebus, potestate atq. imperio. Præterquam enim quod annuum illis imperium datum est, mutatum nihil est. ideoq. lictores, fasces, Sellam Curulem, purpuream prætextam, cateraq. Regum insignia, qua Vlpianus insignia Consularia nominat, in l. 1. in pr. inf. de his qui not. infam. tenuere. Et quidem licitorum, mentionem Fenestella facit lib. 2. c. 7. Fascium autem duodecim Onidius in frag. ad Pison.

Cum tua bis senos numeraret purpura fasces.

Et Martialis lib. Epigram.

Postquam bis senos ingentem fascibus annum
Rexerat, adserto qui sacer orbe fuit.

Sella Curulis Linius lib. 7. in pr. & Sueton. in Claudio c. 23. De moiore inquit, negotio acturus in Curia, medius inter Consulium sellas Tribunicio subsellio sedebat. Deniq. prætexta Appianus lib. 1. bellorum civilium, differens de Octauio, Ἰππία, inquit, & Ἰρόνυ περικαθήμεν τὴν τὴν δεξιὰς ἐαδὴν τὴν Ἰππικέμεν, ῥάβδων καὶ πελεκων ὡς πᾶσι τῶν ἀεικεμένων. Esti autem utriusq. Consulis par potestas erat, Liniuo teste lib. 3. pag. 42, insignia tamen consularia

ant

ut imperium simul non habebant: sed ne, si ambo fasces habe-
 rent, duplicatus terror videretur, cautum fuit, ut apud alteram,
 cum videlicet qui imperium haberet, fasces essent: *Linii lib. 2.*
in pr. Dionys. lib. 5. in pr. Alex. lib. 3. c. 3. Qui quidem fasces
 duodecim, alternis mensibus cum securibus consulibus attributi,
 verberandi occidendiq; significabant potestatem; eaq; usus eos
 initio in civitate esse, ex eo constat, quod Brutus primus Consul
 adolentes nobiles, suosq; ac sororis filios, quod de Regibus reci-
 piendis coniuverant, securi percussit. *Linii lib. 2. pag. 15. Plu-
 tarch. in Poplicola. Dionys. lib. 5. fol. 211. in fine.* Dico initio
 Consules fasces ac securibus in civitate usus. Nam post Valeri-
 um Consules fasces absq; securibus fuerunt usi, ut huius rei
 Dionysius testis est *lib. 10. in fin.* Primus enim Valerius invidia
 Consulatum minnenda gratia, & ne nimis ille terror aliquid de
 populi libertate delibaret, fasces secures demisit, ut idem Dio-
 nysius auctor est *lib. 4.* ὁ βασιλεὺς πείσει ὑπερ τ' ἐλδορεί-
 ας τὸς δημοτικὸς λαβεῖν βυλόμενον, ἀφείλεν ἀπὸ τ' ράβδων τὸς
 πελέκεις. καὶ καθήσθη τοῖς μετ' αὐτὸν παύσοις εἶθ' ὅ, ὅ ἐ μετρεῖ
 τ' ἐμῆς δέμενεν ἡλικίας, ὅταν ἐξώθεν τ' πόλεως γένων) χρεῖσται τοῖς
 πελέκεισιν, ἔνδον ἢ τοῖς ράβδοις κοσμηῖται μοναῖς. Et *Linii lib. 24.*
 Lictores ad eum accedere Consul iussit: & quia in urbem non
 iherat, protinus in Campum (Marciam) profectus; admonuit
 cum securibus sibi fasces præferri. Extra urbem igitur & tem-
 pore belli secures jus suum etiam post Valerium tenuerunt: & à
 Consulibus in facinorosos non his solummodo animaduersum fuit,
 sed etiam interdum virgis: atq; ita Cottam Consulem in Sicilia
 in Valerium Nobilem Tribunum militum ex gente Valeria vir-
 gis animaduersisse, tradit Iulius Frontinus *lib. 4. Strategema-
 rum c. 1.* ubi ad eundem modum P. Aurelium etiam sanguine
 sibi iunctum coercuisse scribit, quod eo Lipararum obsidioni præ-
 fecto

7

fecto, & agger incensus, & capta castra essent: prout illud ipsam
 etiam Valerius tradit lib. 3. c. 2. Et propter illam verberandi oc-
 cidendiq; potestatem, factum quoq; videtur, ut Consulis cognitio,
 summa cognitio vocata sit à Quintiliano, Inst. orat. libr. 3. c. 8.
 dum inquit: Non debes apud Prætozem petere fideicommissum,
 sed apud Consules: Maior enim prætoria cognitione summa est.
 Vnde Cicero pro Cn. Plancio: Seruari, inquit, necesse est gradum:
 cedit Consulari generi Prætorium, nec contendat cum Prætorio
 equester locus &c. Penes Consules enim summa potestas fuit.
 adeo ut Prætoris sententias rescindere potuerint, & Iurisdi-
 ctionem Prætori abrogare; quod ex Valerio intelligitur libr. 7.
 c. 7. ubi de Genucio quodam Matris Magnæ Gallo loquens, à
 Cn. Oreste Prætoze urbis impetraverat inquit, ut restitui se in
 bona Næviani iuberet, quorum possessionem secundum Tabulas
 Testamenti ab ipso acceperat. Appellatus Mamercus (Consul)
 à Sardinio, cuius libertus Genucium heredem fecerat, Prætoriam
 Iurisdictionem abrogavit &c. Idq; est quod Iurisconsultus hic
 dicit; Penes quos summum jus uti esset lege rogatum
 est. Lege aut rogatum est, lata scilicet à Sp. Lucretio Inter-
 rege. Is enim primus Interrex fuit, per quem Regibus exactis
 Consularia comitia habita sunt; quemadmodum apud Diony-
 sium libro 4. & Vopiscum in pr. Taciti videre licet, ubi Consules
 ab Interregibus prius creatos fuisse, qui reliquorum comitia
 Magistratum habent, verioribus historicis referentibus
 declaratum scribit. Nec adversatur Linius in fine libr. 1. ubi
 Consules ex commentarijs Servij Tullij comitijs centuratis à Pra-
 fecto urbi creatos asserit, & non ab Interrege. Spurius enim Lu-
 cretius Tricipitinus, Lucretia pater, simul & Præfectus urbi &
 Interrex fuit, comitijsq; Consularia, non ut Præfectus urbi, sed ut
 Interrex habuit: ne dicam, quod tum temporis, urbanas res qui
 curaret Magistratus esset nullus.

Ceterum

Ceterum ut Consules duos esse voluerunt, ita imperium
 ut annuum esset placuit. Hinc Linius lib. 4. pag. 114. in pr. Denos,
 inquit, vicenosq; dies quidam dictaturā, nemo plus quam annu-
 um Consulatum gessit. Et Consules quidem duos, ideo creati
 sunt, ut si malus unus esse maluisset, alter similem habens pote-
 statem eum coerceret. Eutrop lib. 1. Annuum verò Consulatum
 esse voluerunt, ne propter insolentiam potestatis, insolentiores
 redderentur, sed ciuiles semper essent, qui se post annum scirent
 esse priuandos. Eutrop. d. libr. 1. Nam ut Brutus apud Dionysi-
 um lib. 4. fol. 197. inquit; Imperare aliquem quandoq; & eun-
 dem parère, ac priusquam visentur sensus, potestate absistere,
 arrogantia ingenia comprimis, neq; sinis inebriari mores licentia.

Creabantur autem Consules in Campo Marcio, comitijs
 centuriatis, à Praefecto urbi, Interrege, vel Dictatore, Linius
 lib. 1. & 9. pag. 198. Dionysius libr. 4. in fi. Alexand. libr. 3.
 c. 3. & quidem in annum proximum; dicebanturq; interim Desi-
 gnati; quorum meminisse Iustianus in S. Incertis. Inst. de le-
 gat. Hinc Tacitus apud Vopiscum in Probo, pag. 308. Nos tibi
 Consulatum in annum proximum nobiscum decreuimus. Sanè
 urgente necessitate, eo etiam interdum die, qua creati erant,
 inisse testatur Linius lib. 9. pag. 101. in prin.

Ineundi verò Consulatus tempus idem semper non fuit.
 Interdum enim Idibus Martij inibatur: Linius lib. 31. pag.
 244. Omnium, inquit, primum eam rem Idibus Martij, quo
 die tum Consulatus inibatur. P. Sulpitius Consul retulit. Et lib.
 38. pag. 316. in fine. M. Valerius Messala, & C. Linius Sali-
 nator, Consulatum Idibus Martij cum inissent, de Republica,
 deq; Prorincijs & exercitijs Senatam consuluerunt. Interdum
 Cal. Quinctilibus; idem Linius lib. 8. pag. 94. Extemplo, in-
 quit, Consules noni, L. AEmilius Mamercinus, & C. Plantius,

eo ipso die, Calen. Quintilibus, quo magistratum inierunt, comparare inter se provincias iussit. Interdum Cal. Sextilibus. Idem lib. 3. pag. 29. in pr. Creati, inquit, Consules L. Aebutius, P. Sernilius Calendis Sextilibus ut tunc principium anni agebatur, Consulatum ineunt. Interdum Idibus Decembris: Idem Linius lib. 5. pag. 58. At enimvero, inquit, Sergius Virginiusque negare se ante Idus Decembris, solemnem ineundis magistratibus diem, honore abituros esse. Et lib. 4. pag. 50. His, inquit, rebus actus, Consules non quos diximus, Idibus Decembris magistratum occupare. Quam totam varietatem ab impeditis seditione vel alia ex causa comitijs processisse, ex Cicerone colligi potest; qui in 1. ad Atticum epist. 11. comitijs ad VI. Calen. Sextiles dilata scribit. Ad Q. verò fratrem lib. 2. epist. ult. Comitia in mensem Septembrem esse reiecta. Verum postea, post annos ab urbe condita ferè sexcentos institutum, ut Calendis Ianuarij Consules inirent; quemadmodum ex Lino lib. 43. pag. 365. conijcere licet; & Velleio Paterculo lib. 2. pag. 35. idem inquit: At C. Marius L. Sullam iam tunc, ut praecautibus factis, copulari sibi questorem habuit, & per eum, missum ad Regem Bocchum, Iugurtha Rege ab hinc annos ferè CXXXIX. potitus est: designatusque iterum Consul, in urbem reuersus secundi Consulatus initio Cal. Ianuarij eum in triumpho duxit.

12 - Porro quod per gradus Consulatum petendum fuisse Linius lib. 32. pag. 254. innuit, illud perpetuo non obtinuit. Nam & P. Sernilius & Pompeius Magnus antequam ulli praefuissent magistratus Consules facti sunt. Alex. lib. 3. c. 3. Sic nec illud perpetuum fuit, quod lege cautum fuisse traditur, ne intra decennium idem Consul refici posset. Linius lib. 7. in fine. Cicero in 3. de LL. pag. 837. cum ex annalibus Consulam L. Papyrium Questorem septem annorum spacio iter Consulatum fuisse constat.

Regibus

Regibus itaq; exactis Consularis magistratus precipuum fuit
 & summus: vixite cui reliqui Principes omnes subiecti fuerunt
 & obaerant, quemadmodum Polybius testatur lib. 6. Epiteta.
 histor. Rom. pag. 178. in pr. Ut enim idem subijcit, καὶ μὴν ὅσα
 θεὸς διὰ τῆς δημοκρατίας τὰ πρὸς τὰς κοινὰς πράξεις ἀρκούντων,
 τῆτοις καθήκει Φρονιζειν, καὶ Σωάγειν αἰετὰς ἐκκλησίας, τῆτοις
 ἀσφίρω τὰ προγράμματα, τῆτοις βραβεύειν τὰ δοκῶντα τῆς πλείοσι.
 καὶ μὴν περὶ πολέμου καὶ ἀσκευῆς, καὶ καθόλου τὸ ἐν ἰσθαίθροις οἰκονο-
 μίας, σχεδὸν ἀποκράτορα τὴν ἐξουσίαν ἔχουσι, hoc est, (ut Mu-
 sculus interpretatur) quicquid per plebem quod publica negocia
 concernat, perficiendum est, huius cura pertinet ad ipsos. Illorum
 est convocare concionem, illorum proferre edicta, illorum ea quae
 a pluribus decreta sunt dispensare: deniq; & bellicus apparatus
 ad eos pertinet, ac uniuersa quae sub caelo est oeconomia prope im-
 peratoriam ac regiam habent potestatem &c.

In hoc tamen multum dignationi auctoritatiq; huius magi-
 stratus derogatum est, quod ob virium etiã ante finiti honoris
 tempus gradu deijci, & a Tribunū plebis in vincula duci potuerit.
 Etenim L. Minutium a Quinctio Cincinnato Dictatore consu-
 latu abire iussum, quod eius ignavia castra hostes obsedorant, &
 penè expugnauerant, tradit Livius lib. 3. pag. 33. ante finem.
 quodq; in carcerem duci, plebū Tribuni iussu Consules potuerint,
 testem cum Dianem habemus lib. 37. histor. Roman. pag. 33. tum
 Ciceronem in oratione pra lege Agraria contra Rullam priori,
 pag. 223. Ego, inquit, is consul qui concionem met uam? qui Tri-
 bunū plebis perhorrescam? sapè & sine causa tumultuer? qui
 timeam, ne mihi in carcere habitandum, si Tribunus plebis duci
 iussisset? ego vestris armis armatus, insignibusq; amplissimis or-
 natu, imperio, auctoritate, non horreo in hunc lacum progredi pos-
 se, vobisq; auctoribus improbitati hominu resistere. Et in oratione

in Vatinium ait pag. 109. Misere ne viatorem, qui M. Bibulum (Consulem) domo viextraheret, ut quod in priuatis semper est seruatum, id se Tribunopleb. Consuli domusexilium esse non posset? Et Linius lib. 4. pag. 48. Consules, inquit, à Tribunis quam à Senatu vinci maluerunt; proditum à patribus summi imperij ius, datumq; sub iugum Tribunicia potestatis consularum memorantes; siquidem cogi aliquando pro potestate à Tribuno Consules, & in vincula etiam duci possent &c. Sic in eo etiam multum potestas huius Magistratus imminuta est, quod si de capite ciuis Romani ageretur, poenam capitalemq; noxam ius inferendi non haberet: sed si sceleris alicuius reus aliquis peragebatur, ad populum producebatur, ibiq; dicta causa, ex populi iudicio de capite illius cognitio dabatur; quemadmodum ex oratione Ciceronis pro P. Sestio videre licet, pag. 48. dum inquit: Cur, cum de capite ciuis & de bonis proscripsi ferretur, cum & sacris LL. & XII. Tabulis sancitum esset, ut neq; privilegium irrogari liceret, neq; de capite nisi comitijs centuriatis rogari, nulla vox est audita Consulium? & pag. 53. Princeps, inquit, rogatus sententiam L. Cotta dixit id quod dignissimum Republ. fuit, nihil de me actum esse jure, nihil more maiorum, nihil legis, non posse quenquam de ciuitate tolli sine iudicio, de capite non modo ferri, sed ne iudicari quidem posse, nisi comitijs centuriatis.

Idq; est quod foreconsultus hic subiicit; qui tamen, ne per omniam regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum est, ut ab eis prouocatio esset, neve possent in caput ciuis Romani animaduertere injussu populi. Factam autem est lege Valeria lata à primo Consule P. Valerio Volusi filio, anno urbis 244. Cautam enim ea fuit, ut si quis Magistratus cinem Romanum necare, verberare, multare vellet, priuatum eum ad populi iudicium vocare posset: interea uero à Magi-
stratum

stratum damni nihil acciperet, nisi ubi populus statuisset: quem-
admodum apud Liniu[m] libr. 1. pag. 15. in fin. Dionysium libr-
5. fol. 215. Plutarchum in vita Poplicolæ fol. 33. & Valerium
Max. libr. 4. c. 1. videre licet. Vnde Poplicola cognomen à po-
pulo, quem colebat, & in cuius fauorem leges ferebat, ei postea
inducam fuisse idem Liniu[m] testatur lib. 2. Valer. d. lib. 4. autor de
uiris illustribus c. 15. & annus Capitolinus 244. qui ita habet:
In cuius locum (intelligit L. Tarquiniu[m] Collatinu[m]) factus est
P. Valerius Volusi filius: qui in hoc honore Poplicola appellatus
est. Verum postea Decemviris constitutis, salutare illud remedi-
um pronocationis, quam Antonius apud Cicer. in 2. de orat. pag.
168. in pr. protronam ciuitatis ac vindicem libertatis pupali Ro-
mani nominat, rursus sublatum est: Placuitq[ue] ut à Decemviris
pronocatio non esset. Sr. postea ne diutius inf. hac lege. Liniu[s] lib.
3 pag. 34. Fenesit. lib. 2. c. 14. Sed euersa iterum Decemviriali po-
testate, pronocationis illud auxilium, alia lege Valeria, à L. Vale-
rio qui cum M. Horatio Consul fuit anno urbis 304. lata, fuit re-
stitutum: cautumq[ue] ne quis illum Magistratum sine pronocatione
creare posset; quemadmodum Liniu[s] d. lib. 3. pag. 38. in fi. autor
est. dum inquit; legem de pronocatione, unicum præsidium liber-
tatis, Decemviriali potestate euersum, Consules non restituerunt
modo, sed etiam in posterum muniant, sanciendo noua lege,
ne quis ullum Magistratum sine pronocatione crearet: qui
creasset, eum ius fasq[ue] esset occidi, nève ea caedes capita-
lis noxa haberetur. Postea, cum temporis lapsu opes pluri-
morum auangerentur, senioresq[ue] assidue à diuorsibus preme-
rentur, illisq[ue] superbe admodum imperarent, lex illa Va-
leria tertium lata fuit, à M. Valerio Coruo Consule,
anno urbis 453. qua inter cetera eum, qui pronocasset à quo-
vis Magistratu, virgis cadi, aut securi percusi vetuit;
penam

pernam si secus fecisset, non adiecit, nisi improbe factum videri; qua de re idem Linius lib. 10. pag. 113. ante si. M. Valerius consul, inquit, de prouocatione legem tulit diligentius sanctam. terram ea sum post Reges exactos lata est, semper ab eadem familia. Causam renouanda sapinus, haud aliam fuisse reor, quam quod plus paucorum opes quam libertas plebi poterant: eam qui prouocasset virgis caedi securiq; percuti vetuit. si quis aduersus ea fecisset, nihil aliud, quam improbe factum adiecit, id visum credo vinculum satis validum legis, nunc vix seruo ita minetur quisquam. Hac ille.

16

Fiebat tamen interdum, ut prouocationi locus non esset. Primum enim si ad mille passus extra urbem profectus Consul fuerat, cedere prouocationi non tenebatur; quemadmodum apud Lianum videre licet lib. 3. pag. 32 in pr. ubi Tribuni plebis vergebantur, ne si exercitus extra primum lapidem educeretur, Consules in se & alios ciues animaduertere possent. Deinde si summo Senatusconsulto creati erant, summa rerum, sub hac vel simili forma ad eos translata; viderent ne quid detrimenti Respubl. caperet, (id quod crebris a Senatu agi solitum non esse, sed tum cum urgentissimus metus & grauissimum discrimen imminere videretur, Plutarchus auctor est, in vita Cicer pag 303 ante finem) Tum enim prouocatio effecta similiter destituebatur: animaduersione, ipsis etiam Capitalis concessa intelligebatur. Vnde Salustius in Catilinaria, Senatus, inquit, decreuit, quod plerumq; in atroci negotio solet, darent operam Consules, ne quid Respubl. detrimenti caperet. ea potestas per Senatum more maiorum magistratui maxima permittitur, exercitum parare; bellum gerere; coercere omnibus modis ciues atq; socios, domi militiq; summum imperium ac iudicium summum habere: aliter sine populi iussu nullius eorum rerum Consuli ius est. Et Cicero in 5. Philip. pag.

pag. 532. Quapropter, inquit, ne multa vobis quotidie decernenda sint, Consulibus totam Rempubl. committendam censeo, ipsiq; permittendum, ut Rempub. defendant, provideantq; ne quid detrimenti Respub. capiat. Idem pro Milone pag. 318. Quanquam quis hoc credat, Cn. Pompeium, iuris publici, moris maiorum, rei deniq; publica peritissimum, cum Senatus ei commiserit, ut videret, ne quid Respubl. detrimenti caperet (quo uno versiculo, satis armati Consules fuerunt, etiam nullis armis datis) hunc exercitum hunc delectu dato iudicium expectatorum fuisse in consilijs vindicandis, qui vel iudicia ipsa tolleret? Et in 1. Catilinaria in prin. Ad mortem inquit, te Catilina duci iussu Consulũ omnino oportebat. Habemus enim S. C. in te Catilina vebemens & graue. non deest Reipub. consilium, neq; autoritas huius ordinis, nos, nos dico aperte, Consules desumus. decreuit quondam Senatus ut L. Opimius Consul videret, ne quid Respubl. detrimenti caperet: nox nulla intercessit, mox interfectus est propter quasdam seditionum suspensiones C. Gracchus clarissimo patre natus, avis, maioribus. Occisus est cum liberis M. Fulvius consularis. Simili S. C. C. Mario, L. Valerio Cos. permissa est Respublica: num unum diem postea L. Saturninam Tribunum plebis, & C. Seruilium Praetorem pena remota est? at nos vigesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. habemus enim eiusmodi S. C. veruntamen in tabulis tanquam in vagina reconditum, quo ex S. C. confestim interfectum te Catilina convenit &c.

Citra itaq; legem, h. e. iussu populi specialem, vel Senatusconsultum, h. e. decretum Senatus illud; **Viderent Consules ne quid Respublica detrimenti caperet: post legem Valeriam jure suo, h. e. jure Magistratus, animaduerrere Consules in caput civis Romani, siue mortis siue deportationis pena, l. 2. inf. de pub. jud. §. 2. Inst. eod. non potuerunt, nec pati vt secures**

sibi ulserius praeferrentur: sed fascium praelatione retenta hoc solum relictum est illis (ut Iureconsultus hinc subijcit) ut coercere possent, & in vincula publica duci juberent. Quod Ulpianus in l. 2. inf. de in ius voc. confirmat; & in ius vocari, inquit, non oportet neque Consulem, neque Praefectum, neque Praetorem, neque Proconsulem, neque ceteros Magistratus qui imperium habent, qui & coercere aliquem possunt, & iubere in carcerem duci. Et Cicero in priori contra Rullum ad populum pag. 222. Interem, inquit, Magistratus reliquos legibus omnibus soluti, sine metu iudiciorum, sine periculo potere possitis: ut nemo ad populum Romanum vos adducere, nemo producere, non Senatus cogere, non coercere, non Tribunus pl. retinere possit &c. Per verbum autem Coercere Iureconsultus non coercionem capitalem intelligit, cuius mentio fit in hac stipulatio 200. inf. de verb. sig. sed modicam, quae Iuris dictioni tacito iure cohaeret, & sine qua Iurisdictio nulla est, l. fin. inf. de offic. eius cui mand. est Iurisdict. h. e. qua cum captio pignori- bus fit, tum verberibus & multa l. dies cautioni 4. §. 1. inf. de d. dam. in fe. l. si quis 6. in fi. inf. de pœnis l. 2. inf. de publ. judic. Haecq. coërcitio ad solos olim Consules pertinuit: postea lege Aterio, seu, ut Festus nominat de verb. sig. pag. 255. in verb. peculatus; Tarpeia, ab A. Aterio & Sp. Tarpeio Cos. anno urbis 208. lata, omnibus Magistratibus tribui coëpta est; quemadmodum apud Dionys. Hal. lib. 10. videre licet. Vnde Cicero in 3. de LL. pa. 436. de Magistratibus in genere: Magistratus inquit, nec obedi- entem & noxium ciuem, multa, vinculis, verberibusq. coërcet. Et Ulpianus de multa dictione differens in l. aliud fraus est 131. inf. de verb. sig. eum tantum multam dicere posse affirmat, cui in- dicatio data, est h. e. ut idem Ulpianus loquitur in l. 2. §. fin. de indi- cijs, cui publice iudicium est, aut ut idem ait in l. qui dolo 10. inf. ad leg. Jul. de vi publ. qui publice iudiciū exercet. Ideoq. cum urba-

ni Magistratus omnes publicè iudicium exerceant, quin idem etiam multam dicere hodie possint, dubium esse nemini potest. Ita enim Paulus in l. 2. inf. Si quis in ius voc. non ier. Si quis, inquit, in ius vocatus non ierit, ex causa à Competenti iudice, multa pro Iurisdictione iudicis damnabitur. Pro Iurisdictione iudicis, he. Magistratus. Iudicis enim vocabulum pro Magistratu ponitur utrobique, sicut & in rub. Dig. de Iurisd. am iud. & de reb. aut. iud. poss. & in l. 1. de iud. l. 22. §. eo autem tempore. solut. mar. & l. 3. ad l. Iul. repet. At Prator multam quod dicere poterit, ascendit Vlpian in l. 2. §. 1. in fi. de inss. venis. Cogenda, inquit, erit (mulier) remedijs Pratoris, & in ius venire, & si venit respondere: pignoraq; eius capienda & distrahenda, si contempnas: vel multis coercenda. Et Plinius lib. 2. epist. 29. Licinius inquit, Nepos Prator, acer & feris vir, multam dixit etiam Senatori, quod ad indicandum non venerat. A Ediles quoq; plebis dixisse multam, cum Linius indicat in Epitomis lib. 19. sum Gell. lib. 10. c. 6. Vbi Claudiam, Appij Caci filiam, à C. Fundanio & Tib. Sempronio A Edilibus plebis, arii grauis 35. millibus, scribunt multam, propterea, quod à ludii reuertens, cum turba premeretur, de fratre, qui contemnis auspicijs male pugnanerat, perulansius dixerit: Vtinam frater meus vinceret, iserumq; classem in Siciliam duceret. Deniq; multam etiam Tribunos pl. dixisse, cum Gellius tradit lib. 7. c. 19. ubi M. Minucium Augurinum Tribunum pl. L. Scipioni Asiatico, multa irrogasse, pradesq; eum ob eam rem dare scribit cogisse, cum Tacitus lib. annal. 13. Vbi L. Pisonem Consulalem designat, am censuisse, ut, ne multa à Tribunos pl. dictam, Quastores arary in publicas tabulas ante quas nor menses referrens, medio tempore contradicere liceret, deq; eo Consules statuerent.

Ceterum quod in vincula publica etiam duci iubere

2 3

Consules

Consules potuerunt, ex Valerio Suetonioq̄, exemplum de C. Casare Consule, iubente in carcerem duci M. Catonem, rotulimus supra: referiq̄, idem Val. aliud lib. 4. c. 1. de Scipione Asiatico, qui à Consule in vincula publica duci iussus fuit, ad id, quod iudicat a pecunia satis dare non posset. In vincula publica aut dicit Iureconsultus καὶ τὴν προαδιαβολὴν, ut scilicet privata excludantur. Privata. n. vincula illicita sunt, & tanquam lese Maiestatis rei ultimo supplicio puniuntur privati homines, qui se pro Magistratu gerentes, privati carceris custodiam exercuerint, l. 1. C. de privat. carc. inhibendis. & l. unic. C. Theod. eod. Licet Iustinianus eam penam postea mitigauerit, infamiae & periculi litis pena subrogata, & ut eisdem dies is in publicis vinculis hæreat, quos aduersarium domi inclusum cõrcuit, l. 2. C. eod. quæ ex libro, Βασιλικῶν 60. petita est, sit. καὶ Φυλακῶν, καὶ Φυλακῶν, καὶ Φυλακῆς.

22 Verum hac de Consulibus hæcenus, qui non solum Vlpiani, à quo amplissimi in l. si cui 50. inf. de cond. & dem. & l. 1. §. deniq̄, inf. de appell. & relas. & Zenonis, à quo gloriosissimi appellantur in l. 8. C. de aquaduct. lib. 11. Verum ipsius etiam Iustiniani temporibus summa dignationis, licet non parum imminuta potestatis, fuerunt. Dignationemq̄, ac magnificentiam processus ac insignia demonstrans, quæ Nouell. 105. à Iustiniano describuntur: itemq̄, illud quod patria potestate absq̄ emancipatione ipso iure liberantur; Nouell. 81. ad quam Feneſtella lib. 2. c. 7. in fine alludit, dum inquit: Tandem etiam institutum, ut qui
23 Consules fierent, ipso iure sine emancipatione à patria potestatis vinculo liberarentur. Qui sanè locus, ut obiter hoc notemus, facit, ut non immerito dubiretur, an opinio Zasij, existimantis, Iureconsultum nostrum pleraq̄, ad verbum ex Feneſtella descripsisse, sustineri ac defendi possit; Ante. n. Iustinianum, consulatum patria potestatis tollenda modam non fuisse, non modo Dionysius
sesta-

testatur lib. 2. fol. 70. Valer. lib. 2. c. 1. & Paulus in. l. 3. infr. de adopt. & Ulpian. in l. 1. §. ult. inf. de S. C. Maced. & l. ille d quo 13. in fi. inf. ad Trebell. Verum Imperator ipse in l. vlt. C. de Consal. & non sparg. lib. 10. & in S. filius. Instis. quib. mod. pat. potest. soluit. Ideoq. cum Fenestella constitutionis Iustinianianæ, qua modus patriæ potestatis tollenda, Consulatui factus est, mentionem faciat, posterior etiam ut Iustiniano fuerit est necesse; Proindeq. Pomponius, qui longo tempore Iustinianum præcessit, describere aliquid ex eo non potuit. Nec aduersatur l. vni. inf. de offic. quaestor. ubi Vlp. Fenestellam allegat. Fenestella enim nomen supposititum videtur; ab interprete fortasse quopiam, qui ea qua Ulpianus tractat apud Fenestellam eum qui adhuc extat, forte legerat, nec verum hic illum præcessisset, satis comperitum habuerat, primum margini adiectum, posteaq. scribarum inscitis textui insertum. Fenestellam. n. hunc, non solum Ulpiano Pomponioq. sed Iustiniano etiam posteriorem fuisse, ex ijs qua modo dicta sunt, perspicue videre licet. Non obstat etiam Plutarchus, qui & ipse Fenestellam citat in Commentario, quo veteres ritus Romanorum explicauit: διὸ καὶ, inquit, τῶν ὀνομάτων πολλὰ τοῖς παλαιοῖς οὐδῆλοι καὶ βυβόλοιοι ἔπτοκοιοι ἦσαν, ὡς Φαινεσελάος ἔειπεν. Itemq. Plinius lib. 33. c. 1. qui Fenestellam Cæsaris Tyberij principatu uita defunctum scribit. Fenestella enim hic præter alios non Plutarchi solum auctoritatem ipse producit, verum etiam Gellij lib. 2. c. 1. & 19. quorum illam Traiani temporibus vixisse, hunc Hadriani (ut ex lib. 20. not. Attic. c. 1. colligi potest) vel certe non longe Diocletiani & Max. qui longo tempore Tyberiam secuti sunt tempora processisse, cum Suidas in collectaneis tradit, tum Hieronymus Magius lib. 2. Miscel. c. 6. & lib. 3. c. 14. in fine. Tyberij igitur principatu uita excessisse Fenestella hic non potuit. Idq. propter hanc etiam causam;

quod hic noster Fenestella auctoritate quæ, Asconij videtur lib. 2. c. 13. quem tamen claudij imperio scripsisse, Silium Italicum, qui eodem tempore vixit, ut ex Plinio lib. 3. epist. 7. & Petro Crinito de Pœtici Latinis lib. 4. c. 66. videre licet, Asconioq; familiaris fuit, perspicuè testatur, dum in amici gratiam, Duodecimo Panisorum, aliquot versus, ipsius non mores tantum & patriam, verum ingenium etiam continentes, inseruit: Sunt autem hi;

Polydamanteis inuenis Pedianus in armis
 Bella agitabat atrox: Troianaq; semina, & ortus
 Atq; Antenorea, sese de stirpe ferebat.
 Haud leuior generis fama: sacroq; Timauo
 Gloria, & Euganeis dalectum nomen in oris.
 Huic pater Eridanus, Venetaq; ex ordine gentes,
 Atq; Apono gaudens populus: seu bella cures,
 Seu Musas placidus, doctaq; silentia vita
 Mallet, & Aonias pleetro mulcere labores.

Ut igitur quod sentiam in hac varietate aperiam, crediderim suo cuiq; iudicio integro permisso, labores qui eo opusculo continentur alienos, & quidem cuiuspiam forsasse esse, qui Iustinianni tempora secutus sit, Fenestella tamen nomine circumferri: qua in sententia Alexandrum Sardum esse video, qui libelli illius auctorem Floccum quendam Florentinum facit lib. 2. de moribus ac ritibus gentium, c. 17. Equidem antiquioris Fenestella scripta citari a Fulgentio in Mytholog. & Plinium multa se ab eodem esse mutuatum fateri lib. 1. nat. hist. memini: illumq; eum esse, quem idem Plinius, Plutarchus & Gellius locis supra citatis nominant, in Bibliotheca Gesneriana compendio, affirmat Conrad. Lycosthenes Rubenq; quod in medio relinquo, & ad cetera persequenda procedo.

DE CENSORIBVS, Cap. XV.

Post deinde cum Censuræ jam maiori.)

I. Censo-

1. Censuram & Censuram definitio. 2. Censuram à quo institutus, quoties a-
 ctus, & à quibus? 3. Censuram quomobrem & quando creati? 4. Unde
 dicti? 5. Potestas illorum quæ? & an iuramentum religioni obnoxia? 6.
 Ciuium facultatibus censendis præfuisse. 7. Constituisse Senatus Prin-
 cipem. 8. Senatam legisse. 9. Summus cohibuisse. 10. Censuisse res ad
 annonam pertinentes. 11. Templorum curam gessisse. 12. Nec non ve-
 stigialium portitorumq; 13. Iudicasse de iudicibus. 14. Cognouisse de
 iuramentis. 15. Quæstionibusq; Sponsalitijs. 16. Egisse curam matri-
 moniorum. 17. Satorum testorum. 18. Morumq;. 19. Censuram in
 delictis puniendis consuetudo, & Senatorum pœna quæ? 20. Equitum
 quæ? 21. Impolitæ ex equitibus qui notati, & Politia quid? 22. Plebe-
 ionum pœna quæ fuerit? 23. Prætrati quomodo puniri? 24. Censu-
 ræ notæ effectus qui? 25. Censuræ initio qui creati & qui postea. 26.
 Censuræ potestatis amplitudo quomodo exercita? 27. Tempus censuræ
 quod? 28. In Censuris demeritur locum, an alius subrogatus?

Tertium Magistratum gesserunt Censores. Censores
 sunt, qui Censuram agendo præstituri erant hoc §. Estq; Censuram
 nihil aliud, quàm æstimatio bonorum cuiusq;. s. s. inf. de censibus.
 Hunc à Sornio Tullio institutum supra diximus; eundemq; qua-
 ter censuram egisse, ex Valerio demonstrauimus lib. 3. c. 4. Quin-
 tum P. Valerius egit & T. Lucretius anno post Reges exactos se-
 cundo, Dionys. teste lib. 5. fol. 215. Sextum T. Lartius Dictator,
 anno urbis 255. post Reges exactos 12. eodem Dionys. autore, d.
 lib. 5. fol. 249. Postea cum temporis successu quater Consules
 populam censurassent, & Censuram, ut Iurisconsultus hic loquitur,
 iam maiori tempore agendus esset; siquidem, ut Dionysius
 autor est lib. 11. in fin. à L. Cornelijs & Q. Fabijs consulatu condi-
 tum, infra decem & septem annos censuram nullus fuerit; nec cum
 tot populorum bella instarent Consules sufficerent, mentio ut Li-
 uius ait lib. 4. pag. 44. in fi. illata à Senatu est, rem operosam ac-
 minime consularem suo proprio Magistratu egere; cui feribarum
 ministeriam, custodiamq; & tabularum cura, cui arbitrium forma-
 re censendi subijceretur. Ideoq; L. Papirius Mugillanus & L.
 Sempronius

Sempronius Atratinus primi populi suffragijs censui agendo praefecti sunt, anno urbis 320. M. Geganius Macerino & T. Quinctio Capitolino Cos. quemadmodum tabula Capitolina ostendunt.

4
 Dicitur autem de re Censores sunt, autore Liviò d. lib. 4. vel ut Sext. Fest. tradit, de verb. sign. pag. 52. quod rem suam quicquanti aestimare solitus sit quasi illi censuerint. Unde Varro lib. 4. de ling. Latin. pag. 22. Censorem dictum esse ait, ad cuius Censionem, id est, arbitrium censeretur populus. Juolenus verò in l. censere iii. inf. de ver. sig. de censendo dictos Censores arbitratur, quod scilicet his jus fuerit & constituendi & precipiendi.
 5
 Est autem initio, ut modo dictum est, populi censendi & lustrificiendi gratia solummodo creati erant; tamen tanto postea incremento potestas eorum aucta est, ut maximarum minimarumq; rerum arbitrium penes ipsos esset. Itaq; Plutarchus in vita T. Quinctij Flamini Censuram amplissimam Magistratum, & quodammodo perfectissimam Reipub. culmen; & in Catone Censurio fol. 123. omnium Magistratum facile principem appellare, & uniuersa Reipub. supremum & perfectissimum locum habere, affirmare non dubitauit. Etenim Senatus principes describere, Senatum legere, ex eoq; ordine indignam Senatorem amouere, epularum sumptus cohibere, res ad annonam pertinentes censere, templa, loca publica, aquas & vectigalia tueri, de iudicijs, iuramento questionibusq; sponsalitijs cognoscere, curam matrimoniorum, nec non sartorum rectorumq; agere, populiq; mores regere, solus Censorie erat potestatis. Hac & similia omnia qua quoquo modo in utilitatem Reipubl. essent cessura, sese ex animi sui sententia ita acturos esse, & neq; gratia aut odio quicquam gesturos iuramento confirmarunt; ut huius rei testem Zonaram habemus tom. 2. annual. pag. 29. dum inquit: τῶν τε δὲ κρονοῦς ἐφ' ἑκάστῳ

ἐκείνῳ πενήτατο, ὡς οὐτα πρὸς χάριν, οὐτα πρὸς ἐχθράν τι πεισῖσι, ἀλλ' ἔξ ὀρθῆς γνώμης. & συμφέρειται τῷ κοινῷ. & σπασῶσι καὶ πρᾶξιαισι.

Et quidem quod singulorum cinsum facultatibus censendi
 aestimandisq; Censores praesuerint, testatur Cic. in 3. de LL. pag.
 437. in pr. aut inquit: Censores populi auitates, soboles, famili-
 as pecaniasq; censento. Et Livius lib. 39. de M. Catone Censo-
 rio loquens; In censibus quoq; accipiendis, inquit, tristis & aspera
 in omnes ordines censura fuit. Ornamenta & vestem muliebrem,
 plaris quam quindecim millium aris essent, in censum referre via-
 tores iussit, item mancipia minora annis XX. qua post proximum
 lustrum decem millibus aris aut plaris venissent, uti ea quoq; X.
 plaris quam quanti essent, aestimarentur &c. Eamq; ob rem Cen-
 sor apud Suidam in collectaneis exponitur πηλῆης ῥωμαίοις ὀνο-
 μαζόμενῳ ἐξ ἐλασῆς τῆς τῶ πολιτικῶν διαπιμάτων πρὸς τὸ αἰσφρον εἶ-
 δεχαιότερον, ἐκείνῳ τῶ πολιτῶν ἑπιπέφωτον τὸν βίον. Et census ἔ-
 Theophilo in §. fin. Inst. de Libertatis, οὐκ ἔστι χάρις, ἐθα ῥω-
 μαίοι ἐπεγράφοι τὰς οἰκείας πεισῶν, ἢ τὸ ἐν κερῶν πολέμα
 & τὸ μέτρον τῆς ιδίας ἀποστάσεως, ἐκείνῳ ἐσφέρειν.

Quod verò Senatus principem constituere etiam Censo-
 res potuerint, testis est Plutarchus in vita Scipionis Africani
 fol. 103. Sequentes, inquit, Censores atq; atq; alij principem Sena-
 tus Africanum legerunt. Quod genus honoris, is sanctum deser-
 vi consuevit, qui autoritatem & gloriam maximis in Rempubl.
 meritis praestantissimisq; rebus gestis essent consecuti. Idem in vi-
 ta Catonis Censorij fol. 124. in pr. Cato, inquit, L. Valerium Flac-
 cum collegam amicissimum, Senatus principem descripsit. Et Li-
 vius lib. 34. pag. 275. in fin. Censores Sexti. Aelius Poëtus &
 L. Cornelius Cethegus, principem Senatus P. Scipionem
 Consulem, quem & priores Censores legerant, legerunt. Idem lib.
 38. pag. 315. Censores Romae T. Quinctius Flaminius, & M.
 Claudius

Claudius Marcellus; Senatam perlegerunt, Princeps in Senatu tertium lectus P. Scipio Africanus. Et Gellius libr. 4. c. 10. Alias, inquit, primus rogabatur qui a Censoribus Princeps in Senatam lectus erat; alias qui designati Consules erant &c.

Senatam quoque legere Censores ex eorum amovere rursus Senatores potuisse, cum Gellius libr. 3. c. 18. testimonio est, tum Livius libr. 39. pag. 331. Censores, inquit, M. Porcius & L. Valerius, motu mixta expectatione Senatam legerunt, septem moverunt Senatum; ex quibus unam insignem & auctoritate & honoribus L. Quinctiam Flaminium Consularem. Et Sext. Festus de verb. sig. pag. 290. vers. 11. Præteriti, inquit, Senatores quondam in opprobriam non erant, quod ut Reges sibi legebant sublegebantque, quos in consilio publico haberent; ita post exactos eos, Consules quoque & Tribuni militum consulari potestate consuetissimos sibi quosque patriciorum & deinde plebeiorum legebant, donec potestas Tribunitia intervenit, qua sanctum est, ut Censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in Senatu legerent, quo factum est, ut qui præteritis essent & loco moti, haberentur ignominiosi.

Penes eos etiam sumptuum cohibitionem fuisse testis est Plutarchus in vita Catonis fol. 124. dum inquit: Adhac molesta magnopere multos eius severitas affecit, qua sumptuosos apparatus, quos nemo penitus rescindere potuisset, circumcidebat, quoniam plurimos in civitate luxuries iam agros reddiderat ac propemodum labefactauerat. Et Gellius libr. 2. c. 24. Senatus decretum vetus C. Fannio & M. Valerio Messala Cos. factum, in quo iubentur principes civitatis irare apud Censores (ita enim ibi legendam) non amplius in singulas annos sumptus esse facturos, quam centenes vicenosque aris.

Res quoque ad annonam pertinentes Censores censuisse, testatur

statut Plinius lib. 14. c. 14. dum inquit: P. Licinius Crassus & L. Caesar Censores anno urbis condita 675. edixerunt, ne quis vitam Græcum Aminamq; octonis asibus aris, singula quadrantalisa venderet.

Templorum iidem curam eosdem habuisse; cum Ciceronem in 3. de LL. pag. 437. testem habemus, tum Liniu[m] libr. 24. pag. 165. in fi. Cum Censores, inquit, ob inopiam ararij se iam locationibus abstinere[n]t, adiam sacrarum tuendarum, curuliumq; equorum prabendorum ac simillium his rerum, conuenere ad eos frequenter qui hasta huius generis assenerant, hortatiq; Censores, ut omnia perinde agerent locarentq; ac si pecunia in arario esset. Rationem etiam locorum publicorum aquarumq; eosdem habuisse demonstrat Plutarchus in Catone Censorio, de quo verba faciens Aqueductus, inquit, quibus aquam publicam priuatim in domicilia & hortos subductam usucapiebant, abscondit, & quæcumq; in loca publica porrecta essent adificia diruit ac demolitus est.

Porro Vectigalium Portitorumq; curam eorundem fuisse, tam institutionis quam locationis respectu, Linius docet lib. 4. pag. 44. ibi; publicorum tuos priuatorumq; locorum & vectigalia populi Romani sub nusu atque arbitrio essent. Idem lib. 40. pag. 343. ante finem. Portoria quoque, inquit, (loquitur enim de Censoribus M. Emilio Lepido & M. Fulvio Nobiliori) & vectigalia iidem multa instituerant, complura sacella publicaq; occupata à priuatis publicaq; sacra ut patuerent, essentq; populo, curarant. Plutarchus in eodem Catone: Operarias artes, inquit, ad mercedem parnam contraxit; Venditionibus supremo precio vectigalia æstimauit, &c. Venditionibus dicit pro Locationibus. Censorum enim locaciones, olim venditiones dictas esse, quod velut

fructus publicorum locorum veniant, testatur Sextus Festus de verb. sig. pag. 499. Locabantur vero vectigalia publicanis l. 2. S. 1. inf. de publ. & vectig. & quidem in quinquennium l. 3. S. in quinquennium 4. inf. de iure fisci: illisq; mercium vanalium fiebat proventus. Varro de re rustica: Ad publicanum, inquit, profertur, ne legem Censoriam committant. An vero sine populi consensu & quando locare prosciberetve vectigalia potuerint, tradit Cicero in orat. contra Rullum in Senatu pag. 161. ex eoq; foras Alex. Neapol. lib. 3. genial. dior. c. 13. Hodie, lege Regia populi potestate in principem translata, Censoribusq; à Republica exulantibus, vectigalium dispositio penes Imperatorem residet l. 1. & 3. C. de vectig. & com. conducunturq; à procuratoribus fisci, vel ab administratoribus rerum civitatis l. ult. C. eod.

De iudicibus quod indicare Censores potuerint, testatur Cicero in Cluentiana pag. 111. Video, inquit, indices, animadvertisse Censores in indices quosdam illius consilij Iuniani, cum istam ipsam causam subscriberent. Es Decius in epistola quadam ad Valerianum Censorem apud Trebell. Pollionem, Tu, inquit, arma respicias, tu de nostro palatio, tu de iudicibus, tu de praefectis eminentissimis iudicabis: excepto deniq; praefecto urbis Roma, exceptis Cos. ordinarijs & sacrorum Rege, & maxima virgine Vestalium, si tamen incorrupta permanebis, de omnibus sententias feres.

Quod vero de iuramento etiam cognoscere Censores poterint, Cicero in 3. officiorum manifestum facit, ubi Censores nulla de re diligentius quam de iure iurando iudicasse affirmat.

Neq; vero de iuramento solum cognoverunt, verum etiam de quaestionibus sponsalitijs, si forsè de voluntate illius, qui filiam desponderat, controversia erat; quemadmodum Varro libr. 5. de ling. lat. pag. 59. auctor est, dum inquit: Qui sponderat fili-

am despondisse dicebatur, quod de sponte eius, id est voluntate exierat. Non enim si nolebat aabat, quod sponsu erat obligatus. Nam in Comedijs vides dici, sponden tuam gnatum filio uxorem meo? quod sum & Pratorium ius ad Legem & Censorium iudicium ad æquum estimabatur.

Matrimoniorum etiam cum iustitiam conderent, rei q̄ uxoria instituto veteri cum primis iuram eosdem egisse Plutarchus testatur in illa quæ supra dixi, Catone Censorio fol. 122. Cum enim propagatio sobolis ad imperij vel dignitatem vel aternitatem maximè pertineret, diligenter canerunt, ne quis cines Romanus celebs & sine uxore esset. Unde Cicero in 3. de LL. pag. 437. Censores, inquit, populi auitates, soboles pecuniarq̄, cõsento, calibes esse prohibent. Et in libro de Republ. Nec verò mulieribus præfectus præponatur, qui apud Græcos creari solet, sed sit Censor, qui viros doceat moderari uxoribus. Hinc Quint. Metellus Numidicus Censor apud Gell. lib. 1. c. 6. ad matrimonia capeßenda ita populum hortatur: Si, inquit, sine uxore possemus, Quiritis, esse, opones ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commodè nec sine illis ullo modo viui possit, saluti perpetua potius quam breui voluptati consulendum. Et Furius Camillus Censor, cum propter assiduas bellorum clades exhaustam civibus civitatem cerneret, cum rationibus persuasisse fertur, tum pœnâ, homines minando deterruisse, ut minus viduarum mulierum nuptia deuitarentur; quemadmodum Plutarchus in vita Camilli in pr. ferè auctor est. Sartorum testorumq̄ etiam Romæ (quæ Παιδοὶ Oratoribus Græcis, & glossis ἡγορητοῦν dicuntur, ὅτι ἔπαρθεν, quod sarcire est.) curam à Censoribus haberi solitam, Asconius Pedianus affirmat in 3. ver. fol. 43. in pr. dum inquit: Cura propria Sartorum testorum Censoribus datur: Pratores nisi Senatus decreverit, de hac re minus laborant.

rant. Et Cicero in 5. Ver. pag. 409. ubi Verri obicit, quod illam meminere Censorias Leges in sartibus tectis exigendis tollere & commutare, ne is redimeres curia res esses. Neque enim satis Censoribus aberat, si templa Deum, vias Urbis, aliisque opera publica, certo pretio proposito, cuiuslibet de populo, qui modo ante pradiabus & pradijs caussens, publice locassent, ut ex 3. Ciceronis lib. de LL. alijsque eius locis indicare est: sed officij etiam illorum insuper fuit, ut praefinito locationis tempore exacto, diligenter perspicerent, inirentque rationem, an vel templa sarta tecta essent, vel via ita manita & vi conuenerat. Vnde Sextus Festus de ver. sig. pag. 395. Sarte, inquit, ponebant pro integre, ob quam causam opera publica quae locantur, ut integra praestentur, sarta tecta vocantur. Et eodem sensu Macrobius in l. antepenult. S. 1. de leg. Jul. repet. Illud quoque, inquit, cauetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, praebendum, adprehendendum & sarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, praestita lege erunt. Ac in locatione operum publicorum, qua lege Censoria fiebat additum fuisse Porticum sartam tectam produit, tradit idem Festus de verb. sig. pag. 300. in fin. in verb. produit.

18

Autorum denique coercionem penes Censores etiam fuisse ostendit Linius libr. 4. pag. 44. in verb. decoris dedecorisque discrimen sub ditione eius Magistratus esset. & libr. 24. pag. 165. in fin. Censores, inquit, vacui ab operum locandorum cura propter inopiam ararij, ad mores hominum regendos animum aduerterant, castigandaque vitia: quae velut diuinis mprbis agra corpora ex sese gignant, nata bello erant. Autor ad Heren. libro 2. Rhetoricorum pagin. 35. Si nihil, inquit, eorum fieri poterit, utatur extrema defensione, & dicat, non se de moribus eius apud Censores, sed de criminibus aduersariorum apud

apud iudices dicere. Gellius lib. 14. c. 2. Quod de utriusq; vita atq; factis diceretur, frustra id fieri atq; dici: rem enim de petenda pecunia apud iudicem privatam agi, non apud Censores de moribus. Donatus in Terentium: Censores, inquit, morum alienorum habent summum arbitrium. Et Livius lib. 40. ante finem, in concione Q. Cæcili Metelli ad Censores, Non obtiri, ait, summi Censores, vos paulo antè ab universo populo Romano moribus nostris prapostos esse, & nos à vobis & admoneri & regi, non vos à nobis debere. Hinc Cicero pro A. Cluentio pag. 117. Censores Praefectos moribus esse dicit, magistrorūq; veteris disciplina & severitatis. & Praefectum morum C. Casarem appellat, epistol. familiar. libro 9. epistol. 15. in fine. Censuramq; ipsam, morum severissimum magisterium, de provincijs consularibus, in fin. ut Plutarchus in vita AEmilij, maxima omnium Magistratum reverentia plurimāq; potestatis, cum in alijs rebus, tum maximè ad morum emendationem.

In multandis autem delictis penisq; irrogandis, hic nos à Censoribus observatus fuit, ut ordinis ratione habitæ, cuiq; pro meritis condignam penam statuerent. Nam qui Senatores erant ijs pæna fuit, ut Senatu amoti eicerentur; testè Ascanio in divinationem Ciceronis fol. 4. in prin. Ita enim C. Fabricium Luscinum & Q. AEmilium Papum Censores, P. Cornelium Ruffinum bis consulatu & dictatura functum, Senatu monisse, ob luxuria notam, quod decem pondo argenti facti, hoc est, vasorum argenteorum, ut apud Plinium Q. Mucium definit in h. 28. in prin. de aur. & argenti. leg. cana gratia habere comperissent; tradit Gellius libro 4. c. 8. & libro 17. c. 25. Et Flaminium ab id à Portia Catone Senatu motum esse, quod in Provincia quendam damnatum saxo percussisset.
supplicij

supplicij ad arbitrium & spectaculum muliercule, cuius amore renebatur, electo, scribit L. uis d. lib. 39. pag. 331. Valer. lib. 2. c. 4. Plutarch. in vita Catonis fol. 124. autor de uiris illustrib. §. 47. Fenestella lib. 2. c. 17, Vnde idem Cato de seipso apud Cic. de senectus. pag. 258. Inuitus, inquit, quidem feci, ut fortissimi uirum T. Flamini fratrem L. Flamiu d. Senatu eicerem, septem annis postquam Consul fuisset. sed notandam libidinem putauit. Ille enim cum esset Consul, in Gallia exoratus est in conuuito a scorto, ut securus feriret aliquem eorum, qui in uinculis essent damnati rei capitalis. Hic Tiro fratre suo Censore, qui proximus ante me fuerat elapsus est. mihi uero & Flacco ne uiquam probari potuit tam flagitiosa & tam perdisa libido, quacum probro priuato, coniungeret imperij dedecus. Hac ille. Sic Q. Fuluium Flaccum Censorem, Fuluium fratrem, cohortem legionis, in qua Tribunus milium erat, iniussu Consulis domum dimittere ausum, Senatu mouisse tradit idem Valer. lib. 2. c. 2. & Velleius Paterculus lib. 1. pag. 15. in pr. Iulius Frontinus lib. 4. strategemata c. 1. Sic M. Antonius & L. Flaccus Censores, Duronium Senatu mouerunt, quod legem de coercendis conuuiosorum sumptibus latam, Tribunus pl. abrogauerat. Valerius Max. d. libr. 2. c. 4. sub rubr. de M. Antonio & Flacco. Et M. Cato Manlium Consulem futurum Senatu mouit, quod interdum presente filia dissuauisset uxorem, offerens se suam nunquam nisi cum inuaret pra timore complectum esse. Plutarchus in vita Catonis fol. 124. Alexand. lib. 2. c. 25. Et M. Antonium a M. Valerio Max., & C. Iunio Bruto Babulco Censoribus, Senatu motum esse, quod quam uirginem in matrimonium duxerat, repudiasset, nullo amicorum in consilium adhibito, tradit Valerius Max. d. lib. 2. c. 4. Appium quoque Claudium Censorem, anno urbis 703. omnes libertinos, multosq. nobilium, atq. inter eos Crispum etiam Salustium

Salustium

Salustium, qui historiam conscripsit, Senatu eiecisse, Dionysius manifestum facit, lib. 40. Rom. hist. pag. 92. in fine.

Qui verò ex Romanis equitibus delinquebant, ij vel equis publicis spoliabantur, vel notabantur impolitie. Et quidè equitibus delinquentibus quod equi à Censoribus adempti sint, auctor est Asconius loco proxime dicto; & Plutarchus in vita Catonis fol. 123. dum inquit: His licebat & integram erat, è Senatu eos eijcere, & illis equum adimere, qui flagitiosè & intemperanter degenerant. Vnde Cicero in 2. de orat. pag. 201. Censor, inquit, Lepidus, cum M. Autistio Pirgens equum ademisset, amiciq; cum vociferarentur & quærerent: quid ille patri suo responderet, cur ademptum sibi equum diceret, cum optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset: me istorum, inquit, nihil credere. Sic M. Valerium & P. Sempronium Censores quadringentos iuvenes quod in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire iussu, facere id neglexerant, equis publicis spoliatos, in numerum arariorum retulisse Valer. Max. tradit d. lib. 2. c. 4. Et Q. Fabio Maximo ac M. Claudio Marcello Cos. Roma L. Cacilium Metzellum, eosq; qui cum eo post Cannensem cladem consilium deserenda Italia iniuerant, à Censoribus ignominia notatos, equosq; quibus publicè erant, adempto esse, testem habemus Liuium libro 27. pag. 200. & Sabellicum Enead. 5. lib. 3. col. 976. Ac quia corpulentia nimia desidiam illius, cuius corpus in immodicum luxuriasset modum, videbatur denotare, ideo nimis pingui homini & corpulento, Censores equum adimere similiter solitos, scribit Gellius lib. 7. c. ult. & Fenestel. lib. 2. c. 17.

Impolitie notabatur eques Romanus si equum habere gracilentum aut parum nitidum visus erat, auctore Gellio lib. 4. c. 12. & impolitie notare, vel impolitias facere Censores dicebantur, cum equitias abnegabant ob equum malè curatum, teste Festo de verb.

verb. sig. pag. 225. ita ut impolitia notare idem sit, quod notare iniuria, ut Gellius loco praedicto subjicit. Est enim Politia verbum vetus, ac pro eleganti mundicia ponitur. Apuleius de Deo Socratis: Neg, enim, inquit, in emendis equis faleras consideramus & baltei Politiam inspicimus, & arnatissima cervicis divitias contemplantur &c. Atq; ita Politiam, ex Lipsij conjectura, pro Polimiam, apud Apuleium est legendum.

22 Deniq; qui ex Plebeis delinquebant, ij ararij fiebant, hoc est, delicti nomine in certum tabulas à Censuribus reiecti, nec in centura sua albo scripti amplius pro capite duntaxat tributi causa as conferebant; ut ex Asconio loco supra dicto constat. Livio lib. 39. Lud. Calio lib. 29. c. 6. & Petro Crinito de honesta disciplina lib. 4. c. 3. Vnde formula loquendi, Cerite cera digni, apud Horatium in epistola ad Numicium, quod de ijs dicebatur qui nota aliqua vel ignominia insignes forent, luxuq; ac voluptatibus turpissimis tenebantur; idem Crinitus libr. 7. de honest. disciplina c. 6. Et ex ararijs eximere; apud Ciceronem in 2. de Oratore: & inter ararios referte; apud eundem in oratione pro Aul. Cluentio. Ideoq; quamplurimos inter ararios relatos hinc inde apud autores invenire licet. Ita enim ij inter ararios relati sunt, qui sordescere agrum disidiave sterilecere passi fuerunt; 24 teste Gellio, qui lib. 4. c. 12. Si quis agrum, inquit, suum passus fuerat sordescere, eumq; indiligenter curabat, ac neg, arauerat, neg, purgauerat; sine quis arborem suam vineamq; habuerat delictui, non his sine poena fuit, sed erat opus Censorium, Censoresq; ararium faciebant. Nimirum & Cyrus ille apud Xenophontem, si quando in regionem bene cultam venisset, hominum illorum industriam laudabat, quibus etiam agros plures ad colendum dabat, si verò neglectam incultamq; offendisset, graviter damnabat multabatq; adeò visum est Reipubl. interesse

ut sedulo agrī colerentur. Sic eos quoque inter ararios relatos
 fuisse, qui cælibes ad senectutem peruenissent, testatur Sueton.
 in Claudio c. 16. dum inquit. Plures notare conatus, ma-
 gna inquisitorum negligentia, sed suo maiore dedecore, in-
 noxios ferè reperit, quibuscumq; cælibatum, aut orbitatem,
 aut egestatem obijceret, maritos, patres, opulentos se pro-
 bantibus. Vnde Valerius d. libr. 2. c. 4. in princ. Cælibes pœ-
 na nomine ara in ararium ferre iussos, ita à Camillo & Po-
 stumio Censoribus increpatos asserit; Natura vobis quemad-
 modum nascendi, ita gignendi legem scribit: parentesq;
 vos alendo, nepotum nutriendorum debito (si quis est pu-
 dor) alligauerunt. accedit etiam ijs, quod in fortuna longam
 præstandi huiusce muneris vacationem estis affecti, cum in-
 terim consumti sunt anni vestri, & mariti & patris nomi-
 ne vacui. Itē igitur & nodosam exoluisse stipem, vtilem po-
 steritati numerosa. Et qui ita ara populo dabant, quod uxore
 non habuerant, uxorium pependisse dicebantur; prout
 Sextus Festus documento est de verbor. signific. pag. vltima.
 Eoq; illud etiam Ambrosij pertinet in 3. cap. Luca: Erat,
 inquit, deformè liberos non habere, quod etiam Legum Ci-
 uilium fuit auctoritate multatum. Legum Ciuilium ait,
 h. e. Legis Iuliæ & Papiæ; nam ea lege capere aliquid ex aliorum
 testamentis cælibes prohibebantur, nisi post mortem testatoris
 intra centum dies matrimonium contraherent, ut Vlpianus
 in frag. autor est. tit. 17. & 22. ad eamq; legem Dion respexit
 cum lib. 56. pag. 354. Augustum cælibes à maritis multa secre-
 misse scribit. Quæ tamen ipsa cælibatus orbitatisq; pœna à Christi-
 ani Principibus, quod videret cælibatum Deo quoq; gratū esse, po-
 stea sublata sunt. tit. C. de infr. pœn. cælibat. Sic Lucium
 Porsium Nasicam, à Censore in iureiurando exigendo pro more ro-
 gatum,

gatum, uti ex animi sententia uxorem haberet? cum respondisset habeo quidem uxorem, sed non ex animi tui sententia: ob intempestivam lasciviam ignominia labe aspersa inter ararios similiter relatum fuisse, probat Cicero lib. 2. de orat. pag. 192. & ex eo Erasmus in Apoph. lib. 6. pag. 526. Ac ob simile irreverens responsum, quendam etiam equitem uberrimum & habitissimum, in ararios relatum esse, quod à P. Scipione Nasica & M. Pomilio rogatus, quis fieret ut ille quam equus esset curatior? intempestive ac scurriliter responderat, quod ille semet curaret, at equum Staius servus, docet Gellius lib. 4. c. ult. ubi de nota illius quoque deliberatum scribit, qui apud Censores in jure stans, clarè nimis ac sonore oscitaverat. Deniq; L. Salinator Censor quatuor atq; triginta Tribus inter ararios referre non dubitavit, quod cum se damnassent, postea Consulem & Censorem fecissent; Valer. Max. d. lib. 2. c. 4.

23 Prætextati tamen si obscuro aliquo verbo visissent censorum civium more multari non solebant, sed tergoze murana; quod tenuissimum erat, solummodo verberabantur: eamq; ob causam multam prætextatis institutam non esse, contendit Verrius apud Plinium lib. 9. nat. hist. c. 23.

24 Verùm hac de nota Censoria dicta sufficiant: Quæ tametsi gravis esset atq; atrox, vim tamen iudicij nullam habebat. Neq; enim nota Censoria affecti tantoperè laborabant, atq; qui rejudicata ignominia notati erant. Nam his aditus ad honores nullus erat, neq; in Senatum reditus: Illis verò ut esset, fieri poterat. Ita enim C. Geta cum à L. Metello & Cn. Domitio Cæs. ex Senatu eiectus esset, ipse postea Censor est factus: & cuius mores à Censoribus erant reprehensi, is postea & populi Rom. & eorum qui in seipsum animadverterant, moribus præfuit; quemadmodum Cicero testatur in orat. pro Aul. Cluentio pag. 111. Sic At Valerius

Valerius Messala Censoria nota perstrictus, Censoria postmodum potestate similiter imperauit; Valer. Max. d. lib. 2. c. 4. in fi. Vnde Nominus de proprietate sermon. col. 1094. ex Cicer. in 4. de Republ. Censoria inquit, iudicium nihil fere damnata offert, prater ruborem; itaq. quod omnis ea indicatio versatur tantummodo in nomine. animaduersio illa ignominia dicta est.

Creari autem Censores, non nisi viri Consulares initio consueuerunt; quemadmodum ex Lioio constat lib. 27. pag. 200. ubi inquit: Creari Censores ambo, qui nondum Consules fuerant, M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus. q. diceret, prater consuetudinem. Quemadmodum & nefas aliquando fuit, praterquam ex patribus Censores creari; teste Fenestella libr. 2. c. 17. Verum postea ad hoc munus, ut Plutarchus inquit, in Catione censorio fol. 123. alter Patricius, alter vero Plebeius deligebatur: primusq. ex plebe C. Marcius Rutilus, qui etiam primus Dictator fuerat, Censor est creatus; teste Lioio libr. 7. pag. 83. in fine.

Vt autem Censuram ad plebem deuolutam, amplitudo huius Magistratus decreuisse quodammodo videri potest: ita Censorij styli mucronem multis etiam alijs remedijs resuderunt: teste Cicer in Cluent. pag. 114. Praterquam enim quod importunitas Censorum improbata regulariter fuit, ita ut importunum Censorem curua dixerint corrigere, quemadmodum ex Plinio videre licet epistolarum lib. 5. epist. ult. dicente: Interim tota ciuitas Nepotis edictum carpitur, laudatur, multi inuenimus qui curua corrigeret, quid? ante hunc Praetores non fuerunt? quis autem hic est, qui emendet publicos mores? Et Seneca in $\Delta\pi\omicron\kappa\omicron\lambda\omicron\chi\omega\Delta\omega\sigma\epsilon\iota$: Quia, inquit, Roma mures molas lingunt, hic nobis curua corrigit, non solum nimia illorum seueritas impunita non fuit; Valerio id affirmante lib. 6. c. 5. dum inquit: C. Gracchus

& Q. Claudius ob nimis seuerè gestam Censuram ad populum die dicta à Tribuno plebis perducti sunt: Claudium prima classis centuria condemnabant: Gracchus, absolutus, alta voce dixit, se parem cum illo subiturum conditionem; cum quo omnia concorditer gesserit. Verum libera etiam collega in collegam relicta est animaduersio; quemadmodum idem Valerius de Cl. Nerone, & L. Salinatore docet d. lib. 2. c. 4. Neg. enim collega in collegam ut imperium l. 3. S. pen. inf. ad Trebell. ita notationem non habuit, Iuuenali hac de re in 51. Satyra, his versibus testante.

Cum tremere autem Fabios, durumq; Catonem,

Et Scauros, & Fabricios, rigidumq; seueros

Censoris motes etiam collega timeret,

Nemo inter curas & serua duxit habendum,

Qualis in Oceani fluctu resurgendo nataret.

Ne dicam quod intercessionibus factis mirifice quoq; sibi ob stare inuicem potuerunt. Ut enim Dion lib. 37. pag. 21. inquit, Censores inter se de his, qui trans Padum incolunt dissidentes, cum alter eis Rempublicam communicandam statueret, alter negaret, ne in alijs quidem rebus quicquam effecerunt, sed Magistratu se abdicarunt. Et Cicero in Cluentiana pag. 113. Censores, inquit, ipsi saepe numero superiorum Censorum iudicijs non steterunt: atq; etiam ipsi inter se Censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, ut alter alterius iudicium non modo reprehendat, sed etiam rescindat; ut alter de Senatu mouere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimet; ut alter in avarios referri aut tribu moueri iubeat, alter vetes &c. Quinimo interdictum aliquando Censoribus esse, à Clodio Tribuno plebis, ne quenquam Magistratu mouerent, aut ignominia notarent, nisi quis apud utrumq; ordinem iudicio victus esset: pristinamq; potestatem à Q. Scipione Aesello Cos. postea illis restitutam

Censor etiam in collegam habebat
aut moderationem

Hitam esse; affirmatur à Dione lib. 38. hist. Rom. pag. 41. & lib. 40. pag. 91.

*Ceteram creabantur Censores quinto quoque anno, Saove-
tarili factò sacrificio, de sue scilicet oue & tauro; eodem Asco-
nio in diuinationem Ciceronis, autore, fol. 4. & in 3. Verr. fol.
40. illudque quinquenniū lustrum appellabatur; teste Sexto Fe-
sto de verb. sig. pag. 144. à laendo, hoc est, soluendo; quod quin-
to quoque anno vectigalia & vltro tributa per Censores persolue-
bantur, Varrone autore lib. 5. de lin. lat. pag. 46. in pr. Plutarch. in
vita Crassi, Casari, inquit, imperium in lustrum alterum pro-
gauerè; hoc est, in annum decimum. Per decem enim annos Ca-
sarem imperio suo Galliam obtinuisse testatur Cicero in 7. ad Att.
Epistol. 5. his verbis: Sero enim resistimus ei quem per annos de-
cem aluimus contra nos. Postea tamen, quia nimia illa potestas,
& tempus longinquum nimis vsdebatur, quinquennium illud
imminutum est, fuitque lege Æmilia ex quinquennali, an-
nua Censura, & semestris facta; autore Latio, libr. 4. pag.
48. in pr. & lib. 9. pag. 10. & seq. Hinc M. Rutilius Censori-
nus apud Valerium lib. 4. c. 1. iterum Censor creatus, ad concio-
nem populam vocatum, quam potuit grauisima oratione corripu-
it, quod eam potestatem bis sibi detulisset, cuius maiores quia ni-
mis magna videretur tempus coartundum iudicassent. Et Au-
gustus Imperator cum Censorem eum perpetuum facere vellent,
honorem illum recusauit, statimque alios, Paulum nimirum Æ-
miliū Lepidum proscriptum, & L. Munacium Plancum, cuius
frater & ipse quondam proscriptus fuerat, qui Censores ex priua-
tis postremi fuerunt, iudicio tribunalis, quod prima Magistra-
tus die conscenderant, confracti collapsisque, Censores constituit;
teste Dione lib. 54. hist. Rom. in pr.*

Esi autem uno ex Consulibus mortuo, comitijs habitis

in

27

28

in illius locum alius subrogari solebat: Censore tamen mortuo se-
 cus erat. tum enim non solum in defuncti locum nullus subrogan-
 do cooptabatur; verum collega quoq; à Censura se cogebatur abdi-
 care: idq; ex hac ratione, quod C. Iulio Censore defuncto, in eius
 locum M. Cornelio suffecto, eo lustro urbs à Gallis capta erat, qua
 res religioni postea adeò fuit, ut in demortui locum Censor suffe-
 ctus nunquam sit, sed collega Magistratu abire semper sit compul-
 sus; quemadmodum Livijs lib. 5. pag. 63. lib. 6. pag. 74. & lib.
 9. pag. 108. auctor est. Ideoq; mortuo Livio Drusa cum collega eius
 Scaurus Æmilius Magistratu se abdicare noller, Tribunorum
 iussu in carcerem deductus est; quemadmodum Plutarchus in
 problem. docet pag. 452. Et hac de censoribus.

DE DICTATORE Caput XVI.

Populo deinde aucto, cum crebra.)

1. Dictaturæ initium & origo. 2. Dictator quare sic dictus, & aliàs
 quomodo appellatus? 3. Primus qui fuerit & quando creatus? 4. A po-
 pulo creatus Dictator, quomodo appellatus? 5. Quo tempore dici Di-
 ctator consueverit? 6. Ex patribus an ex plebe lectus? 7. Potestas illius
 & insignia quæ? 8. Prouocatiq; ab eo an fuerit? 9. Occurrere illi Con-
 sul cum lictoribus an potuerit, & imperium in alios Magistratus an ha-
 buerit? 10. Absq; permissu an equum ascendere potuerit? 11. Tempus
 Dictaturæ quod? 12. Sex menses apud Pomponium de quonam Dicta-
 tore accipiendi? 13. Syllæ & Iulij Cæsaris dominatu tempus Dictaturæ
 quale? 14. Dictatura an & quare sublata? 15. Magister equitum Dicta-
 tori quare adiunctus? 16. Cui rei præfuerit, à quo dictus, & an-confli-
 gere cum hoste absq; Dictatore potuerit? 17. Auroritas illius quæ? 18.
 Præfectura Prætorij à quo instituta? 19. Præfecti Prætorij qui fieri potue-
 rint? 20. Qua solemnitate creati? 21. Quot fuerint creati? 22. Potestas
 illorum quæ? 23. Dictatoribus creatis an reliqui magistratus cessau-
 rint?

Quartum Magistratum in Republica Romana. Dicta-
 tor. gestus; cui creanda secundum Iurisconsultum hic cre-
 bra

bra bella à frmitimis illata occasione dederunt. Cum enim ea reliquis acriora sint, metumq; de summa rerum communiq; libertate incutians, maioris potestatis Magistratum constitui placuit, ad quem crepidis in rebus, tanquam ad sacram anchoram, consilij auxilijq; gratia, confugare laborans Respublica posset. Illiq; Magistratui *Dictatoris* nomen impositum est, secundum Dionysii. lib. 5. fol. 247. siue propter potestatem habendam dictandiq; quod vellet, & quae iusta pulchraq; ceteris quemadmodum ei videretur: siue propter eam quae tum fiebat dictionem: quandoquidem non à populo Magistratum inuentam more patrio habiturus erat, sed ab uno viro dictus. Hinc Varro lib. 4. de ling. lat. pag. 22. Dictator inquit, dictus est, quod à Consule dicebatur, cuius dicto audienses omnes essent. Hic Praetor etiam *Maximus* appellatur à Sexto Festo de verb. sig. pag. 142 quasi summus Magistratus qui maximis imperij. Itemq; *Magister populi* à Varrone loco proximè dicto & lib. 5. pag. 16. ante finem, Cicer. in 3. de LL. pag. 437. Senec. epist. libr. 19. Epist. 109. & Sexto Festo de verb. sig. pag. 233. quod scilicet summum ei in populum ius summamq; potestatem esset; auctore Fenestella lib. 2. c. 8. & ut Zonaras loquitur tom. 2. annal. pag. 21. ἡ ἐξουσία τῆ βασιλεία ἰσθρῶν.

Primus autem omnium T. Lartius anno post Reges exactos nono, ut Eusebius & Eutropius auctores sunt, seditionis sedanda, & rei gerenda causa Dictator creatus est; quemadmodum annus Capitolinus 252. ostendit. Comprobatq; id Linius Dionysiusq;: quorum ille lib. 2. pag. 27. in si. Sabinorum Latino-ramq; belli causa creatum tradit, quod populi quadraginta in Romanos coniurassent concitante Octavio Mamilio Tusculano, Tarquinij Superbi genero, qui soceri sui iniuriam vindicare conatus sit. Hic verò d. lib. 5. fol. 241. & seqq. ad sedandos sumul-

3 Ining dictator

tus plebis creatum scribit, quia tunc alicui demersa, ad bellum Latinum nomina dare recusauerit; quamuis non nono, sed duodecimo anno post exactos Reges, quo iterum Consul Lartius fuit, factum dicat, & seditionem postea ab Agrippa Menenio sedatam asserat.

4 Creabatur igitur Dictator à Consule, non à populo, ut dictum est. Et quamuis in rebus trepidis à populo creatum aliquando inueniamus, non tamen Dictator, quod illegitimè creatus fuerit, sed Prodictator est appellatus, teste Linius lib. 22. pag. 130. ubi inquit: Ad Dictatorem dicendum civitas confugit. & quia & Consul aberat, à quo uno dici posse videbatur; nec per occupatam armis privatis Italiam faciliè erat, aut nuncium aut literas mitti, nec Dictatorem populus creare poterat, quod nunquam ante eam diem factum erat; Prodictatorem populus creavit. Q. Fabium Maximum & Magistrum equitum M. Minucium Rufum.

5 Ut autem tempore nocturno captis auspicijs ac silentio dicebatur, Linius lib. 8. pag. 95. Neg, inquit, facile fuisse id vitium nasci, cum Consul inuenta nocte silentio diceret Dictatorem: Et lib. 9. pag. 109. Noctè deinde silentio, ut mos est, L. Papirium Dictatorem dixit &c. Ita extra Romanum agrum dici non poterat; Linius lib. 27. pag. 198. Pat. es, inquit, extra Romanum agrum (eum autem in Italia terminari) negabant Dictatorem dici posse.

6 Et quamuis initio non nisi è patribus, velut plerumq; alia, legi Dictator potuerit; Fenestella lib. 2. c. 8. tamen hoc ipsum quoque mutatum, primusq; ex plebe C. Marcius Rutilius à M. Popillio Lœnate Consule Plebeio, aduersus Etrusci belli terrorem, altero patricio Consule M. Fabio Ambuso in bello occupato, dictus est, qui Magistrum equitum item de plebe C. Plantium dixit, ac primus etiam legitimum de hoste triumphum egit, antere Linius lib. 7. pag. 82.

Sine

Sine igitur ex plebe, sine patribus Dictator creabatur, 7
 ἡγεμῶν ἢ ἐκ τοῦ λαοῦ ἢ ἐκ τῶν πατέρων, καὶ πάντος ἄλλοις πρῶτος ἢ
 ἀποκράτωρ, hoc est, Princeps unicus belli pacisque, rerumque caetera-
 rum Imperator; quemadmodum Dionys. d. lib. 5. loquitur: eiusque
 summum imperium fuit, utpote à quo, ut Iurisconsultus hic in-
 quit, nec prouocadi jus fuit, & cui etiam capitalis animad-
 uersio data est. Et quidem quod capitis animaduersione Dicta-
 tor habuerit, ostendunt lictores fasces, secures & caetera insignia
 Regum uniuersa, illi attributa, ut vim ac potestatem imperij il-
 lius significarent, Fenes. d. lib. 2. c. 8. Papyriumque Dictatorem ad
 puniendum Q. Fabium, qui citra mandata confugere cum hoste,
 ausus fuerat, virgas & secures expedit iussisse affirmat Linius
 lib. 8. & Frontinus lib. 4. strateg. c. 1. Licetoribus autem insi-
 gnis viginti quatuor fuit, si Dionis credimus in initio libri. 54.
 Quo fit, ut & fasces totidem illi tribuendi fuerint, totidemque
 secures. Ac de fascibus quidem hoc tradit Plutarchus in Fabio,
 ubi Dictatorem cum XXIV. fascibus statim processisse in forum
 ait, ut populo vim ostenderet eius imperij: eosque intellexit Iune-
 nalis Satyrā 8. illis versibus:

Quis fructus generis tabula iactare capaci
 Corninum? post hac virga deducere multa
 Fumosos equitum cum Dictatore Magistros?

De securibus vero Appian. lib. 1. bellor. ciuil. de Sulla loquens:
 πελέκεις ἢ ἐφ' ἑφ' ὀλο, inquit, πρὸ αὐτῶν οἷα Δικιάτωρ ἢ εἰκοσι καὶ
 τέσσαρες, οἳ ἔτι πάλαι βασιλείῳ ἠγένητο. Vt hac ratione vtriusque
 Consulis insignia penes Dictatorem fuerint, quibus duplex in eo
 imperium significaretur: Dictatoremque διπλοασίαν ἔχειν δε-
 χνην καὶ ἀνυπεύθυνον Suidas in collectaneis rectè dixerit. Ea quoque no-
 ta à Consule Dictator secernitur. Vt enim Polyb. lib. 3. hist. Rom.
 pag. 93. inquit; ὁ δὲ Δικιάτωρ ταύτην γε ἔχει διαφορὰν τῶν πά-
 τρων, τῶν δὲ πατέρων ἑκατέρωθ' ὀδωδεκά πελέκεις ἀπολαβῆσι, τέττα

Ἰάμοσι καὶ τῆσι αἰσῶσι καὶ κένθῳ ἰσῶσι, ἐν πολλοῖς πρῶτόθενται τὸ συγγιγ-
 τα, πρὸς τὸ σωτηρίαν τὰς δημοκρατίας: ἔτῳ δ' ἐστὶν ἀντοκράτωρ κρατη-
 γός &c.

Quod verò à Dictatore provocatio non fuerit; idem Lini-
 us li. 2. pag. 18. in pr. tradit, dum inquit: Neq. n. ut in consulibus
 qui pari potestate essent, alterius auxilium, neq. provocatio eras,
 neq. ullum usquam, nisi in cura parendi, auxilium. Et lib. 3. pag.
 2. Quintilius dictabat, Dictatore opus esse Reipublice ut qui
 se moverit ad sollicitandum statum civitatis, sentiat sine pro-
 vocatione dictaturam esse. Postea tamen provocationem da-
 tam esse, Festus de verbor. signifi. pag. 233. solus, nō fallor,
 autor est: dum inquit: Optima lege cum dicebatur in magistra
 populi faciendo, qui vulgò Dictator appellatur, quàm plenissimū
 potest jus esse significabatur, ut fuit Manij Valerij M. F. Volu-
 sina gentis, qui primus Magister populi creatus est. Postquam
 verò provocatio ab eo Magistratus ad populum data est; quæ an-
 tea non erat, delitum est dici nisi optima lege, ut pote imminute
 jure priorum Magistratum. Et sanè à Papiro Dictatore provo-
 catum esse, licet precariū postea præstitum auxilium fuerit, inno-
 mio apud Liniū d. lib. 8. pag. 98. apud quem ita M. Fabius.
 Quandoquidē, inquit, apud te nec auctoritas Senatus, nec as as mea
 valet, Tribunus pl. appello, & provocho ad populum: eumq. tibi
 fugienti exercitus tui, fugienti Senatus iudiciū, iudicem fero, qui
 certè unus, plus quā sua dictatura potest polletq. videro, cessarū-
 nē provocationi sis, cui Rex Romanus Tullus Hostilius cessit &c.

Neq. verò hac solummodo amplitudinis Magistratus ha-
 ius signa & indicia erant, verum illud etiam, quod Consul cum
 licitoribus Dictatori occurrere non poterat. Linius lib. 22. pag. 139
 in fin. Ipse, inquit (Q. Fabius Maximus Dictator) via Flami-
 nia profectus obviam Consuli exercitūq., cum ad Tyberim cir-
 ca

ca Oriculum prospexisset agmen, Consultumq; cum equitibus ad se
 progredientem, viatorem misit, qui Consuli nunciaret, ut sine
 licentibus ad Dictatorem veniret. Itemq; illud, quod omnes ma-
 gistratus Dictatori obtemperare cogebantur. Hinc Papyrius
 Dictator ad Q. Fabium apud Liniu[m] d. lib. 8. pag. 97. Quare,
 inquit, de te Q. Fabi, cum summum imperium Dictatoris sis,
 praesensq; ei Consules, Regia potestas, Praetores iisdem auspicijs;
 quibus Consules creati, aequum censeas nec ne magistrum equitum
 dicto audiendum esse? Ideoq; idem Linius lib. 3. pag. 33. anse fi-
 nacium Quintilianum Dictatorem increpantem L. Minucium
 Consulem, ita dixisse commemorat: Es tu L. Minuci, donec
 animum consularium incipias habere, legatum his legionibus pra-
 eris: atq; ita se Minucium abdicasse, iussuq; ad exercitum
 mansisse.

Es si autem Dictator eminentia polleret praecipua; tanta
 tamen maiestatis & excellentia non fuit, ut absq; populi suffra-
 gio, ἐφ' ἴκνον ἀναθῆναι, hoc est, equum ascendere posuerit;
 quemadmodum Linius lib. 23. pag. 153. autor est, & Ioann. Zo-
 naram tom. 2. annal. pag. 21. ac primus Fabius Maximus Veru-
 osus Senatus permissu, contra legem veterem equo vectus est,
 cum caesis ad Cannas Romanis, in eo uno melioris fortuna spes re-
 posita videretur, teste Plutarcho in illius vita, fol. 73. Fabius, in-
 quit, Dictator designatus, Magistrum equitum Lucium Minu-
 cium dicens, primum a Senatu petijt, ut equo vti sibi Dictatori
 liceret. Non enim antea equitare Dictatori fas erat, sed per
 quendam veterem legem prohibitum fuerat. siue quod maiores
 vires inesse pedestribus copijs arbitrantur, & per hoc Imperato-
 rem in phalange permanere oporteret nec locum deserere; siue quo-
 niam cum ad alia omnia, tyrannica magna sit eius principatus
 potentia, in hoc voluerint Dictatorem populo inferiorem videri.

Di. An. in f. ora
 Equi fard.

11

Porro, ut quod supra dixi, Consulatus annuum tempus praestitutum fuit, censuraque quinquennium initio, postea lege Aemilia decem & octo menses: ita dictatura semestris est praefixa: quo elapso retinere hanc Magistratum propter potestatis amplitudinem fas non fuisse, Fenestella tradit lib. 2. c. 8. Hinc Cicerone in 3. de LL. pag. 437. Ast quando duellum gravius, discordia civium estuans ne amplius sex menses, si Senatus creverit. Et Linius lib. 3. pag. 33. in fi. Quintilius, inquit, decima sexta die, dictaturam in sex menses acceptam se abdicavit. Et lib. 9. pag. 101. in fi. Publius Sempromnius ita ad Appium Claudium Censura se abdicare nolentem loquitur: Quem semestri dictatura, quem inter regno quinq. dierum, contentum fore putas? Idque est, quod Arcadius apud veteres Dictatoribus ad tempus summam potestatem creditam scribit in l. unic. inf. de offic. praef. praet. & Iurisconsultus hic: Hunc Magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non fuisse jus ultra sextum mensem retinere. Vbi tamen de quovis, & ex quavis causa creato Dictatore, intelligendus Inreconsultus non videtur: sed de eo solummodo, qui rei gerenda, h. e. belli causa Dictator est creatus, cuius enim solummodo sex mensium erat imperium; prout ex textu hic colligi videtur. ex alijs causis, veluti legendi Senatus, clavis figendi, aut comitorum habendorum causa Dictatores creati, negotio peracto dictatura se abdicabant; ut huius rei perspicuum testimonium Linius praeberet lib. 23. pag. 155. ante fi. apud quem M. Fabius Buteo legendi Senatus causa Dictator ad sex menses, sine magistro equitum, dictus, ubi cum licitoribus in rostra ascendit, neq. duos Dictatores tempore uno, quod nunquam factum esset probare se dixit; neq. Dictatorem sine Magistro equitum, nec Censoriam vim permissam uni & eidem iterum: nec Dictatori nisi rei gerenda causa creato in sex menses datum imperium, quae immoderata fors tempus ac necessitas fecerint, ijs se modum impositurum.

12

impasurum. Atq; ita centum & septuaginta septem cum ingenti
 approbatione omnium in Senatum lectus, ex templo se magistratum
 abdicauit. Et lib. 8. pag. 94. in pr. Dictatorem clauis figendi causa
 orriplocuis: creatus Cn. Quinctilius, Magistrum equitum L. Va-
 larium dixit: qui fixo clauo magistratu se abdicauit. Et lib. 27.
 pag. 198. in fi. de Q. Fulvio Dictatore loquens habendorum comi-
 tiorum causa creatus, Concedentibus, inquit, Tribunis comitia ha-
 bita: declarati Cos. Q. Fabius Maximus quintum. Q. Fulvius
 Flaccus quartum. Praetores inde creati L. Veturius Philo. T. Quin-
 tilius Crispinus. C. Hostilius Tribulus. C. Aurunculeius. Magi-
 stratibus in annum creatis, Q. Fulvius se dictatura abdicauit.

Dictator igitur rei gerenda causa creatus, ultra sextam
 mensum manus illud exercere non potuit. Cornelius tamen Sylla
 dictaturam ad annos centum & viginti sibi prorogauit; teste Pla-
 tarcho in eius vita fol. 167. & Velleio Paterculo lib. 2. pag. 51. in
 fi. interq; alia sanctae exempla, qua folio seq. ibidem Paterculum
 commemorat, 40. M. Ciceronem Romanorum Dictator interfecit.
 Alex. Sardinus lib. 2. de moribus ac ritibus gentium c. 14. Huius
 exemplum secutus C. Iulius Caesar, perpetua dictatura manus sibi
 vendicauit. Baptista Egnatius in Iulio Casare. Unde Zonaras
 in eodem Iulio Casare tom. 2. pag. 131. dictaturae dicitur. Sic etiam Q. S.
 & Appianus lib. 2. bellorum civilium, in medio fere, Caesar, in-
 quit, iam quarto functus consulatu, in Iberiam contra Iuniorum
 Pompeium profectus est, quo superato, ad urbem regressus, Pater
 Patria appellatus est, & Dictator perpetuus dictus, Consulq; per
 decennium creatus.

Verum Casare tribus & viginti vulneribus interfecto cum
 salutaris magistratus & in extremis Reip. remedijs initia quasi-
 tas, iam infamia & execrabilis factus ac in tyrannidem prope de-
 generasse videretur, ideo dictatura Senatus consulto in perpetuum
 sublata est; teste Dione lib. 44. pa. 165. Lian. in Epist. lib. 116. in fi. &
 Zonaras

Zonara in Cesare tom. 2. pag. 134. οὐδὲν ὑπάρχει νόμον ἀπορρηχῆναι, ποδὲρα αὐτῷ δις γινώσκου δικτάτωρα: Πάραλον δὲ βίβλος τὸ Πηλίπιδον, εἰς ἀπορρηχῆται τῆτο, καὶ ἂν τίς τῶν διέξεται: Coss. scilicet lege canisse, ne quis deinceps Dictator crearetur: qui autem dictaturam vel decrevisset vel accepisset, capite plecteretur. Vnde Cicero in 1. Philippica in pr. ferè. Ad singulare etiam, inquit, M. Antonij factum festina oratio. Dictaturam qua vim iam regia potestatis obsederat, funditus è Repub. sustulit, de qua ne sententias quidem diximus: Scripsam Senatusconsultum quod fieri vellet attulit: Quo recitato, summo studio auctoritatem eius secuti sumus, eius amplissimis verbis, per Senatusconsultum gratias egimus. Lax quadam videbatur oblata, non modò regno quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato, magnumq; pignus ab eo Reipub. datum, se liberam civitatem esse velle, quod Dictatoris nomen, quod sapè iustum fuisset, propter perpetua dictaturæ recentem memoriam, funditus ex Republica sustulisset. Et pag. 425. ait, Non intermittebas q. donum aliquod quotidie offerre Reipub. maximè autem illud, quo dictatura nomen propter unius Dictatoris odium, funditus sustulisti. Dion libr. 36. Rom. hist. pa. 11. Vos, inquit, tantum abest, ut imperium Dictatoris admissuros credam, ut ne nomen quidem eius toleraturos patem: cuius argumentum est indignatio contra Syllam vestra.

Subjicit Jurisconsultus: Et his Dictatoribus, magistri equitum jungebantur sic, quo modo Regibus Tribuni Celerum. Dictator enim sine Magistro equitum esse non poterat, Linius teste d. lib. 23. pag. 155. Sicut enim Regi antiquitus Tribunus Celerum aderat, cuius ope Rex nitabatur, sic Dictatori Magister equitum auxilio & adiumento erat, ut si quando abesse, aut graviore morbo laborare Dictatorem contingeret, vices illum gerere Magister equitum, & munia obire posset, ac quadam inter eos

eas societates & conianctio imperij, virtutis & ignavia cordusq, re-
 eos forent. Alex. lib. 4. c. 23. Unde Polyb. d. lib. 3. pag. 93. de Ma-
 gistro equitum Minucio loquens: ἔτι τὸ ἄριστον τὸν
 ἀναισθητοῦ: γίνονται δὲ αὐτῶν διὰ τὸ ἔχειν τὸν
 ἀναισθητοῦ. Praerat verò magister equitum equitibus, quemad-
 modum legionibus Dictator, autore Varrone lib. 4. de ling. latin.
 pag. 22. & Livio lib. 3. dum inquit: Inde compassio agmine, non
 utinere magis apta, quàm praelio, si res ita vultisset, legiones ipse Di-
 ctator. Magister equitum suos equites ducit. Creabatur autem
 à Dictatore, quemadmodum Dictator à Consule, attestante Dio-
 nysio lib. 5. fol. 249. in pr. quamvis uterq, aliquando à Consule
 dictus inveniatur: Livius lib. 9. pag. 106. Confligere cum hoste
 injussu Dictatoris non poterat; Livius lib. 8. pag. 90. & sequen.
 ideoq, cum illam legem Q. Fabius Magister equitum sprevisset
 licet parentis lacrymis populiq, precibus supplicio exemptus vita
 donaretur, Dictator tamen Papyrius restatus est, non penam il-
 lam se Fabio sed Pop. Rom. & Trib. concedere potestati. Livius
 d. lib. 8. pag. 98. Valer. Max. lib. 2. c. 2. Autor de viris illustri.
 c. 31. & seq. In imperio tamen eum equatum aliquando Dicta-
 tori fuisse, licet id statim fuerit revocatum; tradit idem Livius
 lib. 22. pag. 143. & Valer. Max. lib. 5. c. 2.

Et sane magna autoritatis magistratum illum fuisse cum
 insignia quibus usus est demonstrant, de quibus ita Dion lib. 42
 circa medium, agens de M. Antonio, Caesaris equitum Magi-
 stro: At Antonius inquit, si vestitum ejus spectares, imaginem
 popularis status praeferebat. Praetexta enim utebatur, item si li-
 ctiores: non enim plures quam sex habebat. At si gladium spe-
 ctares quo cingebatur, & multitudinem militum, qui eum co-
 mitabantur, revera ostendebat regnum & imperium unius Cae-
 saris

sum etiam illud quod Jurisconsultus hic officium eius tale fere
 fuisse asserit, quale hodie præfectorum prætorio. Præfectu-
 ra Prætorio Caesarum institutum est. Cum enim Dictatoribus
 summâ ad tempus potestate creditâ liberum fuerit equitum ma-
 gistros sibi eligere, qui associati principali cura, militia gratia,
 secundam post eos potestatem gererent, regimentis respubl. ad
 Imperatores perpetuò translatis, ad similitudinem equitum ma-
 gistrorum, & ipsi aliquem sibi elegerunt, cui prætorij sui, hoc est
 aula sua curam committerent, quem Præfectum Prætorio nomi-
 narunt; Dion ἑταροῦν τῶν δορυφόρων, in vita Traiani (quamvis
 male, Tribunum militum, Marula interpretatus sit) de quo t. t.
 inf. de offic. Præf. Prætor. Inisio autem Senatores ad præfe-
 cturam prætorij evecti non potuerunt, & primus Titus Impera-
 tor, decus huic honori addidit, quod à patre Præfectus Prætorio
 factus est, teste Plinio in præfatione ad Titum, dum inquit: Es
 quod his nobilitas fecisti, dum illud patri pariter & ordini eque-
 stri præstas, Præfectus prætorij eius. Hinc Sueton. in D. Tito c. 6
 Præfecturam quoque prætorij inquit, suscepit, nunquam ad id tem-
 pus nisi ab equite Romano administratam. Postea Alexander
 Imperator, ne non Senator de Senatore judicaret, ex Senatoribus
 omnes esse Præfectos Prætorio voluit; quemadmodum Lampridius
 in Alex. Severo testatur pag. 221. dum inquit: Præf. prætor.
 suis Senatoriam addidit dignitatem, ut viri clarissimi & essent
 & dicerentur, quod antea vel raro fuerat, vel omninò nò fuerat:
 eo usque, ut si quis Imperatorum successorem Præf. Prætor. dare
 vellet, laticlaviam eidem submitteret, ut in multorum vita Alex-
 andri Maximus dixit. Alexander autem iccirco Senatores esse
 voluit Præf. Prætor. ne quis non Senator de Romano Senatore judi-
 caret. Hac ille. Heliogabalus verò tantum abest ut hunc honorem
 illustraverit, ut etiam hispanibus ad eum evectis inquina veris
 potius;

potius; quemadmodum idem Lampridius in illius vita testis est, pag. 199. Ad praefecturam inquit pratorij saltatorem, qui histriomiam Roma fecerat, ascrivit; Praefectum vigilum Gordium aurigam fecit: Praefectum annonae Claudium tonsorem. Ita enim ibi pro Censore legendum est.

Porro dum assumebatur Praefectus Pratorio, pro imperio & potestate gladium illi Princeps accingebat. Vnde Traianus Imperator, cum Sura Pratorij praefecturam traderet, parazonium quo pro dignitate accingendus erat, nudum ei porrexit: At talem inquit, enseni accipe, quem pro me ita demum strinxeris si iuste imperaveris: quod si perperam quicquam per me fieri cognoveris, eo in perniciem meam utaris velim; quemadmodum Dion in Vlpio Traiano auctor est. Inde Suidas in collectaneis de eodem Traiano Pratorij praefecturam tradente loquens, δίζου το ξίφος τῆστο, καὶ ἀπὸ καλῆς ἀπαρχῆς ὑπερέμῃς, εὐδὲ μὴ, κατ' ἐμὴν ἡγήσασθαι, quem citat Crinitus lib. 5. de honest. discip. c. 6.

Et si autem initio unus solummodo Praefectus pratorio esset; Commodus tamen Imperator, velut nimia potentiae, duos postea esse voluit, eam potestatem velut in partes divisam tutiorem arbitratus. Alex. d. lib. 4. c. 23. quamvis Lampridius in Commodopag. 168. trium Praefectorum mentionem faciat. Iustiniano imperante quatuor fuerunt: unus in Oriente, & alter in Illyrico, de quibus t. 2. C. de offic. Praef. Prator. Orient. & Illyrici. tertius Carthagine in Africa, quem Iustinianus ipse debellans & exactis Vandalis constituit: de quo t. 2. C. de offic. praefect. prator. Africae, & quartus in Italia; de quo Novell. 69. & 70.

Gerere autem partes à Cesare secundas: ex quo potestas illorum ἀρχὴ διωλεῖται μὲν τὰ σκηπτοῦ ἀ Ζοσίμο δicitur: disciplinae publicae emendanda initio solummodo praerant; quemadmodum Charisius testatur in l. unic. infr. de offic. Praef. prator. & Fenesst.

lib. 2. c. 22. Verum postea à parvis orta principijs adeo auctoritas illorum crevit, ut summam obtinerent & omnem judiciorum potestatem, omnium honorum apicem; ut Ammianus Marcellinus ait lib. 21. pag. 562. in pr. & potestate nulla dignitas huic aequalis esset ut Cassiodorus auctor est, lib. 6. Variarum, in formula Praefectura Pratorij. Primum enim à sententijs illorum appellare non licuit l. à proconsulibus 19. l. si quis 30. & l. 35. C. de appellat. partim quod soli vice sacra cognoscere verè dicti sint l. à proconsul. C. Th. eod. & l. 1. C. de offic. vic. & à Cassiodoro d. lib. 6. Variarum, in formula Praefectura Pratorij: partim quod creditur Princeps, eos qui ob singularem industriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officij magnitudinem adhibentur, non aliter judicatos esse, pro sapientia ac luce dignitatis suae, quam ipse foret judicaturus; d. l. unic. inf. de offic. Praefect. Prator. Supplicare tamen licuit, l. si quis 5. C. de precibus Imper. off. etiamsi pro curia vel utilitate publica sententia lata esset; l. unic. C. de sentent. Praefect. Prator. Deinde minores adversus eorum sententiam alij magistratus restituere non potuerunt; licet si ipsi fecerant, secus erat, d. l. unic. inf. de offic. Praefect. Prator. Praeterea sub cura & iurisdictione illorum etiam Praesides provinciarum fuerunt l. ne quis C. de Decur. ita ut vel promovere eos potuerint l. fin. C. ad l. Ful. repetund. vel substituis alijs removere, de criminibus illorum cognoscere; l. 3. C. de offic. Praefect. Prator. Orient. & Illyr. Postea sententias à se las per officiales suum, aut praconem recitare potuerunt l. 2. C. de sent. ex pericul. recitand. & ut loco proxime dicto placet Cassiodoro, etiam sine scripto eas ferre: cum aliorum judicium sententia, nisi literis per scripta, manu sua obsignata; l. ult. C. si plu. una sent. condemo. sunt, & Novell. Leonis 45. per semet ipsos ex libello publice parvis recitarentur, ipso jure nulla, nec sententia nomine digna essent

essent: l. 1. & 3. C. de sent. ex per. recit. Deniq; forma eorum;
 quas Constant. Hermenopulus lib. 3. epit. tit. 8. τὰ ἰσχυρὰ
 nominat, & edicta generalia; vim legis etiam obtinebant, juxta
 dammodo legibus nihil contrarium continerent, constituebant
 perpetuum l. 2. C. de offic. Praef. Praetor. Orient. & l. pen. C. de
 fideiuss. & mandat. Earumq; formarum quasdam Novellus Ju-
 stinianus insertas esse, demonstrat Cuiac. lib. 6. observatio. c. 10.

Subjungit Iureconsultus: Magistratus tamen habebantur
 legitimi. Quibus verbis significat; quamvis sub Regibus initio,
 quemadmodum & postea sub Decemviris legibus scribundis pra-
 positis, legitimi magistratus nulli fuerint; Dictatore tamen cre-
 ato, legitimos magistratus non cessasse, sed & Censores & Consu-
 les. legitimos magistratus, licet admodum debilitata potestatis,
 mansisse. Hinc videmus à Dictatore Consulem interdum incre-
 patum; interdum prohibitum ne cum licitoribus se accederet; in-
 terdum ab obediencia, ut & Praetorem, commendatum; quae si
 Consul alijq; legitimi magistratus non fuisset, fieri non potuissent
 ut haec & alia sup. resuluimus ex Livij lib. 3. 8. & 27. Nec ad-
 versantur quae Polybii lib. 3. hist. Roman. pag. 93. de Dictatore
 scribit τὸ κατὰ κράτος ἢ παρακρημὰ ἀγαυοῦ συμβαίνει τὰ
 εὐεχόμενα τὰς δεξιὰς ἐν τῇ πόλει, τὰ δὲ ἐν τῇ δημόσει. Et Plutarch. in vita
 M. Antonij fol. 327. ubi Cum, inquit, Caesar Dictator factus per-
 sequi Pompeium decrevisset, Antoniano cum Tribunatu in ur-
 bem remisit, est ea quippe potestas, si praesens sit Dictator, se-
 cunda; si autem absit, prima ac ferme sola. Quippe Dictatura
 ceteros omnes magistratus dissolvit, praeter Tribuniciam pote-
 statem. Haec ille. Quandoq; enim Dictator sine Consulibus fu-
 it, ut L. Papyrius Cursor anno ab urbe cond. 429. itemq; alius
 anno 444. ut fasti consulares indicio sunt; quo fieri potest, ut
 Polybius & qui eum secutus est Plutarchus respexerit. Verum
 regula-

regulariter legitimi magistratus non cessarunt; eiq; relicum fasti consulares testimonium prabent, tum annus capitolinus 325. quo L. Posthumio Tuberto Dictatore, T. Quinctius, Pennus & C. Iulius Mento Cos. manserunt. Ne dicam quod eiusmodi magistratus, lex Ciceronis de Dictatore omnino sustentat: quæ in 3. de LL. pag. 437. in fin. ex Cuiacj restitutione ita concepta habetur: Ast quando est magistratus populi nec reliqui magistratus ne sunt. Sed hæc de Dictatore quoq; dicta sufficiant.

DE TRIBVNIS PLEBIS

Caput XVII.

Isdem temporib; cum plebs à patribus)

1. Tribunorum pl. creandorum occasio? 2. Ad plebem quæ fecerant quis reconciliandam missus? 3. Conditions quibus plebs regressum in urbem recepit quæ? 4. Tribuni pl. quo anno creati? 5. Qui & quot initio creati, & quot postea? 6. In quem finem creati & an Iurisdictionem habuerint? 7. Horum ædes an clausæ fuerint, & an per diem urbe abesse potuerint? 8. Gellius an propriè Tribunos pl. nullum diem Roma abesse posse dixerit? 9. Tribuni pl. impunè an violari potuerint, & potestas illorum quæ? 10. Potestate sibi concessa, an potuerint abuti? 11. Sacrosanctæ potestatis fiducia quæ designauerint? 12. Potestatem Tribunitiam quis primum infregerit & à quo restituta? 13. Intercedendi jus, an lege Tribuni unquam amiserint? & à quo hoc illis ereptum? 14. Tribunatum plebis extra pleibeos an alij etiam gerere potuerint? & equitibus illud à quo concessum? 15. Principes Tribunatum plebis an gesserint? 16. Tribuni unde dicti? & Tribunorum appellatio quando coepit? 17. Vocabuli Suffragij *πολυσημία* 18. Romuli Tullijq; instituto suffragandi ratio quæ? 19. Comitia à quibus introducta? 20. Suffragium ferre sceminæ & maiores sexagenarijs an potuerint? 21. Suffragia voce & sententijs an alia ratione lata? 22. In magistratus petitione quæ observata? 23. Suffragiorum jus Republ. tyrannide occupata, quomodo imminutum?

Quinta

Quintam magistratum in republica Romana habuerant
 Tribunis plebis. Eam secessio extorsit, facta à plebe in
 montem sacrum; teste Iurisconsulto hîc. Cum enim creditores, li-
 centiâ vel lege sibi vel consuetudine permissâ, ut debitores qui
 solvendo non essent, trahere, atq; ad operas in servitate prestan-
 das cogere possent, abuterentur; ac multi in terga miserorum
 crudelissimè sævirent; plebsq; de crudelitate ista Creditorum sa-
 pissimè conquesta spe vana à patribus nihilominus se lactari ani-
 madverteret; tandem, & fidei lubricitatis & immanitatis im-
 patiens, Sicinio quodam autore in montem sacrum, (sic autore Fe-
 sto pag. 379. dictum quod cum plebs à patribus secessione istuc
 facta & creasis insibi qui auxilio sibi essent Tribunis plebis, loci
 consecraverit) tribus ab urbe millib; passuum distantem secessit.
 Quod, cum terrorem patribus non mediocrem incuteret, ideo ad
 reconciliandam plebem, Menevium Agrippam ablegârunt, qui
 Apologum de conspiratione membrorum contra ventrem indu-
 cens, seditianem plebis composuit; quemadmodum Dionys. lib. 6.
 antiq. Rom. fol. 266. usq; ad 301. & post eum Sabellicus Ennead.
 2. lib. 9. cal. 405. auctores sunt, & videre licet apud autorem
 de Viris illust. c. 18. Apologum autem quem Menenius in-
 duxerit, tradit Zonaras tom. 2. annual. pag. 22. & Plutarchus
 in vita Coriolani fol. 47. in pr. his verbis; Prior orsus Mene-
 nius Agrippa multa cum plebem orando, tum pro patribus in-
 cufando, deniq; sermone circuito, vulgâtam illam narrâsse fabu-
 lam traditur, Omnia, scilicet, hominis membra olim adversus
 ventrem conspirâsse, eumq; quod solus nihil impertiens ociosus in
 corpore sederet, incusâsse; cum interea cetera ad eius explendos
 appetitus & labores maximos & ministeria perferrent. Eorum
 verò fatuasitè ventrem irrississe. Ignorare autem quod cum in se
 universum

universum suscipiat nutrimentum, cæcæris tamen à se distribu-
tum rursus emittat. Eadem, inquit, rursus pro vobis ratio Sena-
tus est, quæ enim pro debita rerum dispensatione apud eum con-
silia sunt, nobis omnibus ac nostro usui & emolumento defert
atq; distribuit, &c. Non adversatur his Valer. Maxi. lib. 8.
c. 9. in pr. qui M' Valerium discordias sedasse asserit; & Cic. de
Claris Orat. pag. 334. ubi inquit: Videmus autem paucis annis
post Reges exactos, cum plebs prope ripam Anienis ad tertium
miliarium consedisset, eumq; montem, qui sacer appellatus est,
occupavisset, M' Valerium Dictatorem dicendo sedasse discor-
dias, eiq; ob eam rem honores amplissimos habitos, & eum pri-
mum, ob eam ipsam causam, Maximum esse appellatum. Nam
Valerius quidem Dictator pro plebe laboravit, & quid de nexis
fieri placeret, ad Senatum retulit: Verum relatione illa rejecta
Valerius magistratu se abdicavit, & ad plebem reconciliandam
Menenius missus est; quemadmodum d. lib. 6. Dionysius, &
lib. 2. pag. 20. in fine. Livius; & Fenest. lib. 2. c. 10. auctores sunt:
ut ita dubium non sit quin uterq; & Cicero & Valerius alios
annales sit secutus.

Ceterum plebs à Menenio persuasa ut regressum in urbem
ammino non abnebat, ita simpliciter etiã eundem non recipiebat:
Sed tunc demum, si scilicet ex suo corpore magistratus crearentur,
qui auxilio plebi adversus Consules essent; deinde si ydem sacro-
sæ si essent; & tertio, si honor ille plebeis solammodo pateret.
In ias conditiones cum concedendum patribus videretur: ideo
primo omnium lege cautum est, ut suus plebi magistratus esset,
qui adversus majorum magistratum iniurias eam defenderet;
quemadmodum ex Livio lib. 2. pag. 21. in pr. constat; & Dionys.
lib. 6. fol. 301. apud quem ad Menecij jussum à legatis plebs pe-
tit inter alia & illa: Concedite, inquit, nobis magistratus creare
corporis

corporis nostrī aliquot quōtannis : qui nullius quidem rei alterius sint Domini, quam ut plebeijs lasis, aut vi adhibita, sint auxilio, neq; sinant suo jure priuari quēquam. Postea folio sequenti subiicit : Menenius autem & ceteri in exercitu remansere, perscribere rogati legem plebi, ex qua Magistratus crearent &c.

Creati igitur tunc sunt Tribuni plebis, anno, ut Iuriconsultus hic inquit, fere septimo decimo post Reges exactos. Fere inquit Iuriconsultus : recte. Creati enim sunt Aulo Virginio Montano, & T. Verusio Gemino Consulibus; autore Dionysio d. lib. 6. qui anno post Reges exactos decimo sexto Consulatum gesserunt; quemadmodum annus Capitolinus 259. ostendit, qui nomina illorum Consulatum complectitur. eorū in sententia Eutropius quoq; est lib. 1. & Cicero apud Asconium in fragmentis Cornel. fol. 59. in si. ubi, Tanta, inquit, in illis virtus fuit, ut anno XVI. post Reges exactos propter nimiam dominationem potentiam secederent: leges sacras ipsis sibi restituerent: Duos Tribunos crearent: montem illum trans Anienem, qui hodie mons sacer nominatur, in quo armati confederant, aeterna memoria causa consecrarent &c. Ut ita Gellij opinio libr. 17. notat. Attic. c. 21. ducentesimo sexagesimo post Romam conditam anno Tribunos & Aediles per secessionem plebem sibi creasse existimantis, aliquo modo defendatur. Nec aduersatur Linius d. libr. 2. pag. 21. ubi narratis omnibus, qua ad Tribunos spectabant, subdit; Cassium & Postumium per secessionem plebis Consulatum iniisse. ex quo dicendum videbatur, cum secessio adhuc durauerit, quod Consulibus etiam illis legatio missa, conditiones pacis facta, & Tribuni creati sint. Dictionem enim Per, apud Linium, pro Post, positam, ut sit Transitio, iam ab alijs annotatum est. Ad alia enim Lanium transire verba illius manifeste ostendant, cum Tribunorum mentionem ulterius nullam facias.

Alias enim minus accuratè historiam narrasse Linius videri posset, ut qui unius annires gestas in aliam transtulerit, quod praesumendum tamen non est,

5 *Fuerunt autem initio creati duo, Caius nimirum Licinius & L. Albinus, qui tres alios sibi collegas coopantes quinquenarium numerum constituerunt; ut Asconius in Cornelian. fol. 60. Linius d. lib. 2. & Plutarchus in Coriolano auctores sunt; eosdemq; ante 4. Idus Decembris Tribunatum inisse, illumq; ipsum in eundem diem solemnem deinde mansisse, tradit Dionysius d. lib. 8. fol. 302. Verum postea anno tricesimo sexto à primis Tribunis per eam paucitatem suam patribus ludibrio esse existimarent, hinc Tribunarum numerus duplicatus est: cumq; antea quinq; Tribuni plebis essent, decem creati cepti sunt, ex singulis classibus bini. itaq; cautum est, ut postea etiam crearentur; teste Ltuio lib. 3. pag. 34. & 41. in pr. Cic. in 3. de L.L. pag. 438. & 445.*

6 *Porro potestas eorum initio non ea fuit, ut de iure controverso cognoscerent, aut super eo diiudicarent, sed ut intercedendo in re praesenti plebem à maiorum Magistratum iniuria defenderent; quemadmodum supra dictum est: & refert Gellius lib. 13. c. 12. in fi. dum inquit; Tribuni plebis antiquitus creati videntur non iudicando nec causis quaerelisque, de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis, quibus praesentes fuissent, ut iniuria qua coram fieret arceretur. Hinc Plutarchus in vita Catonis Uticensis fol. 278. Ius, inquit, Tribunitia potestatis, magis ad impediendum est, quam ad agendum: quippe ceteris omnibus collegis volentibus, unus qui nolit, & se opponit, plus potest. Et in vita Gracchorum fol. 151. in pr. Est autem, inquit, Tribunorum plebis maxima in prohibendo potestas. una enim prohibens, nihil atq; etsiam si complures sint, efficere possunt. Ideoq; cum P. Atinius Tribunus plebis in carcerem Bibulum includere conaretur collegis*

collegis suis obstantibus illud intermittere coactus est; teste Dione lib. 38. pag. 38. Verum postea Iurisdictionem eos habuisse, cum Pomponius ostendit in §. ergo ex his inf. hac lege, ubi decem Tribunos Jura in ciuitate reddidisse affirmat, cum Cicer. in orat. pro Quinctio pag. 36. Vbi cum Prætor perseueraret decernere, procuratorem eius, qui ipse non satisfacere, satisfacere oportere, Tribunos appellatos ait: qui tamen auxilium, cuius gratia creati erant, ferre non potuerint, nisi prius de iniuria Prætoris cognouissent. Et in 2. ad Herenn. pag. 47. Iudicatum, inquit, est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. Ea sæpe diuersa sunt, ut aliud alij iudici, aut Prætori, aut Consuli, aut Tribuno plebis placitum sit, & fit, ut de eadem re sæpe alius aliud decreuerit aut iudicauerit &c. Et Ulpianus in frag. tit. 7. Si maritus pro muliere se obligauerit, vel in rem eius impenderit, diuortio facto, ea nomina canere sibi solet. Stipulatione Tribunicia. Stipulatio enim Tribunicia, honoraria est. Honoraria uero stipulationes ex Iurisdictione descendunt l. 5. inf. de verb. oblig. §. Prætorie sunt Inst. de diuis. stipulat. Stipulatio itaq; Tribunicia, quæ scilicet iubente Tribuno, uel ex edicto Tribuni, interponitur, ex Iurisdictione Tribunalium similiter descendit; proindeq; Tribunos Iurisdictionem habere omnino consequens est.

Cæterum quia pro plebis commodis Tribuni excubabant, ideo, ut nulli aditus præcluderetur, receptum fuit, ut noctu pariter ac die eorum ades paterent, quo cuius opem imploranti præstare esse, auxiliūq; sui jus expedire possent. Vnde Plutarchus in Problemat. pag. 465. Tribunalium, inquit, quemadmodum C. Curio dicere solebat, abiectum esse decet, nec aspectu grauem, nec aditum difficilem, sed facilem ac multitudini commodum & accessibilem. Vnde nec domus Tribunicia januam claudi mos

erat, sed noctu & interdium semper tanquam portus quidam ac profugium quibus opitulandum esset, &c. Quae causa quoque est, quod veteri quadam lege abesse his per integram diem ab urbe non licuerit; teste Macrobio lib. 1. Satur. c. 3. & Gellio lib. 3. c. 2. ubi inquit: Tribuni plebis, quos nullum diem abesse Roma licet, cum post mediam noctem proficiscuntur, & post primam facem ante mediam sequentem reuertuntur, non dicuntur abfuisse unum diem, quando ante horam noctis sextam regressi, partem aliquam illius in urbe sunt &c. Quo in loco Gellius κατὰ γρηγορίῳ, dum Tribunos nullum diem Roma abesse posse dicit. Romæ enim quam urbis lasior appellatio est, cum Roma continentibus adificijs finiatur, urbs vetò muris, l. 2. inf. de ver. sig. Et Tribunus, qui extra urbem pernoctat in legem committit, licet non pernoctet extra Romam; ut Dion de Metello Nepote ad Pompeium relicto a urbe profecto loquens testatur lib. 37. illis verbis: καὶ τοὶ μηδεμίαν αὐτῶν νύκτιν ἀπαυλιῶσθαι ἐκ τῆ πόλεως ἔχον. Et Dionysii lib. 8. Roman. antiq. circa finem: ἕθενος γὰρ εἰσιν τῶν ἔξω τῆ πόλεως, οἱ τὴν δημαρχικὴν ἐχούσας ἐχούσας κύριοι, ἀθηναίῳ ἀυλῶν τῶ κράτῳ τοῖς τέχεσι, καὶ ἐδὲ ἀπαυλιῶσθαι τῆ πόλεως αὐτοῖς δέμῳ, οἱ μὴ πρὸς ἓνα κερῶν, ἐν ᾧ πᾶσαι θύσιν αἱ τῆ πόλεως Ἀρχαὶ κοινὴν ὑπὲρ λατίνων ἔδνυς τῶ Διὶ θυσίαν, ἵππῳ τὸ ΑΛΒΑΝῶν ὄρῳ ἀναβαίνεσθαι. τῆτο διαμένει μέχρι τῆ καθ' ἡμᾶς χρόνων τὸ ἐδῳ, τὸ μηδενὸς εἶναι τῆ ἔξω τῆ πόλεως τὴς δημάρχου κύριος. Vterque enim τῆ πόλεως expressè & non Roma mentionem facit. Et Dionysius nominatim scribit, quod Tribunorum potestas munibus sit circumscripta. Extra mœnia igitur si Tribunus pernoctauerit, cum nulla parte noctis in urbe fuisse intelligatur l. urbana familia 166. §. pernoctate inf. de verb. sign. in legem quin commiserit, dubium esse minimè potest. Pro plebe igitur aduersus maiorum Magistratuum iniurias Tribuni excubantes;

Senatus

Senatu sament frequente Curiam illu ingredi non licebat, sed ante Curiam subsellis positu, qua officij ratio postulabat, expediebant; quemadmodum supra dictum est; donec Arinsio plebis scito Senatores & ipsi effici meruerunt. Gell. lib. 14. c. ult.

Magistratu ita plebi creato, quem praesidem libertatis custodemq; esse voluerunt, ut Cic. in priori contra Rullum ad populum loquitur pag. 178. ut sacer quoq; & inniolabilis esset, lege sanxerunt: qua lex a Sexto Festo Tribunicia prima dicitur de verb. sig. pag. 379. in verb. sacer, & auctore Dionysio d. lib. 6. fol. 302. in hunc modum concepta fuit: Tribunum inuitum tanquam unum e multis nemo ullum cogito agere, neq; verberato, neq; alteri ut verberet imperato, neq; occidito, neq; occidi iubeto. Si quis autem prohibitorum horum aliquid fecerit, impius execrabilisq; esto, bonaq; eius publicanto ad sacra Cereris: & qui aliquem hac agentium occiderit, cadis expiatus esto. aut ut appendicem conceptam Scaliger apud Festum arbitratur: Qui aliter faxit, cum pecunia familiaq; sacer esto, sei quis em occisit, paricidea necesto. eaq; lex iuramento confirmata est, atq; ara ubi castra fuerunt, Ioui mesum soluenti erecta, ibiq; sacra peracta sunt: qua res loco postea nomen dedit, ut mons sacer diceretur, ut Dionysius loco praedicto subiicit, & ex Festo supra reulimus, refertq; Sabellicus Ennead. 2. lib. 9. col. 406. Vnde cum sine piaculo capiti attingi violariue Tribuni non possent, sacrosancti dicti sunt; teste Cic. in 3. de LL. pag. 438. & potestas

earum sacrosancta; autore Sexto Festo de verb. sig. pag. 383. Ratione cuius, licet Tribuno militari Consularibusq; diem dicerent, Valerius lib. 6. c. 1. & Dionysius antiq. Rom. lib. 9. Vincula Consulibus minarentur; Livius lib. 2. pag. 26. & seq. inq; eadem & Censores & Consules duci inberent; idem Livius lib. 9. pag. 104. in pr. Dion lib. 37. pag. 33. & Cicero in 3. de LL. pag. 443. Praetorem increparent; Valer. lib. 8. c. 1. Dictatorem Magistratum abire cogere; idem Livius lib. 7. in pr. Consulemq; concionis habenda potestate privarent, ut Ciceroni Consuli extremo Magistratus die à Q. Metello Nepote Tribuno pl. factum Dion tradit d. lib. 37. pag. 30. in pr. Ipsa tamen sacrosancta potestatis iure; à cuiusvis Magistratus potentia immunes erant; Alexan. lib. 6. c. 24. utcumq; offensam aliquando etiam à privato Tribunatiam potestatem esse, idem Livius scribat lib. 38.

10 Si tamen potestate sibi concessa abuterentur, & vel iniuriosè agerent, vel, offensione apud collegas exortâ, ubi intercedendum non esset, intercederent, vel aliquid scelerato consilio contra plebis commoda molirentur; sacrosancti amplius nō erant, sed prophani. Ideoq; cum L. Cotta Tribunus plebis fiduciâ sacrosancta potestatis creditoribus suis satisfacere nollet, collegium Tribunorum decrevit, ut si neq; solueret pecuniam, neq; daret cū quo sponso fieret, appellanti bus se creditoribus auxilio futurum; teste Valerio Max. lib. 6. c. 5. Et Cneo Tremellio Tribuno plebis multam dictam esse, quod cum M. Emilio Lepido Pontifice Maximo iniuriosè contenderat, tradit Livius in Epitomis libr. 47. Tribunum quoq; plebis Cepionem à L. Rhegino in carcerem coniectum esse, quod illius culpa exercitus Romanus à Cimbris & Theutonicis videbatur deletus, commemorat idem Valer. lib. 4. c. 7. Qui ipse quoq; libr. 6. c. 1. C. Scantinio Capitolio Tribuno plebis diem ad populum à M. Claudio Marcello Aedili Curali dictum

dictam scribit, quod filium suum de stupro appellasset. Sic Mar-
cum Octavianum Tribunum plebis; quod contra utilitatem pu-
blicam aduersus legem, à Tiberio Graccho collega lasam, ut sciti-
ces ultra quingenta agri iugera ciuis Romanus non haberet, in-
tercossent; potestate, maiore tribunum parte suffragante, pri-
uatum esse, tradit Appianus libr. 1. bell. ciuil. in pr. ferè. &
Plutarchus in Gracchis fol. 15. Vnde Cicero in priori contra Rul-
lum ad populum pag. 186. Consulibus legem curiatam ferenti-
bus, à Tribunis plebis saepe est intercessum: neq; tamen nos id
querimus, esse hanc Tribunorum plebis potestatem. tantummo-
do si quis ea potestate temerè est usus reprehendendum existima-
mus. Publicam Mutium etiam Tribunum plebis nouem collegas
suos, qui duce Spurio Casio id egerant, ut Magistratibus non
subrogatis communis libertas in dubium vocaretur, viuos cre-
mâsse, auctor est Valerius lib. 6. c. 3.

Sanè sacrosanctam hanc potestatem insolentes illos vel ma-
ximè fecisse, ex eo constare potest, quod M. Keritius ultimo sup-
plicio affectus est, quod transiit Tribuno viâ non cesserit:
quemadmodum Alexand. tradit lib. 5. c. 2. Et Marcus Drusus
Tribunus plebis, L. Philippum Consulem, quod se concionantem
insecrari ausus fuerat, oborta gula, et quidem non per viato-
rem sed per clientem suum, adeo violenter in carcerem precipi-
sem egit, ut multum è naribus eius cruor profunderetur, ut Va-
lerius auctor est lib. 9. c. 5. Vnde Zonaras de huiusmodi insolentia
Tribunorum differens, tom. 2. annal. pag. 23. inquit: καὶ ὅ
καὶ ἱππάρχους ἐβύβλον εἰς τὸ δεσματήριον, καὶ ἐθανάτην Ἰνδῆς μηδὲ
λόγους τογχανόντας, καὶ ὑδαῖς ἀυλοῖς ἐναυλιωθῆναι ἐτόλμα: signifi-
cans, Consules ab iisdem in carcerem ductos, & quosdam indiēt à
causâ occisos; nec eis aduersari quengquam ausum, nisi sacer esse &
ipse voluisset.

Terminus

10

Verum eam potestatem Sylla postea comminuit. Dionysio autore lib. 5. in fine, ita quidem, ut lege lata cauerit, ne ad alios honores eueheretur, qui Tribunatum antea functus esset; referente Appiano lib. 1. bell. civil. Vbi de Sylla verba faciens inquit: τὴν δὲ τῶν δημαρχῶν ἀρχὴν ἴσῃ καὶ ἀνίσῳ ἀδυνατέστιν διποφίνας, καὶ νόμῳ κωλύσας μηδεμίαν ἄλλω τὸν δημαρχον δεῖχθην ἐπὶ ἀρχῶν. Martino tamen Sylla, non longè post, C. Aurelium Cottam Consulē, legem tulisse, qua Tribunis alios capere Magistratus liceret, affirmat Asconius in Cornel. fol. 60. in fi. Post verò hunc Cneum Pompeium & C. Licinium Crassum Consules, M. Lollio Pelicano Tribuno plebis autore, plebi Tribuniciam potestatem omninò restituisse, testis est Plutarchus in vita Pompeij fol. 233. ante fin. Fulvius Ursinus in Verrin. Cic. 4. & Florus in hunc modum: Crassus, inquit, & Cn. Pompeius antequam quaesturam gererent, ex equite Romano Tribuniciam potestatem restituerunt. Appianus, lib. 1. in fi. Ambo, inquit, ad Consulatum petendum descenderunt: Hic quidem iam Praetura functus, juxta Sylla legem: Pompeius verò neq. Praeturam, neq. Quaesturam vsquam adeptus, anno aetatis quarto & trigesimo multa Tribunis secundum veterem morem velle concedere est pollicitus. Velleius Paterculus lib. 2. pag. 4. Hoc Consulatu, inquit, Pompeius Tribuniciam potestatem restituit, cuius Sulla imaginem in iure reliquerat. Per imaginem Velleius jus intercedendi intelligit, quod lege Tribuni nunquam amiserunt, teste Cicerone in 3. de LL. pag. 444. Quamobrem inquit, in ista quidem re vehementer Syllam probo, qui Tribunis pl. sua lege iniuria faciēda potestatem ademerit, auxilium ferendi reliquerit. Hocq. illis initio belli civilis inique ereptum esse ab Antonio Consule, obijcit illi idem Cicero in 2. Philipp. pag. 432. ibi; intercessionem Consul sustulisses &c. & conqueritur Iulius Caesar (qui Tribunatu

11

Tribunata militum auctores restituenda. Tribunicia potestatis
 alia cuiusdam iuris, teste Sueton. in illius vita c. 5. lib. 1. de
 bell. civil. pag. 288. nu. 8. ubi inquit: Aguntur omnia raptim
 atque turbatè, neq; docendi Caesaris propinquis eius spatium datur,
 neq; Tribunis pl. sui periculi deprecandi, neq; etiam extremi juris
 intercessionem retinendi, quod Sylla reliquerat, facultas tribui-
 tur: sed de sua salute, die septimo cogitare coguntur, quod illi
 turbulentiſſimi superioribus temporibus Tribuni pl. octavo deni-
 que mense suarum actionum respicere ac timere consueverunt.
 Et pag. 290. nu. 11. Novum, inquit, in Republ. introductum ex-
 emplum queritur, ut Tribunicia intercessio armis notaretur atq;
 opprimeretur, qua superioribus annis armis esset restituta. Syllam
 nudata omnibus rebus Tribunitia potestate, tamen intercessio-
 nem liberam reliquisse: Pompeium qui amissam restituisse vide-
 atur, dona etiam qua ante habuerat ademisse &c.

Deniq; cum tertia quoq; firmanda conditio esset, lege ad
 extremum cautam est, ut Tribunatum nisi Plebey non gererent:
 quam legem cū duabus precedentibus, Lanius lib. 2. pag. 21. in pr.
 ita asserit: Agi deinde, inquit, de concordia captum, conces-
 sumq; in conditiones, ut plebi sui Magistratus essent sacrosancti,
 quibus auxilij latio aduersus Consules esset, neve cui patrum ca-
 pere eam magistratum liceret. Hinc Sextus Festus de verb. sig.
 pag. 276. Plebeium, inquit, Magistratum neminem capere li-
 cet, nisi qui ex plebe est. Et Cicero de provincijs Consularibus,
 pag. 225. Qui si Plebeius omnino esse non potuit, qui Tribunus
 plebis potuit esse? & mox; Si patricius Tribunus plebis fuerit,
 contra leges sacras est. Quamuis igitur reliqui patricij
 Magistratus omnes cum plebe communicati sint; quemadmodū
 ex his qua hactenus dicta sunt videre licet; Plebeium tamen ille
 Magistratus contingere patribus longo tempore non potuit; in
 tantum

tantum, ut nunquam sexè Tribunatum patricios cœpisse comper-
tum sit, nisi ad plebem vel adoptione; vel alia fortasse ratione
se contulissent; quemadmodum de L. Minucio Augustino Li-
nius tradit lib. 4. pag. 46. licet ante Minucium duos patricios
Consulares à Tribunis reliquis in collegium Tribunorum cooptatos
esse, Sp. videlicet Tarpeium, & A. Aterium, idem Lin. commemo-
ret lib. 3. pag. 41. in pr. Postea verò adeò appeti Tribunatus ple-
bis etiam extra Plebeios cœpit, ut non solum patribus, verùm
equitibus etiam communicatus sit, Sætonio teste in Augustæ
c. 10. Quo constantius, inquit, cætera quoq; exequeretur, in lo-
tum Tribuni plebis demortui candidatum pestorem se ostendit,
quanquam patricius, necdum Senator. Et c. 40. ait: Comitij's
Tribunij's si deessent candidati, Senatores ex Equitibus Roma-
nis creantur, ita ut potestate transacta, in vero vellent ordine
manerent. Ac Ius petendi Tribunatus, equitibus Augustum
concessisse affirmat Dion lib. 56. ubi inquit; τῶν κωρον τῆν δη-
μαρχίαν ἀπὸ τῶν κωρον τῶν ἐπιτελεῖ. Quinimo & Principi datus pro ma-
ximo id fuit munere reputatum. Ideoq; C. Iulium Cæsarem, ex
civium Romanorum permissione Tribuniciam potestatem per o-
mnem vitam suam obtinuisse tradit Dion libr. 42. pag. 120.
Quam cum Octavius Augustus præter alia & sibi in perpetu-
um decretam (Sueton. in August. c. 27. in fine), Appianus
lib. 5. de bell. civil.) per septem & triginta annos continuasset;
Cornelius Tacit. lib. 1. annal. pag. 29. lege quadam etiam reli-
qui, qui eum secuti sunt Imperatores, Tribunicia potestate usi
sunt; teste Dione libr. 53. pag. 315. Hinc Tyberium per quin-
quennium Tribunatum gessisse Sueton. autor est in eius vita c.
9. in fin. Cuius vestigijs Claudius Imperator insistens, licet in eo
ipso Magistratu, talem se præbuerit, ut aduentibus se pro Tri-
bunali etiam excusarit, quod propter angustias eos nisi stantes
audire

audire non posset; Idem Suetonius in illius vita c. 12. Nero tamen Imperator illum secutus iniquiorem huic ordini sese exhibuit, ac in multis Tribuniciam potestatem coercuit; quemadmodum apud eundem Tacitum videre licet lib. 13. annal. pag. 373. ubi inquit: Simil prohibiti Tribuni, ius Prætorum & Consulum præripere, aut vocare ex Italia cum quibus lege agi posset. Addidit L. Piso designatus Consul, ne quid intra domum pro potestate animaduertent: nève multam ab ijs dictam Quæstores AErarij in publicas Tabulas ante quatuor menses referrent: medio temporis contradicere liceret, deq; eo Consules statuerent &c. Verùm Othoni ad imperium eactò, Tribuniciam potestatem rursus decretam, refert Cornelius Tacitus lib. 1. histor. pag. 545. dum inquit: Accurrunt patres, decernitur Othoni Tribunicia potestas, & nomen Augusti, & omnes principum honores. Quam cum Vespasianus quoque licet sero recepisset, Suetonius in illius vita c. 12. tandem Candido & Quadrato iterum Cos. ad Hadrianum etiam Imperatorem, & post eam ad Antoninum Philosophum, Alexandrum & Probum devoluta est; teste Spart. in Hadriano non longè à pr. Capitolino in Antonino Philosopho pag. 153. Lamprid. in Alexand. in pr. & Vopisco in Probo pag. 301. in fine.

Aut Jurisconsultus: dicti Tribuni, quod olim in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur. Nam, ut supra dictum est, aucta hominum adiectione ciuitate, Romulus in tres partes populum diuisit, Ramnensem, Tatiensem & Lucerem, singulisq; partibus duces suos præposuit, qui, quod terni ex tribus tribubus, ad exercitum olim mitterentur, h. e. ut Iureconsultus hic inquit, singuli ex singulis, Tribuni appellati sunt, teste Varr. in 4. de ling. lat. pag. 22. Vnde Afcon. in 3. ver. fol. 28. in pr. de tribubus loquens, Obtinuerunt aut, inquit, nomen aut à Tributo dando, aut quia primo tres fuerunt, unde etiam

Tribuni dicti. Tribunorum igitur appellatio in Tribunis militum cepit, qua Plebeio postea Magistratu secessione Crustumina creata, & illi applicari coepit, ut idem Varro loco praedicto subiicit, Plebis tamen dictione τῆ παραδιασολῆ adiecta, ut ab alijs Tribunis plebis illi Tribuni discernerentur. Nam non plebis tantum Tribunorum in iure mentio est, sed etiam Tribuni Celerum & quod ad Magistratus Sap. hac lege nostra, Tribuni militum, l. 12. S. ult. inf. de re milit. l. 11. & 13. C. eod. & l. unie. C. de Salgamo libr. 12. Tribuni Vigilum in l. penult. C. de apparitor. Magistr. mil. lib. 12. Tribuni scholarum l. 8. C. de erogat. milit. annon. lib. 12. & Tribuni Pratoriani in l. ult. C. de numerat. actuar. & chartula. d. l. penult. C. de appar. mag. mil. lib. 12.

Subiicit Pomponius: Vel quia Tribuum suffragio creabantur. Suffragium munus aliud est, siue pecunia qua suffragioribus aulicis datur vel promittitur in remunerationem beneficij a Principe accepti; l. ult. C. de silent. & decur. eor. lib. 12. Lamprid. in Alex. & Ammian. Marcellin. lib. 22. cuius nomine actio erat si certum petatur de suffragio; qua de re l. 1. C. de suffragio. & i. t. si cert. petat. de suffragijs in Cod. Theodos. Hoc vero in loco vocem significat siue sententiam qua in Magistratum mandando voluntate sua quisq. exponit, l. unie. inf. de offi. quaest. Ac Romuli quidem instituto virisim suffragia initio ferebantur, quod a Servio Tullio positum a mutatum est, quo autore per centurias ferri suffragia ceperunt, ita ut primo Equites vocarentur; deinde 20. prima classis centuria; quibus si res non decerneretur, etiam secunda classis centuriae vocabantur; atq. sic deinceps: ut fere nunquam ad infimos suffragia peruenirent: autore Livio lib. 1. pag. 10. Hac comitia Centuriata dicebantur, quod scilicet in centurias populus descriptus suffragium ferebat: quemadmodum illa Curia, quibus in Curias populus descriptus sententiam dicebat.

Suffragium 27

18

bat: eaq; per liſtorē edicebātur, ut Centuriata per cornicinē; qua in campo Martio extra urbem habebantur, quod in Ianiculo adhiberetur praesidiij causa exercitus, antiquo seruato more, ne propinquā hostes, dum in campo populus esset, Urbem inuaderent; teste Gellio lib. 15. c. 27. in fine.

Ut autem Curia comitia Romalau primū in Rempubli. inuexit: & Seruius Tullius Centuriata: ita Tributa Tribuni pl. intulerunt: qua primo quidem in Coriolani iudicio usurpari coepit, anno urbis 262. M. Minucio Augurino & A. Sempronio Atracino Coſs. quemadmodum ex Lino lib. 2. pag. 21. colligitur: Postea verò, anno 281. L. Pinario Raso, & P. Furio Fusco Coſs. Publilia rogatione, à Volerone scilicet Publilio lata, cansum est, ut plebey Magistratus Tributis comitijs fierent: eodem Lino teste d. lib. 2. pag. 26. in pr. & Sabellico Ennead. 3. lib. 1. in fine. cum per aliquot annos antè, curias comitijs essent designati; autore Dionysii. lib. 6. fol. 302.

In his ergo comitijs, ut dictum est, suffragia ferebantur. Vnde consequens est, quod illi, cum quibus comitiarum communio nulla fuit, ius suffragij ferendi non habuerint: ideoq; feminas suffragium ferre non potuisse, dubium non est: siquidem cum feminis comitiarum communionem nullam fuisse Gellius testetur lib. 5. c. 19. Maiores quoq; Sexagenarijs suffragium ferre adeo non poterant, ut si suffragiorum causa comitia frequentarent, à iuuenibus de ponte, per quem suffragia ferebantur, deijcerentur, quemadmodum cum Varrone lib. 6. de ling. lat. pag. 73. Festus auctor est, de verb. sig. pag. 417. Quo fit ut Deponiani etiam senes dicti sint; eodem Festo referente pag. 81. ubi inquit: Deponiani senes appellabantur, qui Sexagenarij de ponte deijciebantur. Ad eamq; morem apud Nonsum de propriis. ser. colum. 1113. in verb. Casnares, Varro quoque alluisse videtur sexagesimo

(fabula scilicet sexagesimus inscripta) Vix, inquit, cefatus erat (ita enim Scaliger restituit) cum more malorum ultra Casnares (senes ita appellat verbo Osco) arripiant, de pontē in Tyberim deturbant. Senibus crassis, heu multi non videmus quid faciant. Nam quis patrem nunc decem annos natum, non modo auferi sen tolit nisi veneno?

21

Erebantur autem initio suffragia vocibus & sententijs palam ab uno quoque dictis. Postea vero lege Cassia, à L. Cassio Longino Tribuno pleb. lata, C. Mario & C. Flacco Cos. tantum est, ut Tribu pancta in tabella facta suffragia ferrent; autore in orat. pro Cornel. Asc. fol. 60. Verum cum omnem ea lex auctoritatem optimatum auferret; ut Cicero lib. 3. de LL. inquit: pag. 850. & fronses hominum operiret, mentes regeret, daretque libertatem ut, quod vellent, facerent, promitterentque quod rogarent, ac libidinem occularet; ut idem in orat. pro Cn. Plancio pag. 670. & pro Rabirio pag. 342. loquitur; post positis tabellis ad aperta suffragia reditum est: Alex. lib. 4. c. 3. Hinc idem Cicero in orat. in Pisonem pag. 228. in fi. Me, inquit, cuncta Italia, me omnes ordines, me universa civitas, non prius tabella quam voce Consulem declaravit. Ex in oratione ad populum contra Rullum priori, pag. 172. Sed tamen, inquit, magnificentius atque ornatius esse illo nihil potest, quod meis comitijs non tabellam indicem tantae libertatis, sed vocem visum pra vobis indicem vestrarum erga me voluntatum ac studiorum tulistis. Manuum quoque elatione, quam porrectionem Cicero, Graeci χειρονομία vocant, lata suffragia esse, idque in Magistratum potissimum creatione factum, tradit Alex. Sardinus lib. 2. de morib. ac ritibus gentium c. 4.

22

Petituri autem Magistratum aliquem (quod omnibus, qui bonis artibus fiderent, permissum fuisse, Tacitus scribit lib.

11.

11. annual. pag. 299.) ex colle Hortulorum in campum candida veste descendebant, tribus circuibant, manus singulorum prehensabant, & quibuscumq; studijs possent, tenuissimos etiam & ignotos rogabant, ut in consequendis honoribus adiutores sibi essent, atq; in petitione suffragarentur. Et quidem, quod candida veste amitti fuerint, cum Pomponius Laetus in libello de antiquitatib. urbis Roma testis est; tum Macrobinus, cum inter alia sic inquit: Nos fuit petitoribus, ut sumta candida toga mundinus in comitia um venirent, & in colle considerent, unde coram possent ab uniuersis videri. Et Plutarchus in Coriolano ante medium, Nos, inquit, erat Magistratum petentibus, prehensos dextra cives benignis orare verbis, & absq; interiore tunica in forum opertos veste descendere, siue ut eo habitu ad supplicandum humiliores accederent, siue ut qui cicatrices haberent manifestè signa fortitudinis aperirent &c. Idem in Problematibus, Candidatis, inquit, erat moris, in tunica absq; toga esse; ne argentum secum ferentes, ipse alios corrumperent cives; vel quod imperio dignos non genere, non diuitijs, non gloria, sed vulneribus & cicatricibus commendare oportere indicabant; qua quidem vulnera, ut ab ijs quos ambiendo prensabant, conspicerentur, sine toga ad petendum descendebant. Hac ille. Vnde scribit idem in vita Pauli AEmilij ante finem: AEmilio Consulari, qui gricis singulari certamine pugnaverat, & semper hostem trucidauerat, contra Galbam, in umbra nutritum, contendentem, cum cicatrices populo ostendisset, statim omnes Tribus, triumphum ei dedisse. Quod verò Tribus circumierint, testatur Sextus Festus de verb. sig. pag. 16. in pr. ubi de ambitu adificiorum loquens inquit, ex quo etiam honoris ambitu duci capsum est, à circumuendo supplicandaq;. Et Valerius Maximus lib. 4. c. 5. Consulatam, inquit petens L. Crassus cum omnium candidatorum more, circum forum

supplex

supplex populo ire cogereretur, nunquam adduci potuit ut id praesente Scauola faceret. Quod autem prehensare quoque consueverint; cum Platarchus docet in Coriolano, loco commemorato, solissos scribens Magistratus petentes, δεξιῶν τε τῶν πολιτῶν; tum Cic. in 1. de orat. pag. 39. apud quem Crassus, Equidem inquis, cum peterem Magistratus, solebam in prensando dimittere à me Scauolam, cum eitu dicerem; me velle esse ineptam; id quod erat petere blandius; quod nisi ineptè fieret, bene non posses fieri: hunc autem esse unum hominem ex omnibus, quò praesente ego ineptum esse minime vellem: quem quidem nunc mearam ineptiarum testem & spectatorem fortuna constituit. Hinc P. Scipio Nasica, cum adolescens Aeditatem Catulem petens, candidatorumq; more, manum cuiusdam rustici opere duratam tenacium apprehendens, iocigrasia interrogasset: num manibus solitus esset ambulare? repulsam eo nomine passus est, quod paupertatem illi ab eo exprobratam rustica Tribus indicassent; auctore Valer. Max. lib. 7. c. 1. & Erasmus lib. 6. Apoph. pag. 526. in fine. Denique quoad humilis ac etiam omnibus supplicandi, plurimam in petitionibus Magistratum valueris, Cicero pro Cn. Plancio pag. 688. his verbis ostendis; Quo quidem tempore; si id Lateranensis facere voluisses, aut si granitatis esse putasses tuae, quod multi nobiles saepe fecerunt: ut cum minus valuissent suffragiis, quam fuissent, postea prolatis comis suis prosternerent se, & populo Romano fracto animo atq; humili supplicarent: non dubito quin omnis ad te conuersura se fuerit multitudo: nunquam enim nobilitas, integra praesertim atq; innocens, à P. Romano supplex repudiata fuit &c.

23 Creati igitur Magistratus sunt initio suffragio populi; Dionysius lib. 2. fol. 63. in fine. Quod tamen ipsum suffragiorum ius, Reipublica statim ad Monarchiam redactò, admodum postea eminatum

imminutam est. Primum enim C. Iulius Caesar comitia cum populo Romano partitus est; quemadmodum Suetonius in eius vita testis est c. 21. Comitia, inquit, cum populo partitus est, ut exceptis Consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiaretur, pro parte altera, quos ipse dedisset, & edebat per libellos cuius, tribui missos scriptura breui: Caesar Dictator illi Tribui: Commenda vobis illum & illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant &c. Est autem Augustus Comitiorum pristinum ius reduxit, ac multiplici pœna coercito ambitu, Fabianis & Scapensibus tribulibus suis, die comitiorum, ne quid à quoquam desiderarent, singula millia numum à se diuiserit; autore Suetonio in illius vita c. 40. Tiberius tamen Imperator, quicquid in comitijs populus habuit, ab eo abstulit, atq; ad patres transtulit; ut Cornelius Tacitus tradit lib. 1. annal. pag. 29. ubi inquit: Tum primum è Campo comitia ad patres translata sunt. Nam ad eam diem etsi potissima arbitrio Principis, quadam tamen studijs tribuum fiebant. Hac ille. Et licet Caligula anno urbis 791. suffragiorum jus populo plebiq; reddiderit, Tiberij, ea de re constitutionibus abrogatis: teste Dione lib. 59. pag. 397. & Sueton. in eius vita c. 16. ubi inquit: Tentauit & comitiarum more renouato suffragia populo reddere, &c. Quia tamen longo tempore libere nihil decreuerat, atq; ob id ad agendum quicquam pro sua dignitate segnior esset, ideo anno sequenti ipse Caius comitia rursus sustulit; idem Dion d. libr. 59. pagin. 400. in fin. Comitijs itaq; sublatis, omniq; & belli & pacis iure in Principem collato, Magistratum creatio penes illum solum resedit. Vnde Modestinus in l. unic. inf. de lege Iul. amb. Hac lex (de ambitu scilicet) in urbe hodie cessat: quia ad curam Principis Magistratum creatio pertinet, non ad populi fauorem. Et hæc de Tribuniis plebis.

Z

DE

16

DE AEDILIBVS PLEBIS,
Caput XII X.

Itemq; ut essent qui adibus praessent.)

1. AEdilium genera quot? 2. AEdiles plebis quando creati? 3. Ad quid creati? 4. AEdiles unde dicantur? 5. Leges, Plebiscita, Senatusconsulta, quo initio delata, & quo postea? 6. AErarium ubi fuerit? in co quid commissum, & à quo institutum?

Sextum Magistratum gesserunt **AEdiles Plebis**. Duo enim genera AEdilium fuerunt, **Curules & Plebeij**, teste Plutarcho in vita Marij in pr. ferè, cum inquit: Post Tribunatum, maiorem adilitatem petiunt. Duo enim erant ordines AEdilium: unus in quo ipsi adiles in iure dicendo sellis curnos pedes habentibus utebantur; & hic nomen Magistratus retinebat: Secundum adilem popularem Magistratum appellabant. Eodem die de utroq; Magistratu eligendo suffragia habebantur &c. De AEdilibus Curulibus dicitur inf. in §. Deinde cum placuisset, hac lege. **De Plebis AEdilibus** hic tractatur; quò eodem anno creati sunt quo & Tribuni plebis; teste Gellio lib. 17 c. ult. cum inquit: Roma autem ferme istis temporibus Tribunos & AEdiles tam primum per seditionem sibi plebs creauit. Per seditionem autem ait; rectè. Quia plebe à patribus discedente, ac trans Anienem in montem sacrum discedente AEdiles eiusmodi Plebeij creati sunt, auctore Sex. Festo de verb. sig. pag. 276. in pr. A patribus tamen illos, seditionis tempore creatos tum Tribunos plebis, tum AEdiles confirmatos esse, ostendit Dionysius lib. 6. fol. 303. cum inquit: Vbi ab eis hoc quoq; impetrarunt, petierunt à Senatu, ut permitteret sibi, binos viros quotannis Plebeias creare, subministrantes Tribunis omnia quorum indigerent, iudicantesq; eas causas, quas ipsi eis permitterent, ac sacrorum publicorumq;

publicorumq; locorum, & affluentia forensis curam habituros. quo etiam a Senatu concesso, viros duos creauerunt, quos ministros Tribunalium & Collegas Iudicesq; vocauerunt. Nunc tamen isti sermone eorum gentilitio ab officio eorum uno **Ædiles**, id est, sacrorum locorum curatores (ἱερῶν τόπων ἑπιμελίαι) vocantur. Hac ille.

Ex quibus apparet, quod initio triplici ferè de causa creati **Ædiles plebis** fuerint. Primo ut ministris eorum ad literas Tribuni vterentur. deinde ut causis iudicandis occuparentur. & deniq; ut adibus præessent, in quas cum alia, tum Leges, Plebiscita & Senatusconsulta deferrentur. Quas eadem Zonaras quosq; tom. 2. annal. pag. 28. in pr. his verbis complexus est: ἕτω μὲν ἔν η̄ τ̄ δὲ μαρξων διωασεία συνέση, οἷς κ̄ ἀγορανόμους δύο προσέλιοντο, οἷον ἱερέτας σφίσι ἐσπόμενος πρὸς θεάματα. πάντα γὰρ, τὰτε παρὰ τῷ δήμῳ, καὶ τὰ παρὰ τῷ δήμῳ, κ̄ τῇ βουλῇ θεαφόμενα λαμβάνοντες, ὡς ἐμὴδὲν σφῶς τ̄ πραγματοποιῶντων λαοθάνατον, ἐφύλασσον. το μὲν ἔν δεχάσιον ἑπιτέλω ἤρῶντο, κ̄ ἑπι τῷ δικάζειν, ὑστερον ἦ καὶ ἀλλὰ τὰ, καὶ τὴν τ̄ ὠνίων ἀγορὰν ἐπιτεράπτεον, ὅθεν ἔ ἀγορανόμοις ἐκλιωίζουσι ὠνομάθησαν. Verùm Iurisconsultus, ex his causis ultimam solummodo hic expressit, inquiens: Itemq; ut essent, qui adibus præessent, in quibus omnia scita plebs deferebat, duos ex plebe constituerunt, qui etiam **Ædiles** appellati sunt. Vbi nominis rationem eam Iurisconsultus reddit, videlicet inde **Ædiles** appellatos esse, quod adibus præessent; & adibus quidem sacris, ἡς demq; publicis: Dubiam enim non est, quin initio adium tantummodo sacrarum **Ædiles** curam egerint non etiam priuarum. Siquidem **Ædilitium** ab **Ædile**, cuius procuratio templi erat accersitum, Varro scribat lib. 1. de Re Rustic. c. 2. Postea autem cum urbis salubritas ornataq; (ne scilicet in ciuitate domus ruinosa essent, vel inordinate posita)

eorum curam desiderare viderentur, non solum sacrae, sed privata etiam ades ab ijs procurata fuerunt, eodem Varrone teste lib. 4. de ling. lat. pag. 22. Verum cum praeter adium curam successu temporis longè plura his fuerint commissa, ut ex Zonara loco iam dicto colligitur, diciturq; infra cum de AEdilibus Curulis tractabitur, nominis ista ratio cessante, dicitq; AEdiles ceperunt quod facilis ad eos plebi aditus esset; quemadmodum Theopilius in S. Proponebant Institut. de iure natural. gent. & civil. his verbis testatur, ἐν τῷ κριμῶ τῆς Διατάξεως, ὡσαυτὸν παρὰ τοῖς ἀγκλητικαῖς ἢ ὁ ὑπάτος, δικαιοδοτῶν καὶ τέμνων τὰς δικὰς, ἔτω ἔτι παρὰ τοῖς ιδιωταῖς, προσβλήθη τις, ὃν ἔδει δεχεσθαι τὰς προσελεύσεις τῶν δεομένων ἕως βουλῆς. καὶ διὰ τὴν προσελεύσεως, ἀδελφὸν ὀνομάσθη διὰ τὴν ἀδελφίαν, ὃ ἐστὶ προσέλευσις, εἴτε διατὴν εὐφωμίαν, προσετέθη τὸ εὐφωμίον, καὶ γέγονεν ἀδελφός. Et Sextus Festus de verb. sig. pag. 8. AEdilis, inquit, initio dictus est, qui adium non tantum sacratum, sed etiā privatū curā gerebat. Postea hoc nomen & ad Magistratus translatum est. Dictus est autem AEdilis, quod facilis ad eum plebi aditus esset, &c.

5 Porro Leges, Plebiscita & Senatusconsulta initio ad AEdiles in adem Cereris delata fuisse, probat Linius lib. 3. pag. 39. in pr. dum inquit: Institutum etiam ab iisdem Consulibus (L. Valerio & M. Horatio) ut Senatusconsulta in adem Cereris ad AEdiles plebis deferrentur, quia antea pro arbitrio Consulam supprimebantur, vitabanturq;. Verum postea cum AEdiles negotium illud per Apparitores suos egissent, atq; inde error ac confusio incidisset, Iulio & Fabio Maximo Cos. anno ab urbe cond. 744. ad ararium Senatusconsulta qua vno quoq; tempore fierent deferri cepta sunt, Quaestoribusq; adseruanda tradita; teste Dione lib. 54. in fi. Vnde Cicero in 3. de LL. pag. 439. Qui agent auspicia seruant: angari publico parento: promulgata proposita, in arario

rio coguita, argento. Et in s. Philip. pag. 520. in fin. Neq. solam commentarijs commenticijs Chirographiq. uanilibus innamrabilis pecunia congesta in illam domum est, cum qua uendebat Antonius, ea se ex actis Casaris agere diceret; sed Senatus etiam consulta pecunia accepta, falsa referebat: Syngrapha obsignabantur: Senatus consulta tanquam facta ad ararium referebantur. Et Sueton. in Iulio Casare c. 28. Acciderat autem, ut is legem de Iure Magistratus ferens eo capite quo à petitione honorum absentes summo uehat ne Casarem quidem exciperet per oblivionem; ac mox lege iam in aes incisâ & in ararium conditâ corrigeret errorem. Idem in Augusto c. 94. Autor, inquit, est Iulius Atarathus, ante paucos, quam nasceretur menses, prodigium Roma factum, publicè quo denunciabatur, Regem populo Romanuram parturire. Senatum exterritum censuisse, ne quis illo anno genitus educeretur: eos qui grauidas uxores haberent, quod ad se quisq. spem traheret, curasse, ne Senatus consultum ad ararium deferretur, &c.

Ararium porro populum Rom. in ade Saturni Opusq. eius uxoris habuisse tradit Sext. Fest. de verb. sig. pag. 9. Macrobi. lib. 1. Satur. c. 8. & Pomponius Latius in libello de antiq. urb. Rom. ad eamq. ipsam ad Capitolij radices in uico Iugario fuisse testatur Pub. Victor in libello de urbis Roma regionibus & locis: indeq. septies millies HS, à Casare Dictatore depositum, post illius interitum M. Antonium Consulem abstulisse, obijcit illi Cicero in 1. Philip. pag. 418. & Philip. 2. pag. 446. traditq. ex Velley forsan lib. 2. ante medium, Paul. Manutius in lib. de LL. Rom. pag. 247. Primum autem Valerium Poplicolam exactis Regibus ad Saturni ararium declarasse, loci oportunitate ductum, quem & apertum, & ab insidijs tutum, & in primis munitum animaduertisset; autor est Plutarchus in Problematibus pag. 448. in fine. Atq. hæc de AEdilibus plebis.

DE QVAESTORIBVS, Cap. XIX.

Deinde cum ararium populi auctius.)

1. Quaestores ararii quando creati? 2. Imperium an habuerint? 3. Ex plebe utrum creati? 4. Quod praecipuum illorum munus? 5. A Tribunis ararii quomodo discreti? 6. Ad eorum officium quae praeterea spectauerint? 7. Ararii curam qui eis ademerint? 8. Sub Nerone quomodo coeperint appellari? 9. Quaestorum provincialium potestas & insignia quae? 10. Candidatorum Caesaris officium, orationes in Senatu recitare, & quorum Principum orationes in iure celebrentur? 11. Qui ex Principibus orationes per Quaestores recitauerint, & qui non? 12. Candidati Caesaris qui fuerint? 13. Potestas eorum quomodo creuerit? 14. Nomen Quaestoris ab administratione an habuerint? 15. Quaestores parricidij ararii Quaestoribus an priores? & eorum creandorum occasio quae? 16. Alio nomine quomodo appellati? 17. Parricidij vocabulo Pomponius quid intelligat? 18. Quaestorum parricidij officium quod?

Septimum Magistratum gesserunt Quaestores. Horum originem, licet Vlpianus in l. unie. infr. de offic. quaest. antiquissimam esse dicat, ut puta ante omnes ferè Magistratus institutam: certum tamen hoc est, quod Valerius Poplicola Consul, Bruti, libertatis reparatoris, collega, arario in aede Saturni condito, duos qui pecunia publica praessent, populi suffragio creati voluerit; ac primi omnium P. Veturius & M. Minucius Quaestores sine creati; teste Zonara tom. 2. annal. pag. 20. Sabell. Ennead. 2. lib. 7. col. 361. & Plutarcho in vita Poplicola fol. 33. ante finem, ubi inquit: In Quaestoria etiam lege ferenda maximam est laudem consecutus. Vbi enim erat opus: ad bellum pecunias pro facultatibus ciues conferre: cum neq. ipse id munus obire vellet: & ab eo obeundo amicos deterreret: nec omnino publicas pecunias in priuata domum inferendas esse duceret, ararium Saturni aedem constituit: itaq. hodie manet. Concessit autem populo, ut Quaestores duos creare posset; creatiq. sunt primi P. Veturius & M. Minucius; & pecunia permulta coacta. Centum enim & triginta

ta millia in ararium reducta sunt: orphanis & viduis remisso sributo. Hac ille.

Hi ergo Quastores, licet Magistratus dicebantur, sine tamen imperio erant, ut qui neq. vocationem, neq. prehensionem haberent; & per hoc neq. litioribus neq. viatoribus insignes forent; teste Gellio lib. 13. c. 12. & apud Prastorem etiam a privato i. ius vocari possent; eodem Gellio autore, d. libr. 13. c. 13. Postea tamen imperium habere ceperunt, & tam bonorum possessionis quam iudicis dandi licentia usi fuerunt; ut ex diuinatione Cic. apparet pag. 184. cum inquit: Vbi hoc Quastori Caelio, viro optimo, & homini aequissimo nunciatum est; vocari ad se Agonidem iubes: iudicium dat statim, si pateret eam se, & sua Veneris esse dixisse: iudicant Recuperatores id, quod necesse erat. neq. enim cuiquam dubium, quin illa dixisset, iste in possessionem bonorum mulieris mittit: ipsam Veneri in seruitutem adiudicat: deinde bona vendit: pecuniam redigit &c.

Creabantur autem initio soli patricij; autore Pomponio Lato lib. 1. de mag. Rom. c. 17. Verum postea indifferenter obtinuit, ut tam Patricij quam Plebeij crearentur; d. l. unic. inf. de offic. Quast. ac primo omnium tres e plebe Quastores creati sunt, Cn. Cornelio Cossio & L. Furio Medullino Coss. Q. Silius P. Aelius & P. Pipius, Patriciorum vni C. Fabio Ambusto loco ad dignitatem relicto, autore Lino lib. 4. ante finem.

Eorum vero munus precipuum erat, ararium curare, eiq. pecunias expensas & acceptas in tabulas publicas referre; teste Asconio in 3. Ver. fol. 27. Hinc dicit Iurisconsultus hic; Quastores ideo constitutos esse, ut aratio praesent, eosq. ab eo dictos esse, quod inquirendae & conseruandae pecuniae causa creati essent. Qua in re Iurecons. Varron. secutus videtur, qui a quarendo Quastores dictos scribit, quod scilicet pecunias publicas

publicas conquirerent. lib. 4. de ling. lat. pag. 22. & lib. 5. pag. 61.
 A Tribuniis vero A Erarij in hoc discernantur, quod Quæsto-
 res pecuniam publicam in ararium inferrent. Tribuni autem
 ararii ex arario sumtam Prætori Proconsulis atque exercitus
 maxime, erogarent. Unde à tribuendo ere, etiam Tribuni
 A Erarij appellati, auctore Festo de verb. sig. pag. 9. Hinc Cicero
 Proconsul lib. 2. epistol. fam. epist. 16. ad Caminium scribens,
 Omnis, inquit, pecunia ita tractatur ut prada à præfectis, qua an-
 tem mihi attributa est, à Quæstore curetur &c.

6

Deinde & hoc ad officium Quæstorum spectabat, quod signa
 ex arario promebant, exeuntibus ad bellum Consulibus, aut alijs
 Imperatoribus; teste Livio lib. 3. in fi. ubi, Hæc, inquit, omnia ad eò
 mature perfecta accepimus, ut signa eo ipso die à Quæstoribus
 ex arario promta delataq; in campum, quarta diei hora mota ex
 campo sint. Et lib. 7. pag. 84. in pr. Cum omnes, inquit, extra
 portam Capenam ad Martis adem convenire armatos juniores
 jussisset, signaq; eadem Quæstores ex arario deferre, quatuor ex-
 pletis legionibus quod superfluum fuit militum P. Valerio Popli-
 cola Prætori tradidit &c. Apud eos etiam Imperatores erium-
 phaturos, quamprimum urbem ingressi essent de numero & occi-
 sorum hostium & amissorum civium, jurare coactos esse, tradit
 Valerius Max. libr. 2. c. 3. in pr. Quinimo Legatos Regesve
 Romam venientes pro dignitate populi Romani excipere, obviam
 proficisci, hospitium illis muneraq; publico nomine præbere, agro-
 tos curare, defunctos sumtu publico sepelire, aut decedentes co-
 mitari, Quæstorum muneriis similiter fuisse, idem Valerius scri-
 bit lib. 5. c. 1. & lib. 6. c. 6. Quamvis omnes Legati ita excepti
 semper non fuerint, sed Senatus interdum extra urbem evoca-
 tus in ade Apollinis postulata cognoverit; quemadmodum apud
 Livium lib. 41. pag. 348. in pr. videre licet; ubi inquit: Senatus

in

in *ade Apollinis Legatorum verbis auditis supplicationem in bi-*
duum decreuit. Imo temporis lapsu, propter Legatorum multisu-
dinem, omnibus sumtibus sublati, cautum fuisse, ut Legati, un-
decumq; Romam ventrent, ad eam Saturni primo adirent, ac deinde
Præfectis ararij nomina sua darent, ut postea si commodum foret
singulorum postulatis noscendis Senatus daretur; autores est Plu-
tarchus in Problemat. fol. 449. in pr.

Primus Augustus Imperator Quæstoribus ararij curam
 abstulit, & ad Prætorios Prætoresve transtulit; teste Sueton. in il-
 lius vita c. 36. in pr. Et quamvis Claudius Imperator eandem
 collegio Quæstorum reddiderit; eodem Suetonio autore in eius
 vita c. 24. ubi Collegio Quæstorum, inquit, pro stratura viarum
 gladiatorum manus insunxit; detractaq; Hæstiensis & Gallica
 prouincia, curam ararij Saturni reddidit, quam medio tempore
 Prætores, aut utiq; Prætura functi, sustinuerant, &c. Nero ta-
 men Imperator, eam his rursus ademit, & ad Præfectos transtulit;
 quemadmodum Cornelius Tacitus testatur lib. 13. pag. 373.
 dum inquit: Deinde Princeps (Nero) curam Tabularum publi-
 carum à Quæstoribus ad Præfectos transtulit. Variè habita ac
 sæpè immutata eius rei forma. Nam Augustus permisit Senatui,
 deligere Præfectos. dein ambitu suffragiorum suspecto, sorte du-
 cebantur ex numero Prætorum qui præessent. Neq; id diu mansit,
 quia fors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius Quæstres
 rursus imposuit, usq; ne metu offensionum segnius consulere-
 rent, extra ordinem honores permisit. Sed deerat robur eum primum
 Magistratam capeissentibus. Igitur Nero præfectura perfunctos
 & experientia probatos delegit. Hac ille. Sub Nerone ergo ex
 Prætorijs forsan creati, dici *A*Erarij Præfecti ceperunt,
 quorum Mauricianus meminit in l. 15. §. pen. & ult. inf. de iure
 fisci, & Valens in l. Arrianus 42. in pr. eodem tit. qui prius

A

Quæstres

*Augustus curam
 ararij prætoribus
 abstulit.*

Quaestores AErarij erant, & sub Augusto AErarij Pratores, ut e. 30. inf. hac de re latius dicetur. Unde Gellium libr. 13. c. 23. Quod per Quaestores autem dixi, inquit, intelligi nunc oportet, Praefectum AErarij significari. Nam cura AErarij à Quaestoribus ad Praefectum translata est.

Atq; hac in urbanis Quaestoribus ita se habent. Secus in Provincialibus est, qui scilicet cum Consulibus, aut Praetoribus, in provincias ibant. Eos enim plenior potestatem habuisse, vel illud argumento esse potest, quod & filij necessitudo Quaestoribus cum Praefide suo intercesserit, & quod scribis & fascibus & litteris ad Magistratus maiestatem tuendam insigniti fuerint. Ac de necessitudine quidem ita Cicero in 1. Ver. pag. 180. disserit: Quid cum commiseri, conqueri, & ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajcere coeperit? commemorare Quaestoris cum Praetore necessitudinem constitutam? morem maiorem? fortis religionem? poterisne eius orationis subire invidiam? Et pag. 187. Sic à maioribus nostris accepimus, Praetorem Quaestori suo parentis loco esse oportere: nullam neq; justiore neq; graviore causa necessitudinis posse reperiri, quam conjunctionem sortis, quam provinciam, quam officij, quam publici muneris societatem, quamobrem si jure eum possis accusare, tamen, cum is tibi parentis numero fuisset, id pie facere non posses. Et in 3. Verr. pag. 237. Tu cum Quaestor ad exercitum missus sis, custos non solum pecuniae, sed etiam Consulis, particeps omnium rerum consiliorumq; fueris habitus, sis in liberum loco, sicut mos maiorum ferebat, repente relinquant? Idem lib. 3. famul. epistol. epist. 10. Cum ad te, inquit, tuus Quaestor At. Varro proficisceretur, commendatione egere eum non putabam. Satis enim commendatum tibi eum arbitraber, ab ipsa mare maiorum, qui, ut se non fugis, hanc Quaestora

conjunctionem

coniunctionem liberorum necessitudini proximam voluit esse. Et
 Sulpitius ad Antonium apud eundem Ciceronem in 2. de Orat. pa.
 270. Tamen illud in isto, quod tibi unum ad ignoscendum homi-
 nes dabant tenuisti, te pro homine pernecessario Quaestore tuo di-
 cere. Et mox: Te nihil aliud profecisse arbitrabar, nisi ut homi-
 nes tibi, cuiem improbum defendenti, ignoscendum propter ne-
 cessitudinem arbitrentur. Describis verò ita idem in 5. Verr.
 pag. 505. Scriba tuus annulo aureo suo quem ex his rebus inue-
 nit ista te ratione uti non sinet. Et pag. 508. Nuper Hortensius
 Quaestor fuisti, quid tua scriba fecerint, tu potes dicere. Ego de
 meis hoc dico, cum in eadem illa Sicilia pro frumento civitatibus
 pecuniam soluerem, & mecum duos frugalissimos homines scri-
 bas haberem, L. Maviliam & L. Sergium, non modò istas duas
 quinquagesimas, sed omnino numum nullum cuiquam esse dedu-
 ctum. De fascibus idem in 4. Ver. hoc modo pag. 305. Quaestores
 utriusq; provincia, qui isto Praetore fuerant, cum fascibus mihi
 praesto fuerant. De lictoribus deniq; idem in oratione pro Cn. Plan-
 cio pag. 716. in sf. Plancius Quaestor, simul ac me Dyrrachium as-
 sigisse audivit, statim ad me lictoribus dimissis, insignibus abie-
 ctis, veste mutata profectus est, ac Thesalonicam me in Quaesto-
 rium perduxit &c. Et P. Sextio Quaestori, in Castrensi seditione li-
 ctorem etiam tribuit nominatim Liusus lib. 4. ante finem, inqui-
 ens: Cum Quaestor P. Sextius eadem violentia coërceriputaret se-
 ditionem posse, qua mota erat: missa ad vociferantem quendam
 militem lictorem, cum inde clamor & iurgium oriretur, saxo ic-
 turba excedit &c.

Ceterum praeter eos, qui ad colligendam pecuniam provin-
 ciae sortiebantur Quaestores, erant in urbe etiam alij, qui Can-
 didati Caesaris siue Principis dicebantur. Horum officium fuit,
 Libris, h. e. epistolis siue rationibus principalibus in Senatu le-
 gendis

gendis vacare, ut Vlpian. loquitur in l. vnic. infr. de offic. quæstor. quarum complures etiam nunc in iure nostro celebrantur. ut D. Hadriani de petitione hereditatis in l. si & rem 22. de her. pet. D. Marci, de alimentorum transactione in l. cum hi. 8. in pr. de transact. de fugitiuorum requisitione l. Diuus 3. de ser. fugit. de bonis maternis in l. pen. ad S.C. Tertul. de confessis in l. post rem 56. de re iud. & l. antep. §. 2. de confess. de prohibitis papillarum nuptiis l. si quis tutor 60. §. 4. & l. non solum 67. §. 3. de rit. nup. & similibus quibusdam de rebus in l. cum duobus 52. §. idem respondit 8. pro socio. l. licet. 17. C. de excuss. int. l. pen. de his quib. ut indig. & l. vlt. C. de rest. manumiss. Antonini & Commodi de Senatorum & libertinarum nuptiis l. antep. de sponsal. & l. 16. de rit. nupt. Seueri de confirmandis donationibus inter coniuges in l. si maritus 10. C. de Donat. int. vir. & ux. & de rebus eorum quæ sub tutela vel cura sunt sine decreto non alienandis in l. 1. inf. de reb. cor. l. 2. C. de Curat. fur. & l. etsi 9. C. de prad. & alijs reb. min. Dicit Antonini, Seueri filij, in idem de donationibus inter virum & uxorem confirmandis in l. cum hic status 32. in pr. inf. de donat. int. vir. & ux. & denig. oratio D. Pertinacis, qua litis causa, nuda voluntate aut testamentum minus solemniter Principem heredem fieri veruit §. vlt. Instit. quib. mod. testam. infir. Atque ita Augustum Imperatorem, cum grauedine laboraret, conuocato Senatu Quæstori libellam recitandum dedisse, quo res ab ipso gesta recensebantur, Dion. his verbis tradit lib. 54. ante finem: οὐιαζαζων η̄, inquit, ἐν τὰς τὸ βασιλευμενον, αὐλος η̄ ε̄δεν ε̄πεν τὸν βασιλεα, τὸ η̄ δὲ βελιον τῶ Γαμεια ἀναγνωναι οὐς, τὰ η̄ περσωνινα οὐ καμη ε̄δμησαλο. Illudque ipsam, Claudium quoque Imperatorem fecisse, ac omnia de quibus referendum in Senatu esset, non sua voce pronuntiasse, sed presentem ferè, recitanda Quæstoribus tradidisse, refert idem

Dion

Dion lib. 60. in pr. ἡ γὰρ ἐπιτομή ἐστὶν ἐπιτομή, οὐκ ἐστὶν τὸ διὰ τῶν ἐπιτομῶν ἐπιτομή.
Ἐπειτα, εὐλογοῦντες ἀνεγίνωσκον, ἀλλὰ τῶν τιμῶν τῶν γε περὶ τὴν ἐπιτομῶν
ὡς γε ἐπιτομή ἀναλίγαυον εἶδον. Sane Nerone orationes ad Sena-
rum missas, praterito Quaestoris officio, per Consules plerumq; re-
ciisse, autor est Suetonius in illius vita c. 15. in fine. Titumq;
Vespasianum omnium prope officiorum cura recepta, Quaestoris
vite, orationes in Senatu quoq; recisasse, ab eodem Suetonio tra-
ditum est in illius vita c. 6. Caterum munere Candidati Caesaris
se cum fratre aliquando functum esse scribit Valleius Paterculus
historia Romana lib. 2. ante finem, ubi de Tiberio disserens in-
quit: Primum principalium eius operum fuit, ordinatio comiti-
orum quam manu sua scriptam D. Augustus reliquerat, quo tem-
porum mihi fratris Candidatis Caesaris, proxime a nobilissimis ac
sacerdotibus viris, destinari Praetoribus contigit, consecutus, ut
neq; post nos quenuquam D. Augustus, neq; ante nos Caesar com-
mendaret Tiberius. Eidemq; officio sub Traiano Hadrianum qua-
q; praefuisse, testem habemus Spartianum in illius vita in pr. fere-
Quaestoriam, inquit, gessit Traiano IV. & Arunculeio Cos. in
qua cum orationem Imperatoris in Senatu agrestius pronuncians,
risus esset, usq; ad summam peritiam & facundiam latinis ope-
ram dedit &c.

Esti autem initio solis libris siue orationibus principalibus
in Senatu legendis occupati erant, ut ex Vlpiano supra retulimus:
Postea tamen adeo dignitas illorum auctoris atq; creuit, ut & le-
gum, precum, laturculiq; minoris cura penes eos esset, s. l. C. de
off. quaest. Etenim non solum leges dictare illorum officij fuit,
edictaq; componere, ut ex Nonell. 53. apparet, & ex epistolis
Symmachi, ubi Quaestor, legum conditor dicitur, & condenda-
rum sanctionum usu exercitatus, & ex Nonell. quadam Valenti-
miani ubi Iusticia & Legum custos appellatur, & thesaurus fa-

mun. publica & armorum legum; Verum preces etiam & respon-
sa Principis quod etiam nunc in Cancellarijs usitatum est, subno-
tare l. vlt. C. de diuers. rescrip. minorisq; laterculi honores largi-
ri & indulgere. Vt enim laterculam maius, penes primicerium no-
tariorum fuit, ita minus penes Quaestorem. Fuitq; laterculum, in-
dex, quo consignata continebantur omnia officia dignitates &
administrationes ciuitales & militares; itemq; noticia & consue-
tudines l. 1. & 2. C. de off. quaest. Laterculum ex eo dictum, quod
in eo arcana lateant.

14 Porro Quaestoris nomen, Candidati Caesaris non ab ad-
ministratione habuerunt, sed ex concessione. Cum enim propter
eruditionem ex plebe orationibus recitandis initio assumpti essent,
atq; ob id in Senatum ingressus illis non pateret, ideo Quaestorum
titulo donati sunt, cuius beneficio aditus illis in Senatum patefa-
ctus est. Vt enim Aponius in diuinationem Cicer. scribit, sal.
8. prima erat Senatoris administratio, Quaestorem fieri: seu ut
Cicero in 2. Verr. ait, pag. 196. primus honoris gradus: vel, ut Pl-
pianus loquitur d. l. vnic. inf. de offic. Quaest. ingressus & quasi
primordium gerendorum honorum, sententiaq; in Senatu dicen-
da. Hodie Quaestor ille in aulis Cancellarij dicitur, ut
Gracè, λογοθέτης teste Niceta in 7. annal. dum inquit: το δίκης-
ον ὡς ἡ λαλίων βύλεται Φωνή, καὶ κελιάειον, ὡς δ' ἐλλυες ἐπιπύ-
λογοθέτιου: tractaturq; de eo in Nouella 53. & 114.

15 Diverſi ab his Quaestores Parricidij fuerunt; quoru
Pomponius meminit, in vers: Et quia, ut diximus, de capite
ciuis &c. iurebus capitalibus praerant: eosq; Quaestoribus Ab-
rarij priores fuisse, ac Quaestores Parricidij ex his creatos esse scri-
bit Zonaras in libro annal. parinde ut Tribunos plebis a Tribu-
nis militum nomen traxisse supra demonstrauimus c. 17. Cum
enim

enim Consulatum, quo Regnum vice, pene, quos delictorum cognisio anse fuerat; teste Dionysio lib. 27. fol. 63. & Liniolib. 1. pag. 11. in fin. animaduertere & ipsi in caput ciuis Romani poterant; ut apud eundem Lium lib. 2. pag. 15. in persona Bruti primi Consulis videre est) lege Valeria de promocatione lata esse imminutum, cantumq, ne Consul in posterum de capite ciuis Romani in iussu populi cognosceret. S. exactis sup. hac lege: ideo Quastores populus, qui quastiones iudiciaq, publica exererent constituit, eosq, quod rerum capitalium causa creati essent.

Quastores Parricidij appellauit, hoc textu, à quærendo, quod scilicet maleficia cõquirent, qua postea Triumviri Capitales conquirere cœperunt, teste Varrone libr. 4. de ling. lat. pag.

22. Hos Asconius in 2. Ver. fol. 20. Quastores nominat:

Proprie, inquit, Quastores dicuntur criminalium quastionum; Et Cicer. in oratione pro Sexto Roscio Amer. pag. 105. in fine. Hanc Quastorem, inquit, ac iudicem fugiebant atq, horrebant ij, quibus periculum creabatur. Marcianus Iudices quastionis in l. 1. §. 1. ad l. Cor. de sic. & lapis antiquus Colosianus apud Fuluium Ursinum libr. 1. epist. ad Q. Fratrem Ciceronis

C. Octauius C. F. C. N. C. P. Pater Augusti.

Tr. mil. bis Q. AEd. pl. cum C. Toranio. Iudex quastionum. Pr. Pro. Con. Imperator appellatus ex. prouincia Macedonia. Sextus Festus de verb. sign.

pag. 250. Paricos appellat. Parici, inquit, quastores appellabantur, qui solibant creati causa rerum capitaliũ quærendarum.

Parricidij autem vocabulo Iurisconsultus hic homicidium intelligit. Veteres enim Romani, ut scilicet illud atrocius videretur, omne homicidium parricidium dixerunt, teste Festo loco

prædicto

De Decemviris Consularibus.

Somicidium ad p^o 192
atrox scelus subito
a pat^{re} Romanos
ut etiam illud
parricidium appella
betur ut atrocitas
ad eo iudicare
volentes

pradicto. Parricida, inquit, non vocatur, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcumque hominem. Id aut fuisse indicat lex Numae Pompilij Regis, his composita verbis: Si quis hominem liberam dolo sciens morti duit, parricida esto. Et Cicero in 2. de LL. pag. 409. Sacram sacrove commendatum, qui clepserit rasperitq; parricida esto, id est, capital esto. Videntur vero prisca illi Romani hac in re, Romulum secuti, qui primus omne homicidium parricidium vocavit; teste Plutarcho in vita Romuli fol. 10. ante fidum inquit: Illud etiam Romuli proprium, quod cum nullam parricida penam definisset homicidium omne parricidium nuncupari voluit, quod hoc impium & nefarium, illud autem impossibile esse duceret. Romulumq; imitatus Solon, cum interrogaretur cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset? respondit, se id neminem facturum putasse; teste Cicer. in oratione pro Sexto, Roscio Amer. pag. 99.

18

Horum igitur Quaestorum officium fuit, non solum, ut Carnificius ad Herennium scribit, accusatorem, defensorem, & testes, in officio suo continere; ut scilicet accusator crimina inferret; dilueret defensor; dicerent testes quae scirent aut audissent; verum etiam reo de quacumq; quaestione publica diem dicere meritoq; eundem causam cognitam supplicio afficere. Et ad criminum quidem Quaestoris illam cognitionem alluisse Virgilium inuenio Aeneidos lib. 6. circa medium. ubi Minoem Quaestorem faciens, siue rerum capitalium iudicem, apud inferos de criminibus cognoscere his versibus contendit:

Quaestor Minos urnam mouet, ille silentum.

Conciliumq; vocat, vitasq; & crimina dicit.

M. vero Volco, quod falsus haud dubie testis in Casonem extiterat, ab Aulo Cornelio & Q. Servilio Quaestoribus diem dictam eundemq; damnatum Lannium exulatum abijisse; scribit Livius lib. 3. pag. 32. & seq. Atq; hac de Quaestoribus.

DE

DE DECEMVIRIS CON-
sularibus, Caput X X.

Et cum placuisset leges quoque ferri, latum est.)

1. Decemviri quando constituti, quandoque remoti.
2. Ob quas causas remoti, & prima quæ?
3. Secunda causa quæ?
4. Tertia quæ?
5. Ultima quæ?
6. Virginius quas ob causas filium interfecerit, & prior quæ?
7. Vindictæ, & abdicere vel abjudicare Vindictas quid?
8. Causa posterior necis Virginiæ quæ?
9. Dicitio partim geminate ne an sine geminatione proferri soleat?

Octauum Magistratum gesserunt Decemviri. Anno namque trecentesimo altero ab urbe condita, imperium consulare cessauit, & pro duobus Consulibus, decem facti sunt qui summam potestatem habentes, qui Decemviri appellati sunt; de quibus supra dictum est: meministi illorum Paulus in l. de eo 3. inf. de donat. int. vir. & uxor. Hi quamuis anno primo, in quem creati Magistratus erant, bene egissent, quia tamen lasa principia Magistratus eius nimis luxuriantere, cito lapsa res est, & mutatio Magistratus, utpote non diuturni, insignis non fuit. Cum enim, in secundam annum prorogato imperio, nimia atque aspera dominatione odiam sibi cunctorum conciliassent, plebsque concitata cum exercitu in Auentinum secessisset. Decemviris sublata potestas Consulibus restituta est.

Odij autem causas quatuor Iurisconsultus hic commemorat: quarum prima, prorogatio imperij fuit. licet enim in annum solummodo creati Magistratus essent; teste Livio lib. 3. pag. 34. & Dionys. lib. 11. fol. 505. apud quem ita ad Decemviros Horatius Barbatius Quinam estis, aut quem habetis legitimum Magistratum? an non in annum creati estis Reipublica presidentes? an non tempus elapsam est Magistratus vestri? an non priuatum facti estis ex lege? &c. Prætexta tamen legum, quas ultra decem

194 De Decemviris Consularibus.

decem primi anni tabulas ad Romani Iuris corpus explendum, desiderari adhuc pratendebant in sequentem sibi annum imperium nihilominus prorogârunt; quemadmodum Iureconsultus hic significat, dum inquit: constituti vno anno cum Magistratum prorogarent sibi &c. eamq; causam Dionys. d. lib. 11. in principio ferè, his verbis confirmat: Prima igitur causa odij Principatus paucorum fuit: quia coniunxissent priori Magistratus secundum, negligentes plebem, ac Senatam despicientes.

3 *Aliera causa iniuriosa rei tractatio fuit; prout Iureconsultus hic subiicit, inquiens, & cum rem iniuriose tractarent &c. Cum enim priores Decemviri ita seruassent, ut unus solummodo fasces haberet, hocq; insigne Regiam in orbem, suam cuiusq; vicem per omnes iret, subito omnes cum duodenis fascibus prodierant, ita ut centum & viginti licetoribus forum impleretur. Deinde consensu intercessionem etiam sustulerant, cum priores Decemviri appellatione collega corrigi reddita à se iura tulissent, & quadam quæ sui iudicij videri possent ad populum recessissent. Tertio hominum, non carum sati erant, ut apud quos gratia vim æqui haberet, iudicia domi constabant, pronuntiabant in foro: & si quis collegam appellasset, ita ab eo discedebat, ut pœniteret prioris decreto non stetit. Deniq; lætæ quorq; patricijs iuuenibus ita sepserant, ut cæteræ eorum tribunalia omnia obsiderent, qui tanta licentia in plebem utebantur, ut non solum bonis illius non abiret, verùm ne coniugibus quidem filiabusq; nubilibus, quod si maritis parentibusq; honestioribus animaduertissent displicere, urbe expellere eisdem iubebant, virgines cædi, aut securi subijci, ac ne gratuita crudelitas esset, bonorum donatio quorq; domini supplicium ut sequerentur ad extremam voluerunt; ut hac & similia iniusticia tyrannidisq; exem-*
pla

La Linius refert lib. 3. pag. 35 & Dionys. lib. 10. in fi. & libr. 11. in pr. ferè, & fol. 508.

Tertia causa, fuit cogitatio de obtinendo imperio in perpetuum. Vt enim, loco citato Linius: Opinio sine auctore excie- rat, non in presentis modo temporis eos iniuriam conspirasse, sed sedens clandestinum inser ipsos iurejurando iuram, ne comitia haberent, perpetuoq; Decemviratu, possessum semel retinerent imperium. Et hanc causam Iurisconsultus indicat, illis verbis; neq; vellent deinceps sufficere Magistratus, vt ipsi, & factio sua perpetuo Rempublicam occupatam retinerent. Atq; ita hic legendam est, non Magistratibus. Suffici enim Magistratus, dicuntur, quando in abeuntium locum subrogantur & substituuntur. S. post hanc maxima inf. hac lege. Vnde Cicero in orat. pro L. Murena pag. 368. Vnus erit Consul, & is non in administrando bello: sed in sufficendo collega occupatus, hoc est, substituendo. Et Virgilius in 3. Georg. in pr.

mitte in Venerem pecuaria primus,

Atq; aliam ex alia generando suffice prolem.
hoc est, substitue vel submitte. ita enim pecora, qua in demortuorum locum substituuntur & sufficiuntur, submitti dicuntur à Pomponio, in l. vel inutilium. 69. inf. de usufr. & Vlpian. in l. quid ergo. 70. infr. eod. & l. plerumq; 10. S. Si serui. 2. infra de jur. dot. Ianolen. in l. deducta 58. S. hereditatem 4. infra ad S. C. Trebell. & Iustiniano. in S. sed si gregis. Instit. de rer. diuis.

Quarta & vltima causa Appij libido fuit. Is enim cum filiam Virginij Icilio Tribunicio viro iam desponsatam, afflictim amaret, nec eius potiuandæ occasionem vllam videret; siquidem pudore septa omnia animaduerteter; ad crudelitatem superbamq; vim animum conuertit. Marco namq; Claudio clienti suo negocium dedit, vt virginem in seruitutem assereret.

Bb 2

seq;

seq̄. iudicem secundum seruitutem Vindicias dicturum, cum p̄-
 tr̄. jam in castris occupato, fieri facillimè posses. Claudius conditio-
 ne acceptâ puellam in foro deprehensam ad tribunal ducit, diſti-
 zans seruam eam esse, domi sua natam, furtoq̄. translata in
 in Virginij domum, illiq̄. profilia à Numissaria coniuge supposi-
 tam esse: petisq̄. declarari, ut se dominum ancilla sequatur. Ap-
 pius, ut promiserat, secundû seruitutem Vindicias decernit. Quod
 cum Virginius ex Alcido, ubi tunc cum hoste pugnabatur, clam
 vocatus animaduertit, deductam in forum puellam, lanij cultro
 interfecit, pudicâq̄. interemptor quam corrupta patere esse maluit.
 Extatq̄. eius Epitaphium apud Appianum in hanc modum:

*D. M. Virginius filia mea carissima Virginia
 nimiam ob pietatem proprijs meis manibus in-
 teremta, proh dolor, quantum fuit carissima.*

*Hoc ergo Appij facinore ad milites in castra relato, secessio in A-
 uentium facta est, Magistratusq̄. Decemviralis est euersus.
 quemadmodum Linius testis est, lib. 3. pag. 36. & seq. Dionysii
 lib. 11. fol. 520. cum aliquot seqq. Cicero in 2. de finib. pag. 200.
 Valerius Max. lib. 6. c. 1. Feneſt. lib. 2. c. 14. Et hoc est quod
 Iurisconsultus hic ait; Initium secessionis Virginium quen-
 dam fuisse. Vbi non ita Iurisconsultus accipiendus est, quod hæc
 sola secessionis libertatisq̄. causa fuerit, cum plures alie, & grani-
 ores longè. præcesserint, quemadmodum ex præcedentibus videre
 licet: sed quod hoc facinore ab Appio perpetrato, memoria alio-
 rum scelerum renouata sit, actum demum reparanda libertatis
 gratia, complebe exercitus Rempubl. dereliquerit.*

6

*Causas porro quare Virginius filiam interfecerit duas hoc
 loco Iurisconsultus recenset. Prima est, quod animaduertisset,
 Appium Claudium contra jus, quod ipse ex vetere jure in*

XII.

XI. tabulas transtulerat, Vindicias filia suæ a se abdixisse. Per Ius vetus, Ius Civile Iuriconsultus intelligit, iam inde a Bruto primo Consule moribus receptum. Regibus enim propter Sexti Tarquinij scelus in Lucretiam commissam, è Republic. exactis, etsi à Tyrannide Respubl. erat liberata, adolescentes tamen quidam nobiles, ex quorum numero Bruti filij duo, sororq; totidem, aliq; quorum memoria vetustate abijt, quibus libere inno-
 centerq; sub Senatorijs vivere legibus difficile erat, tyrannidis iugum magis, quàm libertatem probârunt. ideoq; de nece Consul-
 lum, deq; Regibus clam nocte recipiendis, conspirârunt, literis ea de re ad Tarquinius confectis quibus consiliorum patefecerunt ra-
 tionem; qua faciunt ipsum postea prodiderunt. Servus enim Vitel-
 liorum vindices ex urbe Cenina captivus, Dionys. autore libr. 5. fol. 208. consilia, qua in conuivio Vitelliorum, cui Tarquinij Lega-
 ti intererant, agitabantur, intelligens, manifestanda ea esse ex-
 istimabat. ideoq; eam occasionem expectabat, ut litera Regijs Le-
 gatis darentur, qua deprehensa rem coarguere possent. postquam
 datas sensit, rem ad Consules detulit, qui cum literis proditores
 deprehensos in vincula coniecerunt. Cumq; Bruti filijs supplicio
 affectis, Vitellijs quoq; capitis causa dicenda esset, initio seruum
 suam reddi sibi voluerunt, nec apud accusatores asseruari. Verùm
 Brutus ut de statu serui controuersia nulla esset, ob meritum
 samen in Rempublic. collatum, vindicias secundum libertatem
 dixit, voluitq; ne seruus in potestatem Vitelliorum ob accusatio-
 nem ei insensissimorum prius veniret, quam maiestatis causam
 & ipsi dixissent. Dictâ itaq; causâ, sumtoq; de ipsis quoq; suppli-
 cio, ut in utramq; partem arcendis sceleribus exemplam nobile
 esset, premium iudici pecunia ex arario, libertas & ciuitas, vir-
 gula capiti eius per licitorem imposita, data est, cautumq; fuit, ut
 qui libertatem isto modo in posterum nanciscerentur, Vindicta

manantibus; dicerentur; *Liuius lib. 2. pag. 15. Dionysius lib. 5. fol. 208. cum aliquos seqq. Zonaras tom. 2. annal. pag. 18. Plutarchus in Poplicola fol. 32. & Sabellicus Emnead. 2. lib. 7. col. 359.*

Hoc ergo ius Vesus est, quod in XII. Tabulas Appianus Claudius transtulit, videlicet; *Vindiciae secundum libertatem dantur*: quodq; idem libidinem spirans infringere ipse conatus est, dum Vindicias Virginia secundum seruitutem decreuit. *Vindiciae possessionem significans. Et dari vindiciae secundum libertatem dicuntur, quando is qui de suo statu litigat in possessione libertatis relinquitur. Lite enim siue causa liberali ordinata, is cui status quaestio mouetur, liberi loco tam diu habetur, nec ab eo qui Dominum se dicit, possidetur, donec contrariam fuerit definitum; l. 14. C. libr. caus. l. ordinata & l. si cui. §. licet inf. eodem l. 1. C. qui dar. tut. Et abdicere, siue, ut Aelianus legit, in l. pecunia verbum 178. §. actionis, nn. 4. de verb. sig. abjudicare a se rei alicuius Vindicias ille dicitur, qui iudicio siue sententia sua possessionem alicuius rei alteri auferat aduersarioq; adiudicat, ita ut is possessionem illius nanciscatur. Ita Appianus Claudius a se Vindicias Virginiae abdidit, cum propinquis, Vindicias secundum libertatem petentibus negauit, & secundum eum, qui a se suppositus erat, ut Virgine possideretur, sententiam dixit. Hinc *Lis Vindiciarum* apud Ciceronem in 3. Verr. fol. 277. cum litigatur de ea re apud Praetorem, cuius incertum est, quis debeat esse possessus: & ideo qui eam tenet satisdat pro prede litis Vindiciarum aduersario suo, quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione facturum de qua iurgium esset. Rursus sponsione ipse prouocatus ab aduersario certe pecunia aut estimationis quam amittat, ni sua sit hereditas de qua contendit; quemadmodum Acon. ibidem fol. 41. interpretatur. Interdum tamen Vindiciae non possessionem, sed rem, aut particulam*

particulam rei cuius possessio postulatur, significant; teste Gellio lib. 20. c. 9. & Sexti. Festo de verb. sig. pag. 462. dicitur inquit: Superstites testes presentes significat. cuius rei testimoniam est, quod superstitibus presentibus, q̄, inter quos contronevia est, Vindicias sumere iubentur: Et pag. 505. ex Cincio sic inquit. Vindicia olim dicebantur illa, qua ex fundo sumta in ius ablat̄ erant. Et ad rem fortè respiciens Charisius apud Adrian. Tarnob. lib. 13. aduers. c. 27. fieri potest, ut Vindicias in d̄cipiar sit interpretatus.

Porro altera causa necis illa fuit, ut scilicet morte virginis contumeliam stupri arceret; quam Linius lib. 3. fol. 37. in fine comprobat, cum orasse Virginium commilitiones scribit, ne quod scelus Appij Claudij esset, sibi attribuerent: ne se ut paritodam liberum auersarentur. sibi vitam filia sua carioram fuisse, si liberè ac pudicè viuere licitum fuisset. cum velat seruam ad stuprum rapi videret, morte amitti melius ratam quam contumelia liberos. misericordià se in speciem crudelitatis lapsum. ne se superstitem filia futuram fuisse, nisi spem vlciscenda mortis eius in auxilio commilitionam habuisset. illis quoq; filias, sorores, coniugesq; esse. nec cum filia sua libidinis Appij Claudij extinctam esse, sed quo impunitior sit, eò effrenatorem fore: aliena calamitate documentum datum illis, cauenda similis iniuria. quod ad se attineat, uxorem sibi fato ereptam. filiam, quia non vltro pudica victura fuerit. miserà, sed honesta morte occubuisse. Quibus & qua ibi narrantur ceteris ea omnia qua in textu hic nostro subiunguntur, perspicuè declaratur: usq; ad verba ista, populiq; consensu partim in carcere necati, qua in emendationibus codicibus circumscrip̄ta sunt. Et sanè verisimile est, ab interprete quodam ea ex veterum historijs, quia congruere huic loco videntur, quomodo non integrè, propter interpellatam fortasse operam

8.

operam, fuisse adscripta, qua tamen in contextum postea nihilominus irrepserint. Integre autem adscripta non fuisse, cum dictio partim, qua geminatè proferri solet, ostendit l. omnes populi sup. de just. & jur. l. 3. inf. famil. erc. tum Livius lib. 3. pag. 39. ubi Appium & Oppium in vincula ductos ante judicij diem finem ibi vita fecisse, collegas autem eorum exilij causa solam vertisse, illorumq; bona publicata fuisse, scribit. Et autp de viris illis scribit c. 21. Decem viros omnes, aut morte, aut exilio fuisse punitos. Dictionem tamen partim, sine geminatione positam, aliquando inueniri, negari non potest. Vt enim Iustiniani testimonium in S. 1. Instit. de test. ord. & Gellij lib. 10. c. 13. in pr. omissam: apud Ciceronem exempla passim obuia sunt. In Bruto enim pag. 345. sic inquit: Cum in sylva Scantia facta cadesset, notiq; homines interfecti, insimularetarq; familia, partim etiam liberi, societatis eius, qua Picarias de P. Cornelio & L. Mummiio Censoribus redemisset, decreuisse Senaturn, ut de ea re cognoscerent Consules. Et in 2. de diuinat. pag. 274. ait: Quid Casarem putamus? si diuinasset fore, ut à nobilissimis ciuibus, partim etiam à se omnibus rebus ornatis, trucidatus ita jaceret, ut nemo ad eum accederet? quo cruciatus animi vitam acturum fuisse? Et in Laelio, pag. 210. Sed nihil est quod illi non persequantur suis argutis, partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit, unum sollicitum esse pro pluribus &c. Et in priori contra Rallum ad populum pag. 189. Sunt Sacella, inquit, qua maiores in vrbe partim perfugia periculi esse voluerant: hac lege Tribunicia Decemviri vendent. Sed hac de Decemviris haec ennu.

DE TRIBVNIS MILITVM,
Caput XXI.

Deinde cum post aliquot annos quam duodecim.

Nonnu

DE TRIBVNIS MILITVM,

Caput XXI.

Deinde cum post aliquot annos quàm duodecim)

1. Tribunorum militum genera quot? & qui Rufuli? 2. Rufulorum Tribunorum militum officium quod? 3. Comitiat Tribun militum qui & quotuplices? 4. Tribuni militum Consulares qua occasione creati? 5. Potestas eorum & insignia quae? quomodoq; à Consulib; differant? 6. An eodem numero semper constituti? 7. Militum Tribuna consulari euerfo, ad Consulatum qua ratione reditum?

Nonus Magistratus, *Tribunorum Militum* fuit. Horum duo genera fuerunt, teste *Asconio* in 2. *Verr.*

fol. 20. in fi. Primus eorum qui Rufuli dicebantur, ex eo quod P. Rutilius Rufus Consul, primus de eorum jure & imperio tulisset; teste Sexto Festo de verb. sig. pag. 373. in fi. Et Valer. Max. lib. 6. c. 10. Hi in exercitu creati solebant; meminitq; illorum Livius lib. 7. pag. 80. in pr. & Impp. in l. Tribuni 11. & l. nemo miles. 13. C. de re milit. lib. 12. l. vnic. C. de Salgamo & l. 1. C. de comitat. eod. lib. 12. Talemq; se quodq; Horatius libertino patre natum, aliquando fuisse, lib. 1. serm. Satyr. 6. illo versu significat;

Quod mihi parèra legio Romana Tribuno &c.

Itemq; Velleius Paterculus libro posteriori. Quod, inquit, spectaculum perquam clarum & memorabile, sub initia stipendiorum meorum Tribuno militum mihi visere contigit. Officiumq; illorum Macer commemorat in l. officium. 12. §. vlt. inf. de re milit. Pompon. Latius in libello priori de Magistr. Rom. c. 19. Polyb. lib. 6. pag. 180. cum aliq. seqq. Vegetius lib. 2. c. 12. itemq; Cicero in 3. de LL. pag. 436. Miliria, inquit, qui iussu erant imperantis eorumq; Tribuni sunt. Per quam eleganter autem Imperator Aurelianus in quadam epistola, apud Vopiscum, in illis

*Epist. ad Adrianum
quod Vespasianum
ubi quorundam
sese militum gratiam
debetur differitur*

vita, non longe a principio. Si vis, inquit, Tribunus esse, imo se
vis vivere, manus militum cogitare. Nemo pullam alienam rapi-
at; ovem nemo contingat, vnam nullus auferat; segetem non
deterat; oleum, sal, lignum nemo exigat; annona sua contentus
sit. De prada hostis non de lacrymis provincialium habeat, arma
tersa sint; ferramenta samiata (intelligit mucronata sive exacu-
ta) calceamenta fortia, vestis nona vestem veterem excludat.
Stipendium in balneo non in pompa habeat. Torquem brachialem
& anulum apponat. equum saginarium suum defricet. captum
animal non vendat. mulum centuriatum (ad onera scilicet fe-
renda singulis centurijs assignatum) comitor cares. Alter alie-
ri q. seruus obsequatur: a medicis gratis curentur. Aa spicibus
nihil dent: in hospicijs caste se agant: qui litem fecerit vapules
&c. Quodq; ad furtum attinet, ab eo milites in iusurandum adi-
gebantur, in hac verba conceptum: In Magistratu C. Laliy C.
filij Cos. L. Cornely P. filij Cos. in exercitu, decem millia passuum
prope, furtum non facies, dolo malo, solus, neq; cum pluribus, plu-
ris numi argentei in dies singulos. Extra hastam, hastile, ligna,
pabulum, virem, follem, facutam, si quid ibi inueneris, sustuleris ve
quod tuam non erit, quod pluris numi argentei erit, uti tu ad C.
Lalium C. filium Cos. L. ve Cornelium P. filium Cos. sine ad quem
eorum ius erit, proferas, aut proficere in eridno proximo, quic-
quid inueneris sustuleris ve dolo malo, aut domino suo cuius id
conferbis esse, reddes, uti quod recte factum esse voles, quemadmo-
dum ex Cincio libr. 5. de re militari Gellius tradit libr. 10. moft.
Attit. c. 4.

*Tribuni non libens con-
sulari potestate
maxim*

Alij Comitiaty erant, qui Roma Comitij designa-
bantur. Et huius generis Tribuni militum erant Con-
sulari potestate. Qui tamen ipsi quoque in duplici differetia
erant. Quidam enim bellorum gratia creabantur, quorum mul-
titudine

titudini duo Consules præesse non poterant: qui Tribuni Militum dicti videntur, quod Militibus pro Consulibus imperarent. & horum meminit Livius lib. 4. pag. 44. ante finem. Quidam verò creabantur propter Legem à Tribunis plebis de Consulibus ex plebe creandis promulgatam: & de his Iureconsultus hic agit inquit: Deinde cum post aliquot annos quam duodecim Tabula lata sunt, & plebs contenderet cum patribus, & vellent ex suo quoque corpore Consules creare, & patres recusarent: factum est, ut Tribuni Militum crearentur, partim ex plebe, partim ex patribus, Consulari potestate. Cam enim M. Genucio & C. Curtio Consulibus, C. Canuleius Tribunus plebis rogationem primum, de patrum plebiusq; connubio promulgaret, quo contaminari sanguinem suum patres, confundiq; iura gentium rebantur; deindeq; mentio sensim inferretur, ut alterum ex plebe Consulem fieri liceret; cui res patres similiter obstarent, parùm utiliter pretendentes, quod nemo plebeius auspicia haberet: & ob id Decemviroso connubiam diremisisset, ne incerta prole auspicia turbarentur: ideo cum bella varia Romanis undiq; imminerent, delectusq; propterea haberi juberetur, exasperata plebs, et sui contemptum, delectum pati noluit. Cum itaque aut hostibus aut civibus de victoria concedendum esse appareret, Tribunorum plebis pertinaciâ se vincti patres passi sunt: concesseruntq; ut lex de connubio ferretur, a Tribuni militum Consulari potestate promiscuè tam ex plebe, quam patribus crearentur; de Consulibus creandis nihil mutaretur. Indictis itaq; comitijs, tres Tribunos militum Consulari potestate populus creavit, A. Sempronium Atratinam. L. Atilium Longum. & T. Cladium Scaurum, patricos omnes; eo contentus, quod ratio plebeio.

plebeiorum habita fuisse: illiq; anno trecentesimo decimo quam
 urbs Roma condita erat, Magistratum inierunt; quemadmo-
 dum Livius auctor est, lib. 4. à pr. & Fenest. lib. 2. c. 16. Nec ad-
 versatur Eusebius, Magistratus huius initia in annum primam
 tertiam & octogesimam Olympiadis rejiciens. Id enim librorum
 errore contigisse manifesto, qui pro Tribunis militibus, ple-
 bis Tribunos posuerunt, auctor est Sabellicus Ennea. 3. lib. 4. in fi.

Penes hunc igitur Magistratum, eadem, que apud Con-
 sules potestas fuit: nam & Sella Curuli, & Consulari prætexta,
 lictoribus & fascibus Consularibus insignes erant; Alex. lib. 2.
 c. 2. In hoc solummodo differentia erat, quod iisdem nominibus
 non appellarentur. placuit enim patribus plebipotenti Consularem
 potestatem, quam Consulatum nomen communicare: ut Zamoras
 auctor est tom. 2. annual. pag. 28. in fi. idq; ob id, ut idem subj-
 cis; ἵνα μὴ τὸ ἑκλήσασιν εὐήμων τῷ σὺν Φαυμὸν ἰκέλει κατὰ πρῶτον
 νόστο. nescilicet honoratam vocabulam a promiscua turba iniqui-
 maretur: & quod Consules jure ordinaria, hi vero extraordinario
 Senatuum Consulendi ius haberent; ut ex Varrore Gellius tradit
 lib. 14. nott. Att. c. 7.

6 Numerus autem Tribunorum militum idem semper non
 fuit; sed ut Iurisconsultus hic significat, pro bellorum ratione, va-
 rio numero constituti sunt; ita ut tres interdum, nonnun-
 quam quatuor, & quandoq; sex creati sint, ut ex marmore Capi-
 tolino videre licet. Ac sex quidem anno urbis 348. creati ce-
 pios esse, cum ante, modo tres, modo quatuor crearentur, ostendit
 ille ipse annus in tabulis Capitolinis, qui eorum nomina comple-
 ctitur; nec plures quam sex creati in his reperiuntur. Nec ad-
 versatur Livius lib. 5. in pr. ubi octo Tribunos militum, quot
 nunquam antea creatos tradit. Livius enim Censores M. Fa-
 rium Camillum & M. Postumiam Albinum inter Tribunos
 adnumeravit.

adnumeratis, qui tamen virgula fransuersa in Lapide Capitolino ab his secerantur: licet non eo sed sequenti anno Ioffram comdidimus. Neq; Iurisconsultus etiam hic obstat, qui interdum viginti, interdum plures creatos adferit. Illi enim, prout & Foenestella qui eum secutus est, fides historica contradicis. Nam non solum marmora Romana matris quã Senary numeri mentionẽ non faciunt: sed ab alijs etiam autoribus, vt apud adydan xxi isonius illud & tacitum & prætermissum est, cum tot Tribunorum imperia ambiguis decretis certissimo exitu Republica fuissent.

~~Ex~~ Tribunatus in Republica Romana per annos sex & septuaginta usurpatus fuerit; eo tamen postea patrũ onlentia miserãq; plebis abrogato ad Consulatum reditum est; quã admodum Iurisconsultus hic ostendit, subiiciens; Deinde cum placuisset, creati etiam ex plebe Consules; coeperunt ex utroq; corpore constitui. Cum enim are alieno plebs obstricta, unde solueret non haberet, atq; ob id creditoribus addicta, fama & corpore satisfacere; adeo obnoxios non infimi solum, sed principes etiam plebis animos summiserant, vt non modò ad Tribunatum militum, inter patricios petendum, quod tanta vi vt liceret resenderant, sed ne ad plebeios quidem Magistratus capeffendos, ulli viro acri experientiãq; animus esset. Ne itaq; nimis letam ex omni parte patribus id procederet, C. Licinius & L. Sextius Tribuni plebis creati sunt, qui, cum alijs etiam hanc legem promulgãrant, ne Tribunorum militum comitia fierent sed Consulatum, utq; alter eorum ex plebe crearetur. Eam legem, etsi patres summa contentione impugnaverant, ita vt tertia etiam plebis a patribus secesso fuerit timenda, ijdemq; Tribuni Magistratum per quinquenniu soli obtinuerint; postea tamen nihilominus perlatã est, primuq; omnium ex plebe L. Sextius, anno vrbes 386. Consul est creatus; quemadmodum Livius auctor est lib.

6. pag. 76. ubi adhibet finem: restaturq; post eum Sabellius En-
 noad. 4. lib. 2. in fine: Nec sibi Linius ipse adversatur lib. 3. pag.
 41. apud quæ ita T. Quinctius Capitolinus Consul ad populum
 Consul exiit, inquit, facere vestram patriam, etsi patriam videbu-
 mus iniquam, Patriam quoq; Magistratum plebi donum fieri
 vidimus: Unde dicendum videbatur, Consules ex plebe anno
 307. creati cepisse, & non 386. Locum enim illum imperfectum
 esse, iam ab alijs annotatum est: idq; rectè. Nam licet de hac re
 mentio illæ a fuerat, id tamen plebem non obtinuisse patam est.
 Verum postea plebi Consulatum rursus extortum, patricijsq; so-
 los, quibus maxima divitiæ fuissent, ad eandem assumptos esse,
 donec Caius Marius bello Jugurthino Consul factus, eandem
 dea intermissam plebi restituerit, tradit Alex. Neopol. lib. 2.
 c. 3. Atq; hac de Tribunis militum.

DE AEDILIBVS CURVLIBVS,

Caput XXII.

Tunc ut aliquo pluris.)

1. AEdiles Curules qua occasione & quando creati? 2. Unde sic dicti?
 & insignia illorum quæ? 3. AEdiles Curules, an plebei potuerint fieri?
4. Quid in scribis & filijs familias? 5. Officium & potestas AEdilium Cu-
 rulum quæ? 6. Quomodo coercita & imminuta? & à quibus?

D Eimus Magistratus, quem Polybius in Epit. lib. 10. pag.
 247. ἀρχὴν τῶν κούρων ἔσθον Ἰνφῶντος ὀνόματι nominat, pene.

AEdiles Curules fait. Cum plebe etenim præter ceteros
 Magistratus etiam Consulatu communicato, cum ob civitatis
 concordiam ludos maximos faciendos Senatus censuisset, ut dies
 unus triduo adyceretur, AEdilesq; plebi id manus recusarent,
 conclamatum à Jauentibus patricijs est, se id Deorum immortalium
 causa libenter facturos, si AEdiles fierent; ideoq; ut ali-
 quo pluris patres haberent: placuit; ut Iuriconsultus hic in-
 quit,

quæ, duos ex numero patrum constitui: ita facti sunt AEdiles Curules. Factum autem hoc est eodem anno, quo primus ex plebe Consul creatus est, hoc est, anno 386. primiq; omnium ex patribus Cn. Quinctius Capitolinus, & P. Cornelius Scipio, AEdiles Curules sunt creati; teste Lincio lib. 7. in princ. Curules dicti, secundum Festum de uerb. sig. pag. 74. quod uelut currus, quam ætymologiam Isidorus uidetur probare lib. 20. c. 21. sed uerisimilius est Curules ex eo dictos esse, quod sella uidebantur Curuli. idq; ita esse, non solum ex Plutarcho supra docuimus. c. 18. sed confirmat etiam Theophilus in paraphrasi Iustitusionum, proponens de iur. nat. gen. & civ. κέρυκας inquit, ἀνοικαδὴν (Cn. Als) τῦτο, ἐπειδὴ κέρυκλυτο τῆ σέδην τῆ ἐκαστοῦ. Et Gellius lib. 3. c. 18. ubi Magistratus honoris gratia curru uelut in Curiam solitos scribit, in quo curru sella fuerit, supra quam considerent, quæ ob eam causam Curulis sit appellata. Quod autem præter prætextam adliriam, cuius Lulius loco prædicto meminit, & Cicero in orat. contra Vatiniū, Pliniusq; lib. 9. c. 39. Sella quoq; Curuli fuerint usi, historia Cn. Flauii AEdilis Curulis manifestum facit; qui cum ad uisendum agrum collegam suū ueniret, neq; a nobilibus, quorum frequentia cubicalum complexum, sedendi loco reciperetur, Sellam Curulem auferens insit, & in ea honoris pariter, atq; consuetus sui uindex consedit; autere Valerius, lib. 2. c. 1. & Gellio lib. 6. c. 9.

Ceterum hic honos, etsi patriciorum solum inuito fuerat, sequenti tamen anno, cum pro uno Consule Plebeio, tres patricios, Curulibus Sellis prætextatos, unum Prætorē, & duos AEdiles, ueluti Consules sedere, Tribuni plebis in concione quererentur, concordia causa concessum primum, ut AEdiles Curules alternis annis ex plebe fierent; postea promiscuum fuit, libero in omnibus AEdilitiū Curulium comitijs populis suffragio; quemadmodum lib. 7. in pr. Lincius auctor est. Cuius eo in statu plurib. annis Curulis Aedilis as ita durasse t.

durasset, anno tandem 449. eo delapsa est, ut cum libertini etiam generis hominibus communitari caperit: ut de Cn. Flauio Inreconsulto tradit S. postea cum Appius sup. hac lege, & Valerius, Gelliusq. locis proximè dictis. Scribas tamen honoris illius participes fieri non potuisse, quod ordo patrum honestum Roma. videretur, Liniu autor est lib. 9. in fi. & Gellius loco sup. dicto, & Cicero in Cluentiana pag. 115. ubi scribam AEdilium, hominem senem appellat. Quamuis apud Græcos secus fuerit. apud eos. n. ad id officium nemo admittebatur, nisi honestoq. locornatus, fides & industriâ cognitâ, quod necesse esset eum omnium consiliorum esse participem; ut AEmilius Probus autor est, in vita Eumênis, in pr. utcumq. postea Athenis etiam, cum pecunia à parte aduersa corrupti, sapè aliter quam ut LL. decreta & testimonia concepta erant, recitarent, ac causa exitium afferrent, conditio horum vilis haberi capta sit, teste Vlpiano in Demosth. & de p. eto. Sic eos quoq. ad AEdilitatem, siue Curulem, siue Plebeiam, qui patrem superstitem habuerant admitti non potuisse, ex Cicerone colligitur in oratione pro Cn. Plancio pag. 689. dum inquit: Vidit pater tuus Appium Claudium, nobilissimum hominem, viuo patre suo, potentissimo & clarissimo ciue, C. Claudio, AEdilem non esse factum, & eundem sine repulsa factum esse Consulern. Et Linius lib. 27. pag. 209. Negabant, inquit, Seruilium iure aut Tribunum plebis fuisse, aut AEdilem esse, quod patrem eius, quem Triumvirum agrarium occisum à Boys circa Mutinam esse opinio per decem annos fuerat, viuere, atq. in hostium potestate esse satis constabat. Et lib. 30. pag. 237. Latum, inquit, ad populum est, ne Cn. Seruilio frandi esset, quod patre, qui Curulis Sella sedisset, viuo, Tribunum plebis atq. AEdilis plebis fuisset, contra quam legibus sancitum erat. Cum enim patre apud hostes manente, status filij propter postliminij spem incertus esset, in bello 12. S. 1. & bona eorum

22. §. 1. *infr. de capt. & postli. reuers. ac tam AEdilitia quam Tribunicia potestas sacrosancta; mirum videri nequaquam debet, quod geri AEdilitas à filijs. non posuerit.*

Officium porro illorum in multis consistebat; præcipue verò curâ rerum vanales ad eos pertinebat. Vnde à Græcis etiam ἀγορεύουσι dicti sunt, quasi leges ac regulæ fori, ut ex Zanara sup. relatum est. Ideoq; non solum pretia rebus vanales præstare tuebant; Linius lib. 10. & Apuleius lib. 1. *Metamorph. iniquasq; ac falsas mensuras frangebant; l. item queritur. 14. §. si quis mensuras inf. locati; Verum de venditionibus etiam seruum iumentorumq; cognoscebant, si ex bona fide vanirent, deq; illorum vitio & morbo, duabus datis actionibus redhibitoria & astimatoria. quarum illa venditionem in totum rescindebat, reddita re vendita, & pretio recepto, cæterisq; omnibus in integrum restituta; hac in partem, reddito scilicet emtori, de pretio eo, quo minoris res erat. unde etiam actio Quanti minoris dicebatur, ἡ γὰρ ἡ μείζων τὸ τίμημα ut Eustathius ἐν τῷ ἑξῆς ἀναγινώσκων interpretatur, tit. de sex mensium præscriptione, qua de re tot. r. ff. de adilitio edicto & t. t. C. de adilitijs act. Quinimo quo habitum etiam viarum parceras, de eo eosdem similiter cognovisse, Suet. docet in August. c. 40. Sicut & viarum curam ad eosdem spectasse ex l. lectos 12. *infr. de per. & com. rei vend. colligitur; ubi Paulus AEdilem lectos, quod in via publicâ positi essent, scribere concidisse. itemq; ex l. hi enim 40. cum 2. seqq. De adilit. edict. in quibus AEdiles edicunt, ne animal aliquis quæ vulgò iter sit ita habeat, ut nocere alicui possit. Hinc Vespasiano AEdilitatem gerenenti, iussu Caligula, pro Tribunali inter Consules in foro sedentis, multamq; sorte cænum in angiportu quodam videntis, vestem luto oppletam esse propter curam angiportibus purgandis verrendisq; vix non adhibitam, tradit Suet. in Vespasiano. c. 5.**

Et Dian. Rom. hist. lib. 59. his verbis: πλὴν πλὴν ἐν σενωπιῶν ἰσίδων, ἐκείλασαν αὐτὴν ἐς τὸ ἑσπασσασθαι ἰμάλιον ἀγορανομῆν-
 τ' ἢ πὸ τῆ καὶ τῶν σενωπιῶν καθαρῶν) Ἐπιμελεσμένε ἐμβλη-
 θήσῃ. Et ad id *Ædilitium officium* Plautus in *Truculentio* allu-
 dit, dum amatorem *Ædiles*, quibus cura viarum & publica
 mundiciei erat, metuere, atq; ob id suis in rebus mundissimum
 esse ait, his versibus:

Qui bona sua pro stercore habet, foras inibi ferri metuit
 Publicas, mundissimus est.

Deniq; ludos instituere, quæve ex causa, quibusve in spectaculis
 fierent, & ut cloaca publica & aqueductus ceteraq; ædificia lau-
 ta munda integræq; & expedita afferuarentur, *Ædilitium offi-*
cium isidem fuisse, tradit *Fenestella* lib. 2. c. 13. Quæ omnia, &
 si quæ alia sunt, ad *Ædilitium munus spectantia*, *Cicero* hoc ip-
 so officio functus in 7. Ver. pag. 645. his verbis complexus est:
 Nunc sum inquit, *Ædilis*: habeo rationem quid à populo Rom.
 acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum carmonia Ce-
 reri, Libero Liberæq; faciendos: mihi Floram matrem populo
 plebiq; Rom. ludorum celebritate placandam: mihi ludos anti-
 quissimos, quo primi Romani sunt nominati, maxima cum digni-
 tate, ac religione Ioui, Iunoni, Minervæq; esse faciendos: mihi sa-
 crarum adiuturam procuratoriam, mihi equam urbem tuendam esse
 commissam: ob earum rerum laborem, & sollicitudinem fructus
 illos datos, antiquiorem in Senatu sententiæ dicenda locum, so-
 gam prætextam, Sellam Curulem, ius imagines ad memoriam, po-
 sterioritatemq; præcedendam. Et in 3. de LL. pag. 436. in si. sunt *Æ-*
diles curatores urbis annonæ, ludorumq; solemnium: ollisq; ad ho-
 noris amplioris gradum, is primus ascensus est. *Claudius* tamen
Imperator *Ædilitium* potestatem, quæ à *Callistrato* notatur in l.
 eos. 12. inf. de decur. aliquantum cohibuit, dum cœrcitionem po-
 pularum illis ademisset, atq; Suet. in illius vita. c. 38. quam Ne-

eo angustiorem fecit, dum statuit, quantum Carales & quantum Plebei pignoris caperent; vel pœna irrogarent; teste Cor. Tac. lib. 13. annal. pag. 373. Tandem in municipijs, in quibus & ipsis AEdiles, fuisse constat ex l. qui infulam 30. S. 1. inf. locati & d. l. eos qui. 12. inf. de decurionib. Spart. in Hadria. pag. 142. Per. Saty. 2. in fi. & Iuuenal. satyr. 10. anse med. ad Decuriones officium eorum omnino translatum est. Atq; hac etiam de AEdilibus Caralibus dicta sufficiant.

DE PRAETORIBVS Caput XXIII

Cumq; Consules auocarentur.)

1. Praetores, Praetorium, Praetoria cohors, & Porta Praetoria vnde? 2. Praetores quoruplices? & vtra Praetura dignior? 3. Urbana Praetura quando coeperit? 4. Cum plebe vtrum communicata? 5. Praetor Consulium collega cur dicatur? 6. Quibus Comitijs fuerit creatus, quibusq; insignibus? & an ab vrbē abesse potuerit? 7. Officiū illius praecipuum quod? 8. Per se jus reddidit, an per alium? 9. Per alium jus dicens ex ordine, an verē extra ordinem iudicauerit? 10. Praeter jurisdictionem ad Praetoris officium qua spectauerint? 11. Praetura Caesarum temporibus quomodo immutata? 12. Praetor peregrinus qua occasione, & quando institutus? 13. Pœntas illius qua? 14. Liberos an libros scripserit iam de officio Praetoris vrbani quam peregrini?

Vndecimus Magistratus, Praetorum fuit. Praetores à præeundo dicti sunt, quasi Praetores, quod scilicet iure & exercitū praerent, teste Varrone lib. 4. de ling. lat. pag. 22. & seq. in fi. & Iustiniano in Nouella 25. in pr. Hinc Praetoria non solum domus appellata sunt, sine domus iudiciaria, in quibus ius Magistratus reddebat, sed κατὰ φύσιν etiam, sine loca in quibus solebant habitare, ut Iustinianus ostendit Nouell. 24. in pr. & constat ex l. vlt. C. de offic. rect. prou. l. praetoria 4. C. de oper. publ. & l. cunctos 3. C. de metat. & epidem. lib. 12. Itemq; Praetoria cohors apud Festum de verb. sig. pag. 292. que scilicet à Praetore non discedebat. & Praetoria porta apud eundem, qua à quacunaq; militum Imperatore exercitus in praelium educebatur:

Dd 3

quia

quia initio Pratores erant, qui nunc Consules, hęc bella administrabant, quorum tabernaculum quoque dicebatur Pratorium: ut tabernaculum Principis militia Principium, apud Macrum in l. officium 12. in fin. inf. de re milit. Fuerunt autem in duplici differentiā, alij enim Urbani erant, alij provinciales. Verum Urbana pratura, cū Provinciali priori fuerit, ac ut Platarch. in vita M. Bruti autor est, maxima dignitate præcellerit, omnibusq; Praturis gratior ac præstantior habita sit, ut Cicero in orat. pro Muræna contendit, pag. 340. cum 2. seqq. adeo ut M. Cælius (ita enim pro Cælio apud Dionem ex Cæsare in 3 de bell. ciuil. legendam videatur) indignè tulerit eam sibi non obrigisse, sed collegam Treboniam sibi prælatam esse teste Dione lib. 2. pag. 120. ideo de ea prius tractatio instituitur. Hæc cum AEdilitate Curuli instituta est. Cum enim lex Licinia de altero Consule plebeio perlata esset, & Consules, ut Iurisconsultus hic inquit, auocarentur bellis finitimis, neq; esset qui in ciuitate jus reddere posset, à plebe nobilitati non solum de duobus AEdilibus Curulibus, de quibus iam dictum est, verum de vno etiam Pratore, qui Consulibus bellis finitimis auocatis jus in ciuitate reddere posset, ex patribus creando, est concessum. Factum itaque, ut idem Iurisconsultus noster subiicit, est, ut Prator crearetur, qui Urbanus appellatus est, quod in vrbis jus redderet: præmusq; omnium Sp. Furius Camillus, ut collega Consulibus esset, hęc auspicis Prator est creatus; quemadmodum à Livio in fi. lib. 6. & pr. lib. 7. traditum est. Hinc Cicero lib. 10. epist. fam. epist. 12. ad Cn. Plancium scribens Placuit, inquit, nobis ut statim ad Cornutum Pratorem urb. literas deferrem, qui, quod Consules aberant, Consulare munus sustinebat more maiorum. Hæc tamen honos diu apud patricos non mansit. Licet enim initio de Pratura nulla querela, nullaq; plebis vox exaudiretur, ob id for-

tasse, quod cum unus Prætor crearetur, eam ipsum locum appetere impudentia videretur: Prætorum tamen numero postea æquato, ne Magistratus alicuius plebs participans non esset, Prætura etiã cū plebeis hominibus cōmunicari cœpta est: Primusq; omnium Q. Publilius Philo, aduersante Sulpitio Consule, qui rationem eius se habiturum negabat, Prætor de plebe factus est; ut Linius testatur lib. 8. pag. 93. Porro quod Prætores Consulibus Collegam fuisse diximus, non ita accipiendum est, quasi periculum Consulibus imperio & potestate fuerit; constat enim & Consulari generi Prætoriam cedere; teste Cicrone pro Cn. Plancio pag. 66 9. Consulibusq; Magistratum maiorem appellari à Sexto Festo de verb. sig. pag. 149. in pr. & Prætoriam vim imperij minorem & auctoritatem esse; teste Linius lib. 43. pag. 266. in pr. In tantum, ut manumissio à Prætore coram Consule, tanquam superiori, facta quidem procedat, l. apud eum 14. §. 1. inf. de manumiss. qua tamen apud eam cui par imperium esset, processura nunquam fuisset; cum Prætor apud Prætores manumittere non possit. l. Apud filium familias. 118. §. 1. inf. de manumiss. vind. Sic Magistrum militum Dictatoris collegam esse nemo est qui nesciat; Dictatoris tamen imperio est subiectus; prout Polyb. tradit libr. 3. histor. Rom. pag. 93. ubi inquit: *στὸ* (intelligit M. Minucium Rufum Magistrum equitum) *τέτακται ὑπὸ τοῦ ἀποστολάρχου*; loquitur enim de Q. Fabio Maximo Dictatore. & c. Prætor igitur Consulibus, collega non dicitur, quod par cum illis imperium habeat: sed quod hysdem auspicijs creati, eadem inter se, quasi Collega vel turbare possint, vel retinere, auctore Gellio lib. 13. c. 14. ante si. quodq; q. participato Magistratus se inuicem collegas solent appellare; quemadmodum apud Plinium in Panegyrico videre licet, pag. 409. cum de Traiano Imperatore iam Consule loquens inquit: Pleraq; ad Prætores remittebat, atq; ita, ut Col-

legas vocaret, non quia populare, gratumq; audientibus, sed quia
ita sentiebat &c.

6

Creatus autem Prator videtur, esse Comitjs Centuriati.
Cum enim minores Magistratus Tributis Comitjs, maiores Cen-
turiati crearentur, teste Gellio lib. 13. c. 14. consentaneum est,
Pratorem quoq; qui inter maiores Magistratus fuit, & dignita-
se post Consules & Dictatores tertium. si Flavio credimus lib. 3.
Centuriatis Comitjs esse creatum. Neq; verò simpliciter ita cre-
atus est, sed ut honoris etiam aliquibus insignibus conspicuus
foret, l. 1. §. 4. infr. de postuland. Curulem ei Sellam, ut
Consuli Dictatoriq;, auspiciis eadem, fasces, lictores & hastam
esse voluerant. Ac de Sella quidem Curuli auspicioq;, testimo-
nium præbet Linius d. lib. 7. in-pr. De fascibus verò & lictori-
bus Plautus in Epidico, dicit inquit:

Ut enim unū à Pratorum Epidico abest. EP. quidnam? THE. Scies.
Lictores duo. duo utrimque fasces virgarum.

Deq; lictoribus duobus apud Censorium in opusculo de die Natali
c. 17. Plebiscitum extat à M. Pletorio Tribuno plebis latum,
& ex Modij restitutione in hunc modum conceptum: Prator
urbanius qui nunc est, quiq; posthac suat, duo li-
ctores apud se habeto: isq; supremam ad solemq;
occasum jus inter cives dicit; Ad quod Varro alludit
lib. 5. de ling. lat. pag. 44. ubi legem Pratoriam vocat, qua for-
dasis non male ab antore Pletoria diceretur. Quod enim ab alijs
de sex lictoribus offertur, referendum ad Pratores Prouinciales
videtur, de quibus infra suo loco diceretur. De Hasta deniq; sic Sen-
eca de breuitate vita: Non est quod me solus putes dicere, quos
hastâ Pratoris infamib. beat lacris. Voluerant etiam ut plus quàm
decem dies ab urbe non abesset, teste Cice. in 2. Philipp. pag. 444.
Dum de M. Bruto Pratore urbano loquens: Cur M. Brutus inquit,

de referre legib. est solutum, si ab vrbe plus quã decẽ dies abfuisse.

Creatus igitur Prator ad id præcipue fuit, ut jus in vrbe redderet; teste Iurconf. hic. & Sext. Fest. de verb. sig. pag. 381. in ver. sacramentum. & quidem de causis & negocijs priuatis & pecuniarijs. Cic. autore in 3. de LL. pag. 435. Nam in facinorosos animaduertens Pratori non licuit, siquidem potest as animaduertendi in facinorosos Imperium dicatur non Iurisdicctio l. Imperium 3. inf. de iurisdicct. & adinaduersio eiusmodi ne Consuli quidem permessa fuerit; quemadmodum à Iurconf. sup. demonstratũ est; ubi quaestores cõstitutos asserit, qui in necessitatis casu aduersus facinorosos inquirerent, & refert Duarenus lib. 1. disput. annuens. c. 53. Nec aduersari l. sed si unius 17. §. 4. inf. de iur. ex qua colligi quidã putant, Pratorum verberũ coõtionem habuisse. Neq. n. Prator ibi seruum coõrceat, qui iniuriã fecit, sed dominus, vel is cui sua sponte dominus seruũ verberandũ tradit, dũ verberari seruus manule quã dedit. Cuiac. in l. quod si minor 24. S. si seruus 3. De minor. 25. annorum. Reddebat vero jus Prator vel per se, certarum sc. personarum causarumq. fauore, vel per aliam; eadem Cic. aut. d. lib. 3. de ll. dum inquit: Iuris disceptator qui priuata iudicet, iudicariuẽ iubet, Prator este. Iudicare autẽ iubebat indices datas; quõ priuati homines erãt selecti vel ex ordine senatorio, vel equestri, vel utroq. ad id, ut de causis Priuatis & pecuniarijs cognosceret; quemadmodũ ex Gellio videre licet li. 14. c. 2. in pr. Dicebanturq. Iudices selecti, quos Hesychius χαρτοδικαίους interpretatur. Vnde Horat. lib. 1. ser. sat. 4. ante si. Vnũ ex iudicibus selectis obijciebat; & Cic. pro Cluen. pag. 113. Pratores, inquit, Urbani, qui iuri debent optimũ queng, in Selectos iudices referre, nunquã sibi ad eam rẽ Censoriam ignominia impedimento esse oportere auxerũ. Nominibus. n. eorum in albo à Pratore propositus, quod Album Iudicium dicebatur, Suet. in Claudio c. 10. litigatores ex cumulo illo eligebãt quos iudicare de re sua vellent; l. antep. inf. de iudi-

cij. l. quidam 57. inf. de re jud. l. ex consensu 23. infr. de appell. eosq; tam Prætor ipsis dabat formulâ juris æquitatiq; præscriptâ, quam judicando sequerentur. & à qua cognoscendo ne transversum quidem, ut dicitur, unguem discederent; autore Theophilo in Instit. de interdicitus in pr. clausula tamen **Ex bona fide vel quod æquius melius est**, excepta. ea enim adiecta cum formula bona fidei esse censeretur, recessio aliqua à litera concedebatur. §. **Actionum.** Inst. de Act. Cic. 3. offic. In utris litigatoribus obtundi iudex non poterat. Vnde Cicero pro A. Cluentio Habito, pag. 112. Neminem, inquit, voluerunt maiores nostri non modo de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima, iudicem esse, nisi qui inter adversarios convenisset. Itaq; nec ille iudex esse poterat, qui ab altera tantum parte electus erat, nisi specialiter à Principe fuisset permissum. l. observandum est 47. inf. de judic.

Per hos ergo iudices si jus Prætor reddebat, ex ordine jus dicebat. Neq; enim propriè Prætoris officium fuit judicare, sed iudicium solummodo dare; quemadmodum ex l. 1. & 3. de Iuris d. & toto volumine ff. passim apparet, ubi iudicium se aut actionem daturum, non autem iudicaturam pollicetur. Sicuti nec iudex Pedaneus qui de factis cognoscebat, jus dixisse, aut iurisdictionem habuisse dicebatur, sed notionem solummodo, undamq; cognoscendi iudicandiq; facultatem, l. ait Prætor. inf. de re judic. Quod si Prætor per semetipsum jus dicebat; quemadmodum certarum personarum causarumq; favore eundem interdum fecisse constat ex l. Si Prætor. 75. De judic. l. quod si minor. 24. §. ult. de minor. l. 4. de Iuris d. l. minor. 39. in pr. de evict. Plp. in frag. tit. 25. cum similibus; extraordinaria illa cognitio dicebatur, propterea quod contra morem solitum id fieret, solemnemq; iudiciorum arde non servaretur, quemadmodum ex l. 1. inf. de rei vind. apparet;

appareat; l. 1. §. penult. & t. t. infr. de ext. cog. & l. pecunia
 uerbum 178. §. actionis. de verbo. sig. cum similibus. Verum post-
 quam Præsidiibus Diocletianus causarum cognitionem de quibus
 iudices dari antea solebant permisit l. placet C. de pedan. iudicib.
 iudicium ille dandorum mos obsoleuit, cognitionesq; Magistra-
trum omnes ordinaria sunt effecta.

Deinde & hoc ad Pratoris officium spectauit, ut literas al-
 latas, in Senatu recitaret; quemadmodum Linius auctor est libro
 32. pag. 260. in pr. dum inquit: Litera Consulum è Gallia de ge-
stis prosperè sub idem tempus Romam allata. M. Sergius Prator
 urbanus in Senatu eas, deinde ex autoritate patrum ad populum
 recitauit. Edicere quoq; eundem Comitia Consularia potuisse, Se-
 natuq; jussu Consules è prouincijs enocare, idem Linius scribit lib.
 22. pag. 144. & lib. 30. pag. 238. Es ut idem alio in loco auctor
est, adeò Pratoris creuit autoritas, ut data sit illi omnis privati
publiciq; iuris potestas.

Verum Cesarum temporibus, Pratoris potestas valdè im-
 minuta est, ita ut ex Iurisdictione prisca & imperio paucissima
 retinuerit, & ferè ea solummodo, qua à Constantino referuntur
 in l. 1. Cod. de officio Prator. & l. ult. C. de prad. minor. Vnde
 Boëtius 3. de consolatione, Pratura, inquit, magna olim potestas
 nunc inane nomen & Senatorij ordinis grauis sarcina. Vnde fa-
 ctum etiam est, ut propter Iurisdictionis illius paruitatem, &
 quod onus tunc potius quàm honos esset, Pratores in urbe esse non
 potuerint, nisi qui in ea domicilium haberent; l. 2. C. de off. Prat.
 cum tamen alias nulli patriæ suæ administratio permitteretur. t.
 t. C. ut nulli patriæ suæ admin. sin. spec. perm. pr. perm. l. 10. C.
 de adfess. & l. 1. C. Theod. eod. Atq; hac de Pratore urbano in
 specie sic dicto.

Alius fuit Prator Peregrinus: qui, ut Iurisconsul-

Et

116

12

ius hic inquit, post aliquot deinde annos creatus est. Cum enim peregrinorum multitudo undiq; in urbem ad jus petendum conflueret, nec unus Prator tanta turba sufficeret; tempore Pannici belli primi, quo A. Atilius Collatinus, Dictator primus, exercitum extra Italiam duxit, anno, ut videtur 507. aut, ut alij volunt, 512. vel circiter; alius Prator adiectus est, ita ut duo Praetores in urbe ius dicerent; quemadmodum ex epitom. Livij lib. 19. apparet. Et hic quidem Prator, quia inter peregrinos plerumq; vel interciues & peregrinos ius dicebat. Peregrinus est appellatus; teste Inreconsulto hic, & Fenestella lib. 2. c. 19. Praetoremq; interciues & peregrinos M. Lepido & Q. Catulo Cos. L. Cornelium Sisennam historiarum scriptorem, cuius Cicero in fragmentis Corneliana secunda apud Astonium fol. 58. ad finem meminit, fuisse, probat Ursinus, vetustissimi cuiusdam Senatusconsulti Græca scriptura in aenea apud se tabula existentis, verbis illis: Ἰπὶ τῶν ἀτῶν κοίτην. Λυκατίας κοίτην ἢ κατὰ, καὶ Μάρκου Διμηλίου κοίτην ἢ, μάρκου ἡῶν, Δεπιδῶ, σπατηγῶ ἢ καὶ πόλιον, καὶ Ἰπὶ τῶν Ἰσίων Ἰσίων Κορινθίων Σισέννα &c.

23

Est autem urbani Pratoris maior fuerit quàm Peregrini dignitas, atq; ob id urbanus Prator, maior Prator dicatur à Sexto Festo de verb. sig. pag. 149. Par tamen fuit utriusq; potestas, ita ut potestatis illius ratione, causâ per appellationem ad collegam denotatâ, alter alterius decreto intercedere potuerit; quemadmodum Asc. Pad. autor est in 3. Ver. fol. 42. Et ita L. Pisannem Praetorem Peregrinum Caio Verri, Pratori urbano, intercessisse tradit Cicero in d. Ver. 3. pag. 279. in pr. Sic M. Calpurnius Rufus, Praetorem peregrinum, tribunal suum iuxta Sellam Caij Trebonij Pratoris urbani collocasse, ut appellanti bus auxilio esse posset, scribit C. Julius Cæsar lib. 3. de bell. civi. pag. 382. ad fin. ubi, Isdem, inquit, temporibus Romæ M. Calpurnius Rufus, Prator, causa

causâ debitorum suscepta, initio Magistratus tribunal suum juxta C. Trebonij Pratoris urbani sellam collocavit: & si quis appellauisset, de æstimatione & de solutionib. qua per arbitrium fierent, ut Casar præfens constituerat, fore auxilio pollicebatur. De utriusq. officio Labeo separatim libros scripsit complures: refertq. eundem de officio Pratoris peregrini librum trigessimum Vlpianus in l. 9. §. pen. inf. de dol. mal. Pratoris verò urbani librum primum in l. 19. inf. de verb. sig. Atq. hac de Pratura urbana. De Provincialibus enim Prætoribus dicetur infra c. 29.

14

**DE DECENVIRIS STLITIBVS IV-
dicandis præstitutis, Caput XXIV.**

Deinde cum esset necessarius Magistratus.)

- 1. Decemvirorum stlitium creandorum occasio quæ?
- 2. Stlitibus & non in litibus apud Pomponium cur legendum?
- 3. Decemviri stlitium ex quibus Magistratibus fuerint?
- 4. Hastam Pomponius quam intelligat?
- 5. Quid ea denotetur?
- 6. Decemviri stlitium qui fuerint? & Magistratus huius officium quod?
- 7. Præter stlitium Decemviros, an alij etiam Decemviri fuerint?

D*odecimum Magistratum gesserunt Decemviri stlitibus judicandis deputati, quorum Cicero meminit in lib. de perfecto oratore pag. 501. & in orat. pro Cecinna pag. 794. Cum enim Pratoribus, qui ad Jus dicendum creati erant, vacatio à belli administratione non daretur, teste Livio lib. 23. pag. 158. in pr. & ob id bellorum tumultu urgente ab urbe auocarentur, ne, illis in expeditione occupatis, judicia Romæ deessent, Decemviri creati sunt, qui Pratorum partes eo tempore sustinentes litibus dyjudicandis, & singulorum postulatis noscendis præsto forent: qui ab officio cui præerant Decemviri stlitium judicandarum sunt appellati, autore Flauio lib. 4. de Roma Triumph. & Fenest. lib. 2. c. 23. Atq. ita hic stlitibus pro in litibus, ut in antiquis lapidū quoq. monumentis reperiri*

220 De Decemviris stlitibus judicandis

Vrsinus tradit. est legendū. Veteres enim stlata prolata, stlocum pro loco, stlitem pro lite, stlembum pro lembo, strenam pro trena, stritauum pro tritauo, dixisse, testatur Sextus Festus de verb. sig. pag. 442. cum seqq. Stlitemq; pro lite in aenea apud se tabula haberi, in qua Servilia lex de pecunijs repetundis incisa sit, affirmat idem Vrsinus in Oratore Ciceronis ad M. Brutum.

3 Fuerunt autem Decemviri stlitibus judicandis unā cum Quatuorviris viarum curandarum; Triumviris monetariis; & Triumviris capitalibus; ex Magistratibus minoribus ordinariis viginti sex, quemadmodum ex Dione probabitur capite proximē sequenti: ac ut Iureconsultus hic asserit, ut hastæ præfessent constituti: Vbi per hastam I.C. non fiscalem intelligit; cuius mentio fit in l. 8. C. de remiss. pig. & rubr. C. de fide instr. & iur. hast. fisc. lib. 10. ac Tertulliano in Apologetico: sub qua scilicet res fiscales distrahebantur, l. 1. & 2. C. Th. de admin. rer. pu. nec hastam præconis etiam, sub qua bona civium alienabantur; cuius l. ult. meminisse C. si propt. publ. pens. Fest. de verb. sig. pag. 117. & Cicer. in 2. offic. pag. 126. Sic, inquit, par est agere cum civibus non (ut his iam vidimus) hastam in foro ponere, & honacinium voci subycere præconis &c. unde Subhastatio in l. antep. C. de rescind. vend. & subhastata res, qua sub hasta vanales proposita sunt in l. ordo 3. C. de execut. rei iud. Sed Decemviralem, qua iudicij exercendi signum erat. Hasta igitur pro iudicio privato, seu Centumviralis etiam, cui & ipsi ex more Prætor præsidebat, teste Cuiacio lib. 10. obs. c. 20. accipitur, signo μλω-
 4
 5
 5 vovuxōs, pro re signata posito. Prætores enim de causis privatis pecuniarijsq; aut Centumviralibus etiam quarum Cicero in 1. de orat. pag. 59. meminit jus dicturi, hastā positā id faciebant, qua Iuris dictionis erat insigne; quemadmodum sup. dictum est: quam postea Decemviri quoq; Prætorum loco ex Centumviris creati, de

Hasta quod modis
 respicitur

de his & similibus causis jus dicituri posuerunt, ut iudicium Prætorium esse demonstraretur: eosdemq; inde citasse litigatores, testatur Lucanus ad Pisonem scribens hoc versu;

Sex trepidos ad intra decem citat hasta virotum.

Fuitq; ex horum numero aliquando Cicero, quemadmodum in epist. famil. lib. 11. epist. 21. de eo ipse testatur, dum Bruto in hac verba scribit: Nam quod idem Segulius ait; Veteranos queri quod tu & Casar in Decemviris non essetis; utinam ne ego quidem essem. Itemq; Ovidius, ut ex illo versu patet:

Inter bis quinos usus honore viros.

Hadrianum quoq; huic Magistratus præfuisse antequam Imperator electus fuisset, scribit Spartianus in illius vita in pr. ferè, ubi Quintodecimo anno, inquit, ad patriam redijt, ac statim militiã inijt, vnanimè usq; ad reprehensionẽ studiosis. quare à Traiano abductus à patria, & pro filio habitus, nec multò post Decemvir litibus iudicandis datus, atq; inde Tribunus secunda adintricus legionis creatus, &c. Eundem deniq; Magistratum C. Cæcilium Plinium quoq; gessisse ex duobus vetustissimis monumentis, quæ Mediolani conspiciantur, probat Alciatus in l. pupillus. 239. §. Decuriones. 5. nn. 5. infr. de verb. sig. Deq; officio Magistratus huius ita Cicero in 3. de LL. pag. 436. in fi. Lites contractas (Decemviri litium scilicet) iudicant, quodcumq; Senatui creuerit agunt. Fuerunt & alij Decemviri, Tribunicia rogatione à Sextio & Licinio Tribuni plebis lata, pro Duumviris sacrorum, partim ex patribus, partim ex plebe creati, quorum meminit Linius lib. 6. in fi. Aliorum Platarchus in vita Ciceronis, fol. 308. quos scilicet ob tyrannidem Syllæ Tribuni voluerant creari, meminit in illam ferè modam; Tribuni igitur inquit, rogationem tulere, ut Decemviri summo cum imperio crearentur, quibus permissu populi fas esset, bona totius Italia, totius Syria, ac omniam qua nuper Pompeius populo Romano comparauerat, va-

222 *De Quatuorviris viarum curandarum.*

*nandare, & in arariam redigere: Præterea damnare quos vel-
lent: eijcere exales: mittere colonias: as ex publico sumere: ex-
ercitum alere, & quotquot millium placitum esset, delectum ha-
bere. Verum Cicero luculentissima orationis sua vi legem abroga-
uit &c. Alij fuerunt Decemviri agrarij quorum Linius tum ali-
bi mentionem facit, tum lib. 42. pag. 351. De Decemviris vero
legum ferendarum causa creatis supra dictum est.*

DE QUATVORVIRIS VIARVM
curandarum, Caput XXV.

Eodem tempore & Quatuorviri.)

1. Quatuorviri viarum unde sic dicti? 2. Quarum viarum cura ad illos pertinet? 3. Viarum cura initio penes quos? 4. Quatuorviri, extra urbem an vias etiam curaverint? 5. Ex quibus Magistratibus fuerint? 6. An viarum cura illis rursus adempta?

Tertiumdecimum Magistratum, Quatuorviri via-
rum curandarum gesserant; Sic à Curandis vjs di-
cti, quas reficere atq; curare ad illorum spectavit officium, teste
I. C. hic, & Fenestella lib. 2. c. 23. ac Pomponio Lato lib. 1. c. 24.
Viarum autem urbicarum solummodo cura ad Quatuorviros spe-
ctavit, & non rusticarum. Ad rusticas enim vias, interdictum
de via publica fertur, ne scilicet quid fieret, quo via publi-
ca interve publicum deterius esset: & non ad urbicas, quarum cura
ad magistratus spectavit. Si enim in urbana via quid fiebat, huic
rei potestatis sua jure magistratus occurrebat, nec recurrere civib.
ad interdictum erat necesse, ut testem huius rei Vlpian. habemus
in l. 2. §. hoc interdictum 14. inf. ne quid in loc. publ. vel itin. fiat, &
tradit Cuiacius in Paratit. Dig. de via publ. & si quid in ea factum
esse dic. ac Barnab. Bryson lib. 4. select. antiq. c. 12. Viarum autem cu-
ram initio apud Censores fuisse ex Cicerone colligitur in 3. de LL.
pag. 437. in pr. Censores, inquit, Urbis templa, vias, aquas, ararij,
vectigalia tuentor. A quibus deinde ad AEdiles translata est, ut
in l. lectos 12. inf. de per. & com. rei vind. ysq; qua c. 22 sup. tradi-

ta sunt apparet: qui inde viarum Curatores à Paulo appellati videntur in 5. sent. tit. 6. §. 2. à Papiniano in l. unic. inf. de via pub. & si quid in ea fact. esse dic. Curatores urbis, siue ἀσυνόμοι; οἱ Πῆ δ' εἶναι καθ' ἅσαν τὴν πόλιν ἐχολάμνοι, ut Vlpianus definit. Demosthenis interpres, in orat. contra Timocr. In antiquo Lexico viaculi ὁδῶν Ἰπιμεληταί; à Varrone Viocuri lib. 4. de ling. lat. pag. 6. & 38. Clius inquit, Publicius, ab AEdilibus plebei, Publicijs qui eum publicè adificarant. simili de causa Publicius Vicus & Cosconius vicus, quod ab his Viocuris dicuntur adificati. Deniq; ab AEdilibus Augusti sollicitudine, curam viarum ad Quatuor viros hosce nostros demolutam esse, ex Suetonio constat in Augusto. c. 37. ubi curam viarum inter officia ab Augusto excogitata recenset.

Quatuor viri igitur, ad id creati sunt, ut curam agerent viarum idq; intra urbem: nam extra urbem, totam curam Duumviri gesserunt, aut. Dione lib. 54. pag. 331. Erantq; Romæ, sicut & Decemviri in libris iudicandis ex magistratib. minorib. ordinarijs viginti sex, ut ex Dione loco sup. alligato, videre est: qui sic habet: οἷε δὲ εἰχσιν ἢ ἄνδρες, καὶ τ' ἐξ ἧ' εἰχσιν εἰσιν, οἱ τε τρεῖς οἱ τὰς ἑπτὰ δίκας προσελαγμένοι, ἔ οἱ ἐπιοι τρεῖς οἱ τὸ δ' νομίσμα, & κρίμα μελαχερ: ζόμενοι, οἱ τὴν τέσσαρες οἱ τ' ἐν τῷ ἀσφ' ὁδῶν Ἰπιμελεμένοι, καὶ οἱ δέκα, οἱ δ' Πῆ τ' δικαστῶν τ' ἐς τὰς ἑκατὸν ἄνδρας κληρομένων ἀπὸ δέκνύμνοι. οἱ γὰρ δὴ δύο οἱ τὰς ἑξῶς τεύχας ὁδὸς ἐγχειρζόμενοι, οἱ τὴν τέσσαρες οἱ ἐς τὴν Καμπανίαν πεμπόμενοι, κατελέλυτο. h. e. hi viginti viri in locū viginti & sex virorū successerunt, eorum tres, ad capitalia iudicia sunt ordinati. alij tres eudendo numismati praesunt: quatuor vias urbanas curant: decem, iudicys ijs, quæ ad Census viros sorte deseruntur, praeficiuntur. Duo. n. q. qui vias extra urbē curabāt, & quatuor qui in Campania mittebantur, tunc abrogati erant. Postea tamē Quatuorviris, viarū curā rursus ademsa, AEdilibusq; restituta fuisse, ex Suet. colligi videtur in Vespas. c. 5. ubi C. Casarem iussisse narrat, Vespasian AEdilem luto oppleri, quod curā vijs vertendis nō adhiberit: qua de re sup. dict. est. c. 22

DE TRIVM VIRIS MONETALIBVS,
Caput XXVI.*Et Triumviri monetales.)*

1. Triumviri monetales unde dicti, & quando creati ? 2. AEs ante Romã conditam quis primus signauerit, & qua figura ? 3. A Ere signato ante Seruium Tullium an Romani fuerint vsi, & postea quid factum ? 4. Argentum quando signatum, & quando aurum ? 5. A Eris appellatione, argentum & aurum an veniat ? 6. Ab are locutiones quæ descendant ? 7. Præter æs argentũ & aurũ, ad monetam, an alio metallo Ro. fuerint vsi ? & alijs metallis Triumviri monetales an præpositi : 8. Triumviro monetales rectene Tribonianus, æris, argenti auri flatores apud Pomponiũ sit interpretatus ? 9. Officium illorum quod ? 10. In numis quæ potissimum spectentur ? & materia illorum qualis esse debeat ? 11. Materiã numorum, si pro pura iactetur, qualem esse oporteat ? & in mixta quid considerandum ? 12. Mixtã monetã an Romani fuerint vsi ? 13. Põderum ratio in numis quæ ? 14. Forma numorum in quibus consistat ? 15. Reprobos numos expedientes aut fingentes quomodo puniantur ?

1 **Q**uartumdecimam Magistratam habuerunt Trium-
 2 **viri monetales, sic dicti, quod moneta curam age-**
rens. Hos longo tempore post primum bellum Panicum demum
creatos esse, ex eo constat, quod auro signato citius vsi Romani non
fuerunt. Quamuis enim æs ante Romam conditam annis ampli-
us mille ducentis & octuaginta à Noah, qui Ianus pater dictus
est cum secundo in Italiam venisset, circa annum ducentessimam
ac septuagesimam ab aquarum inundatione, sub Nixo tertio rege
Babylonio, primum signatam sit, teste Cornuto in Persium, Eu-
tropio lib. 1. Macrobi. lib. 1. c. 7. Laert. lib. 1. c. 13. & Athe-
nao lib. δεῦνοροφισῶν 15. ubi de Iano bisfronte loquens: κ̅ν̅ νομισ-
μα, inquit, χαλκὸν πρῶτον χαράξαι; διὸ κ̅ κ̅ τὴν ἐλλάδα πολλὰς
πέλεις ἔ̅ τ̅ κ̅ τὴν Σικελίαν, κ̅ Ἰταλίαν Ἰπ̅ ἔ̅ νομισμα̅ ἔ̅ ἔ̅ γχα-
ράξαιεν πρόσωπον δικέφαλον ἔ̅ ἔ̅ πατέρας μέρους ἡ χεῖδ̅αν ἡ σέ̅φα-
νον ἡ πολῶιον: & Homeri interp. in 5. Iliad. ubi iridem de Iano lo-
 quens

quens dicit; ἔτι εἴρε πρώτῃ εἰφανον καὶ σχεδίας καὶ πλοῖα καὶ νόμισμα χαλκῶν πρώτῃ ἐχάραξε δι' ἧ κατ' ἑλλάδα καὶ Ἰταλίαν ἔ-
 Σικελίαν πολλὰ πόλεις ὅππ' νόμισματι ἐνεχάρωνον πρόσωπον δι-
 κέφαλον, καὶ ἔκ' ἑτέρας μέρους ἡ σχεδίου ἢ εἰφανον ἢ πλοῖον &c.
Romanos tamen ante Seruium Tullium, tertium Romanorum Re-
gem, are graui usos esse, quo appenso, non numerato debita ex-
oluerentur, autor est Plinius lib. 33. c. 3. Primamq; Seruium pe-
cadum, h. e. ouium boumque effigie as signasse, idem Plinius indi-
cat d. lib. 33. & lib. 18. c. 3. & Varro lib. 2. de re rust. c. 1. quem
deinde secutus Tarquinius superbus, as raris effigie signauit, ut
ex Sexto Festo colligitur, de verb. sig. pag. 335. in verb. Ratitum
quadrantem. Eoq; monet a genere. hoc est, are signato, ad Decem-
viros usq; populam Rom. usum esse, fragmentum illud XII. tab.
ostendit; ne quis unciario fanore amplius exerceto; apud Cornel.
Tac. lib. 5. annal. pag. 257. Postea tamen are graui eundem u-
sam rursus esse, testatur Liuius lib. 4. in fin. dum post decretum
militi à Senatu ex publico stipendium, quosdam ex patribus quia
nondum argentum signatum erat, as graue plaustris ad ararium
conuexisse asserit.

Lapsis deinde temporibus, anno urbis 485. Q. Fabio Pi-
ctore, & L. Quinctio Gulone Cos. anno quinto ante bellam Pu-
nicam, argentum primo signatum est, placuitq; denarius pro de-
cem lebris aris; quinarius pro quinq; Sestertium pro dipondio ac
semisse, teste in Epistomis Liuis lib. 15. & Plinio d. lib. 33. c. 3.
Sabellico Ennead. 4. lib. 8. in fine. Nec obstat his summus autor
Varro, cuius uerba ex primo annalium apud Charis. lib. 1. illa sunt:
Natum argenteum constat primum à Seruio Tullio dicunt. Is
quatuor scrupulis maior fuit quam numi &c. Fieri enim potest, ut
à Seruio Tullio Rege, hoc quidem fuerit institutum, postea uerò
propter Reipub. tenuitatem omissum sit atq; obsoletum, ut Hoso-
mannus rectè tradidit in libr. de re numar. sub cap. de denario.

Ej

Porro

Porro argento, anno urbis 485. signato, post annos demum duos & sexaginta, ut Plinio loco predicto, & Alexandro placet lib. 4. c. 15. auram quoque figurari cepit. Quamvis Linius lib. 26. auri signati mentionem faciat sub anno 543. Manlio Octavio Cos. Aurum, inquit, argentum, as signatum omnes Senatores crastina die in publicum deferamus.

Anno itaque V. C. 547. vel, ut quidam alij conjiciunt quinquaginta detractis, 497. tria moneta genera in Romana Republice cepserunt, as, argentum & aurum, qua omnia ex usu sermonis, quod in omnibus commercijs are veteres uterentur, aris appellatione significantur. Vnde Ulpianus, etiam aureos, inquit, numos as dicimus in l. 15. p. de verb. sig. Et Seneca in 5. de beneficijs. AEs alienum habere dicitur, & qui aureos debet; & qui corium forma publica percussum &c. Et Isidorus lib. 16. c. 17. Prius, inquit, are pecunia in usu fuit, postea argentea, deinde aurea subsecuta: sed ab ea qua cepit nomen retinuit. Vnde & ararium dictum, quia prius as tantum in usu fuit, & ipsum solum recondebant, auro argentoque nondum signato. Ex quorum metallis quamvis postea facta fuisset pecunia, nomen tamen ararij remansit, ab eo metallo unde initium sumpsit. Hac ille.

Ab are igitur est ararium, locus in aede Saturni, in quo pecunia publica asseruabatur; ut ex Plutarcho supra retulimus. AErarij ciues, de quibus isidem supra: Tribuni ararij siue aris, Cap. 8. apud Varronem lib. 4. de ling. lat. pag. 42. Cicer. in 1. ad Attic. Plinium lib. 33. c. 2. lib. 34. c. 1. & Sueton. in Cesare c. 41. Praefecti ararij apud Ulpian. in l. 8. inf. de trans. & Valentem in l. 42. de jure fisc. AErarij Pratores apud Cornel. Tacitum qui ararium aliquando tractarunt. AErarij scriba, apud Ciceronem pro Cluentio. AEs militare, & Milites ararij, ara, hoc est, stipendia, facientes, apud Varronem d. lib. 4. pagin. 42. AErarium militare, ex quo militibus stipendium soluebatur, apud

apud Suetonium in August. c. 49. & Dion. lib. 55. pag. 246. AE-
re dirutus miles, cui ignominia causa stipendium ademptum est,
apud Ciceron. Obarati, qui are alieno oppressi sunt, apud Varron.
Sib. 6. de ling. lat. pag. 82. & Suetonium in Iulio Casare c. 27.
Iubarati numi, qui are admixto adulterati sunt, $\pi\omega\chi\alpha\lambda\chi\alpha\iota$
Græc: Persius Satyr. 9.

& veri speciem dignoscere calles.

Ne qua suburato mendosum tinniat auro.

Itemq; AEruscare, pro eo, quod ara undiq; colligere, apud Sext.
Festum de verb. sig. pag. 10. à quo AEruscatores ἀγύρται & AE-
sculatores χαλκείοι. Adarare pro are siue pecunia estimare,
in l. septem 12. C. de erogat. mil. an. lib. 12. Inde adarata pradia
siue possessiones in l. unic. C. de collatione donator: & adarator:
lib. 10. & Adaratio militaris vestis l. 4. C. de militari veste,
lib. 12. Assiduus ab are itidem dicebatur, quod scilicet ara facile
daret; ut est apud Gellium lib. 16. c. 10. & Cic. in Top. ubi, Locu-
ples assiduus, ut ait AElus, appellatus est ab are dando.

Auro igitur tantum, argento & are, in cudenda moneta
populus Romanus usus est. Nec prater illa tria metalla ad pecu-
niam cudendam aliud ullum à populo Romano unquam fuit rece-
ptum. Ideoq; Caius in l. 1. inf. de oblig. & act. postq; eum Iustini-
anus §. 1. Inst. Quib. mod. re contr. oblig. pecuniam numera-
tam defenituri, ex partium enumeratione sufficienti, in are eam,
argento & auro consistere dixerunt. Et quamvis Numam, qui se-
cundus Rex Ro. fuit, nummos è ferro factos Romanis donasse Suidas
tradat, in voce ἀσάρα, Νέμα; inquit, ὁ πρῶτ' & βασιλεὺς μὲν
ῥώμιλον γεγωνῶς, διὸ σιδήρεα καὶ χαλκῆ περιποιημένα, πρῶτ' &
ἐχαρίσατο ῥωμαίοις; usu tamen receptum ferrum in moneta non
fuit, propterea; ut opinor, quod & difficulter fundatur, & cum
aruginem facile concipiat seruare pondus legitimum non possit.
Itaq; tribus hisce metallis Trium viros monetales etiam prapositiones

Ff 2

solam

8
 solum fuisse, cum Cicero ostendit in 3. de LL. pag. 436. ubi inquit: Minores Magistratus, as, argentum, aurum publice signant: tum Iure Consulibus hic, dum post Quatuorviros Triumviris monetales æris argenti auri flatores constitutos asseris. Quæ verba notis scripta à Pomponio huiusmodi videntur: A. A. A. F. F. quæ æris argenti auri flatores Tribonianus interpretatus est. cum rectius, ari, argento auro, flando feriendo exposita fuissent, quemadmodum apud Valerium Probum in Opusculo de literis antiquis, & Crinitum lib. 17. de honesta disciplina c. 7. videre licet, & ostendunt inscriptiones antiquorum aliquot numerum à Constantino Lando relatorum: quorum primus ita signatus fuit: C. PLOTIVS IIIIVIR A. A. A. F. F. Alter ita: S. C. M. SALVIVS OTHO IIIIVIR. A. A. A. F. F. Tertius hac ratione: M. MELLIVS IVLIVS IIIIVIR. A. A. A. F. F. Quartus in hunc modum: C. COSSVTIVS MARIDIANVS A. A. A. F. F. Triumvirumq; monetalem sub Augusto L. Mescinium Rufum fuisse, qui Ciceronis Procos. in Cilicia Quæstor fuit, ex Augusti denarijs, hoc titulo signatis: L. Mescinius L. F. Rufus IIIIVIR probat ad Ciceronem Vrsinus epist. familia. lib. 5. epistol. 19. in orat. post reditum in Senatu, & in epist. ad Atticum lib. 4. Eidemq; muneris Q. Curtium quoq; cum Cn. Domitio & M. Silano, præpositam fuisse, per numismata ærea atq; argentea, quæ nominibus illorum circumferantur, docet idem Vrsinus in Verrina Ciceronia 1. & 2.

9
 Horum ergo officium fuit, non solum numismata fabricari. Fenestella autore lib. 2. c. 23. in si. Verum fabricata etiam censere, aut spectare: ita enim moneta censionem, spectationem Cicero vocat in 5. Verr. pag. 507. Est licet censendi eiusmodi munus, ad Censores initio pertinuerit, teste eod. Cic. in 3. de LL. pag. 437. dum inquit: Censores pecunias censento: Triumviris tamen monetariis

metalibus postea creatis, ea quoque cura ad illos translata fuit, ut Flavius Frolinienſis tradit de Roma triumphante lib. 3. Græci d. munere quod exercent $\delta\epsilon\gamma\omicron\pi\omicron\gamma\acute{\omega}\mu\omicron\nu\omicron\varsigma$ & $\delta\omicron\kappa\iota\mu\alpha\varsigma\alpha\varsigma$ appellant, h. e. argenti spectatores, cenſores, exploratores, æſtimatores aut probatores. Officiam vti per ſe utile & neceſſarium, iſa olim populo Romano tam gratam acceptamq̄, ut propter legem de arte numos probandi plebi latam, Mario Gratidiano vicarij totas ſtatnas dicarit, eod. Cic. autore in 3. offi. pag. 106. & ſeq. & Plinio lib. 33. c. 10.

Speſtatur autem in numis non ſolùm ſubſtantia, verùm quantitas etiam, & qualitas. Hæc enim tria in numo requiri teſtatur Iſidorus lib. 16. Etymol. c. 17. Et ſum ex ſubſtantia, numi materiam ſumant, ex quantitate magnitudinem & pondus, $\tau\omicron\mu\acute{\omega}\varsigma$ & $\acute{\alpha}\gamma\kappa\iota\mu\omicron\nu\omicron\nu$, ut Ariſtoteles vocat, ex qualitate formam ſeu typum, hoc eſt, expreſſam effigiem, notam & figuram: ideo ad materiam quod attinet, ante omnia videndum eſt, an talis etiam ſit, ut inde confici moneta poſſit? h. e. vel æs vel argentum vel aurum: alio enim metallo in moneta cudenda Romanos uſus non eſſe iam ante demonſtratum eſt: & ſtanneos numos plumbeosq̄, lege Cornelia, quam Numariam Cicero in 3. Ver. nominat, reprobari, conſtat ex l. lege Cornelia canetur 9. §. eadem 2. inf. ad l. Cor. de falſ. quamvis etiam ante illam legem ſi plumbei cuderentur numi, pro crimine id habitum fuiſſe ex illo Plauti in Moſtellaris videri poſſit:

Tace in faber, qui cudere ſoles plumbeos numos.

Deinde ſi ſit talis materia ut fieri inde moneta poſſit, conſiderandum, utrum pura eadem ſit, an mixta. Si pro pura iactitetur, neceſſe eſt, ut talis ſit, ut, quemadmodum eleganter Caſſiodorus loquitur lib. 7. Var. in ſor. qua moneta committitur, auri flamma nulla permixtionis iniuria albeſcat: argenti color gratia candoris arideat: æris rubor in nativa qualitate permaſcat. Et tale illud ar-

gentum est quod pusulatam Alfenus nominat, meram scilicet
 & purissime coctum in l. 31. in pr. inf. locati. & Suetonius in
 Nerone c. 44. (nam & ibi pro argentum postulatam, pusulatam
 legendum arbitror:) talesq; ij argentei denarij fuerunt, quo
 Plinius scribit iusto pondere percuti solitos, ex argenti libra nu-
 mero quatuor & octoginta. itemq; aurum illud in solidis, quod
 obryzum dicebatur, ita excoctum, ut nihil prater aurum purum
 putam superesset, quod ab Insula Ophir ita appellatum esse, un-
 de tale aurum quondam allatum, apparet ex 3. Reg. 9. Job. 22.
 & Esai. 13. Hinc solidi obryzati in l. fin. C. de ver. man. p. 101.
 lib. 11. & L. un. C. de oblat. vosor. lib. 12. quod ex auro meri
 & purissime cocto sint percuss. Quod si moneta pro mixta, h. e.
 alio quopiam metallo temperata, expendatur, commixtionis pro-
 portio iusta sit nec ne, considerandum est. Si enim talis non sit,
 ut temporis presentis rationi conveniat, tum tanquam adulteri-
 na reycitur. & ita Scaevola Iureconsultus in l. creditor. 102. infy.
 de solut. pecuniam arosam, reiectam fuisse scribit, quod scilicet
 plus admixti aris haberet, quam ut pro temporis illius ratione
 proba materia videri posset. Arosam enim ea pecunia dicitur,
 qua subarata est, quaq; aurea vel argentea videtur quidem,
 verum plurimum aris admixtum habet, & quidem ita ut tem-
 poris cuiusq; rationem ac modum excedat. Arosam autem Cy-
 prum appellatam Festus ait, quod in ea plurimum aris nasci-
 tur. Et Plinius lapidem arosam, cui aris inesset vena. libr. 34.
 nat. hist. c. 1. Ac licet mixta eiusmodi moneta in usu initio
 apud Romanos no fuerit: postea tamen & ipsa frequentari apud
 eos cepit; Luciumq; Brutum & Liniu Drusum in Tribunata
 plebis, octauam partem aris argento miscuisse, Plinius scribit, d.
 lib. 33. c. 3. Et Antoninum Triumvirum argento ferrum miscu-
 isse, testatur idem Plinius d. lib. 33. c. 9. Et quamvis postea Ta-
 situs Imperator cauerit, ut si quis argento publice priuatimq; as
 miscuisset

quid solidi obryza
 ti sunt

12

miscuisset; si quis auro argentum; si quis ari plumbam; capitale
 esset cum bonorum proscriptione; teste Vopisco in Tacito pag.
 295. Ea tamen dispositio temporis successu adeo non obseruata
 est, ut apud plerasq; gentes consuetudine ferè communi aliq;
 quàm temperati numi non cuderentur; sine propter solidiorem
 lamina firmitatem, ne diuturna contrectatione detererentur,
 & pondus eleuaretur, sine, quod verisimilius est, propter ararij
 & Reipub. compendium. Id. n. jam tum apud Rom. etiam, dum
 numi minuerentur, factitatū esse, ostendit Plinius d. lib. 33. c. 3.
 dum inquit: Libra autem aris pondus est imminutum bello Pu-
 nico primo, cum impensis Respublica non sufficeret: constitu-
 tumq; ut asses Sextantario pondere ferirentur: ita quinque par-
 tes facta lucri: dissolutumq; as alienum. Et ibidem: Postea, in-
 quit, Hannibale urgente, Q. Fabio Maximo Dictatore, asses
 unciales facti: placuitq; denarium sedecim assibus permutari,
 quinarium octonis, sestertium quaternis. ita dimidium Respub.
 lucrata est. Et rursus: Mox lege Papyriana semunciales asses
 facti. Tales asses postea manserunt eodem valore &c.

Ad pondus quod attinet, necesse est ut illud quoq; debi-
 tum sit l. 1. Cod. de vet. numis. pot. Hinc Cassiodorus libr. 7.
 Var. in formula qua moneta committitur. Pondus, inquit.
 constitutū denarq; precipimus debere seruari, qui olim tam penso
 quam numero vendebantur &c. Exigebatur autem pondē-
 tam ratio ad modum libra: iniungebaturq; viris monetali-
 bus, quo numero vel aureos vel argenteos vel aureos numos
 ex una aris argenti vel auri libra constarens. ut Hotomanus
 tradit in libro de re nam. sub capit. de pondere numorum.

Licet interdum vel pro Reipub. temporibus; vel pro cuiusq; Prin-
 cipis imperio ac libidine, pondus variauerit. Ita enim Reipubl.
 necessitate urgente, assen, qui libralis erat, (teste Dionysio lib. 9.
 antiq.

antiq. Roman. ἢ ἡ ἀσάειον χαλκίον νόμισμα βάρ & λιγύαιον) *semuncialem aliquando factum, ex Plinio modo demonstravimus: Heliogabalumq; aureos numos ad bilsbres usq; percussisse, quos Alexander Severus postea conflagravit, autare est Lampridius in illius vita, pag. 226. Tiberium etiam Constantinum numos aureos libriles so signasse, inscriptione ex una parte tali: Tyberij Constantini perpetuo Augusti: ex altera eiusmodi; Gloria Romanorum: isdemq; Chilpericum Francorum Regem donasse, Paulus AEmilius & Georgius Agricola auctores sunt.*

Deniq; ad formam monetae sine notam publicam quod attingit, in imagine ea, insignibusq; & inscriptione ut plurimum consistit. quae propterea numis adhibentur, cum ut adulterantium fraudes reprimantur, tum ut auctoritas numis ex auctoris imagine inscriptione & insignibus concilietur. Hinc Christus Matth. 22. & Marc. 12. τιν & ἡ εἰκὼν αὐτῆς, ἢ Πιπυραφῆ; Et d. l. i. C. de vet. numis. pot. Solidi veterum Principum veneratione formati; & l. ult. C. eod. vel aeternales vultus, dum fraudibus studet, duxerit viliores. Et Trebell. Pollio in victoria Tyranna c. 29. Casti, inquit, sunt eius numi auri & argentei, quorum hodieq; forma extat apud Treviros. Et Cassiodorus loco commemorato. sub persona Theodorici Regis, Omnino, inquit, moneta debet integritas quari, ubi & vultus noster imprimitur, & generalis utilitas invenitur. Quidnam erit tutum, si in nostra peccetur effigie? sit mundum quod ad formam nostra serenitatis adducitur. Claritas Regia nihil admittit infectum. Nam si vultus cuiuslibet sincero colore depingitur, multo iustum metallorum puritate principalis gratia custoditur.

Proba itaq; si videri moneta debeat, substantia quantitas & qualitas ut iusta sit necesse est. in alterutro enim horum si peccatum

peccatum sit, moneta adulterina, & numi reprobī dicuntur l. eleganter 24. §. 1. inf. de pig. act. qui non solum reijciuntur, ut ex noua moneta ordinatione Friderici anno 1559. in comitij Augustanis erecta apparet, sed expendentes etiam eos, non solum obligatione non liberantur; d. l. eleganter l. 3. inf. de reb. cred. sed etiam lege Cornelia de falsis tenentur; h. e. si liberi homines sint, pœna aqua & ignis interdictionis siue deportationis, & omnium bonorum publicationis; si verò serui, ultimi supplicij, etiam si post admissum liberi facti sint; l. 1. cum ibi traditis. infr. ad l. Cor. de falsis. Eaq̃ pœnâ primum etiam tenebantur numos adulterantes, tingentes, fingentes, circumcidentes, radentes, adulterinosq̃ flantes feriantes, l. 8. & 9. inf. eod. & ut Paulus addit, probos numos, vultu principum signatos, reprobantes, es inaurantes, vel inargentantes, aut in dando auro vel argento es subijcientes, lib. 5. senr. tit. 25. Vnde is qui statuas vel imagines Principis conflauit lege Iulia etiam tenetur l. 6. inf. ad l. lal. maiest. Verum postea liberi humiliores aut cruci suffigebantur, aut in metallum damnabantur; Paulus d. libr. 5. tit. 25. Hinc Firmicus lib. 6. mathes. Facient, inquit, in falsi crimine comprehensos in crucem tolli: vel etiam ad bestias dabantur. l. quicumq̃ 8. inf. ad l. Cor. de fals. Hodie falsam monetam cudentes flammaram exustionibus manciantur; l. 2. C. de fals. mon. domo, in qua fabricata est moneta, confiscatâ. l. 1. C. eod. nisi fortè domus vidua alicuius fuerit, qua ignorasset monetam falsam ibi cudi; vel etiam impuberis; d. l. 1. §. viduas & §. impuberes C. eod. Et ex hac causa etiam serui dominos suos deferre possunt; l. vix certis 53. inf. de iudicij. Quinimo serui, qui monetarios clandestinis sceleribus adulterinam monetam exercentes in publicum deferunt, ciuitate Romana donantur: & eorum domini pretium a fisco percipiunt: l. 2. C. pro quibus caus. serui pro pram. accip. libere. Atq̃ hac de Triumviris monetaliū.

DE TRIVMVRIS CAPITALIBVS,
Caput XXVII.*Et Triumviri Capitales qui carceris.)*

1. Triumviri Capitales in quorum locum & quando constituti? 2. Quod illorum officium? 3. Carceris custodiam habuerint, an verò carceris custodes fuerint? 4. Triumvirali supplicio affecti qui fuerint? & qui non potuerint affici? 5. Præter capitis animaduersionem, an alia his etiam inçuberint? 6. Animaduerrere in quos soliti sint? vbi? & per quos?

Quintumdecimum Magistratum Triumviri Capitales sustinuerunt. ad quos Cicero alludit in 7. epistol. familiar. epistol. 13. Treviros, inquit, vites censeo: audio Capitales esse: mállem auro argento ære essent. Hi in locum Quæstorum parricidij successuri iam primum instituti sunt, cum Carius Dentatus Consul, Samnitibus cæsis, & Sabinis, qui rebellauerant, victis & in deditiõnem acceptis, bis in eodem Magistratu triumphauit; quemadmodum ex Epitomis Lini constat libr. 11. fueruntq; ad hoc creati, vt carceris custodiam habentes cum animaduerti oporteret interuentu eorum fieret: vt iureconsultus hic loquitur. Neq; enim Carceris solummodo cura ad officium illorum spectauit, sed si animaduertendum in aliquem erat, supplicio etiam sumendo præerant; illorumq; interuentu animaduersio expediebatur. Vnde Cicero in 3. de LL. pag. 436. de hac utraq; re differens, Vincula, inquit, sotiã seruanto: capitalia vindicanto. Et de carceris custodia Linius lib. 42. post medium; In timore, inquit, ciuitas fuit, itaq; & Roma vigilia per vitos seruata: iussiq; circumire eas minores Magistratus, & Triumviri carceris latomiarum intentiorem custodiam habere iussi.

3 Carceris igitur custodiam Triumviri habuerant, custodes carceris non fuerunt. Custodes enim carnifices fuisse testatur Linius lib. 6. pag. 7a. apud quem ita de M. Manlio in vincula coniecto

ictu vulgus; Quem prope caelestem, cognomine certè Capitolino
 Ioui parem fecerant, eum pati vincitum in carcere, in tenebris
 obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam? Et libr. 42. pag.
 354. in fin. Perire, inquit, semel ipsis satius esse, quam sub acer-
 bissimi carnificis arbitrio spiritum ducere &c. Et Triumviros
 Capitales à custodibus huiusmodi diuersos fuisse, ratio etiam ani-
 maduertendi in facinorosos ostendit, qua ut ex Valerio colligitur,
 talis fuit: ut primo omnium crimina ad Triumviros deferren-
 tur: Triumviri criminosis custodibus mandatis delata crimina
 ad Praetorem referrent: Praetor Iudicum consilium confessumq̃
 cogeret, iudicesq̃ in consilium mitteret: deinde Triumviri
 rursus decretum consilij exequerentur: Ita enim lib. 5. c. 4. de
 amore filia erga matrem ille: Sanguinis, inquit, ingenui muli-
 erem Praetor apud tribunal suum capitali crimine damnatam,
 Triumviro in carcere necandam tradidit: quam receptam is, qui
 custodia praerat, misericordia motus, non protinus strangulauit.
 Aditum quoque ad eam filia, sed diligenter excussa, ne quid
 cibi inferret, dedit, existimans futurum, ut inedia consumera-
 tur. Cum autem iam dies plures intercederent, secum ipse qua-
 rens, quidnam esset, quod tam diu sustentaretur? curiosus obser-
 uat à filia animaduertit, illam exerto ubere famem matris lactis
 sui subsidio lenientem, qua tam admirabilis spectaculi nouit as. ab
 ipso ad Triumvirum, à Triumviro ad Praetorem, à Praetore ad Con-
 silium Iudicum perlata, remissionem poenae mulieri impetravit.

Principium itaq̃ Triumvirorum Capitalium officium fuit,
 in facinorosos, si quid scelere aut perfidia deliquissent, adimaduer-
 tere, attestante Iurisconsulto hic. Ideoq̃ Caius Fesceninus Trium-
 vir, C. Cornelium, quod cum ingenio adolescentulo stupri com-
 mercium habuisset, publicis vinculis oneratum, in carcere mori
 coegit, ut Valerius Max. testatur lib. 5. c. 1. Sic Alexandrum
 Fannij seruum, quod in suspicionem C. Flauij equitis Romani

236 De Quinqueviris cis Œ uls Tiberim

occisi venisset, à iudicibus damnatum, & à L. Calpurnio Triumviro in crucem actum esse, idem Valerius auctor est, libr. 8. c. 4. Virgines tamen atq; impuberes, immaturasq; puellas, licet capitali pœna obnoxias, Triumvirali supplicio affici non potuisse testimonio cognitum est, Cornelij Taciti lib. 5. annal. pa. 245. qui de filia Seiani loquens inquit: Tradant temporis eius auctores, quia Triumvirali supplicio affici virginem inauditum habebatur, à carnifice laqueam iuxta compressam: exim oblitis faucibus, id atatis corpora in Gemonias abiecta. Hinc Dion de eadem Seiani filia agens, lib. 58. pag. 384. quia Triumvirali supplicio affici virgo non poterat, inquit: Liberi eius (Seiani) ex Senatus Consulto necati sunt, filia quam pactus erat Claudij filio, constupratâ prius à Carnifice, quasi impium esset, virginem in carcere perire. Et Triumviros pœnam quandam, togam sumere virilem iussisse, ut quasi vir iam esset interfici ab ipsis posset, tradit idem Dion lib. 47. pag. 204. Sic si quis novi aliquid moliretur, ab incepto eundem removere, ad Capitalium istorum similiter pertinuit officium. Ideoq; cum multi contra morem patrium, non in secreto solum, sed in publico etiam foroq; & Capisolo, externo nonoq; ritu sacrificarent, Triumviros Capitales, quod non prohibuissent, à Senatu graniter increpatos esse, scribit Lælius lib. 25. in princ. Vigiliis quoq; per urbem ut disponerent; sermarentq; ne qui nocturnicœtus fierent; atq; ab incendijs caueretur, Triumviris Capitalibus pariter mandatam esse, idem Lælius auctor est libr. 39. pag. 325. Deniq; consuevisse etiam eos, ex lege L. Papij Tribuni plebis, Sacramenta exigere, iudicareq; Sextus Festus indicat de verb. sig. pag. 381. Suntq; Papyriani illius Plebisciti ex Scaligeri restitutione, verba illa: Queicumq; Prator posthac factus erit, quei inter civeis jous dicet, Tres viros Capitaleis populum rogato: ijq; Tres virei Capiteis

taleis, queicumq; posthac factei erunt, Sacramen-
ta exigunt, iudicantq; eodemq; ioure sunt,
utei ex legibus plebeiq; sciteis, exigere, iudicare,
esseq; oportet.

Ceterum cognoscebant Triumviri Capitales ut plurimum
de seruis furibusq; & alijs vilis ac spreta conditionis hominibus,
apudq; columnam Meniam eosdem puniebant, ut Asc. Padianus
auctor est in 1. Verr. fol. 11. Hinc adolescens ille apud Plautum in
Asinaria, cui cum scorto negocium fuerat;

Ibo, inquit, ego, ad Tresviros, vestraq; ibi nomina

Faxo erunt capitis.

Puniebant autem damnatos non manu sua, sed licitoribus
sive Carnificibus mandabant, quorum octo erant, & à Plauto
valentes virgatores appellantur, ut Hosomannus tradit in qua-
stionibus suis illust. q. 24. Eos Horatius Pracones nominat, in
lib. Epod. Oda 4. illis versibus:

Sectus flagellis hic Triumviralibus

Praconis ad fastidium.

ut Cato qui huic muneri praerant in naue, Portifculos apud
Festum de verb. sig. pag. 281. Verum ut ceteri Magistratus,
alijs in aliorum locam constitutis, tandem in urbe cessarunt, Ita
Iureconsultorum & Iustiniani temporibus Triumvirorum Capi-
taliu quoq; munus cessasse, & ad Praefectum urbi translatum
fuisse, patet ex l. 1. in pr. inf. de offic. praef. urbi.

DE QVINQVEVIRIS CIS ET VLS
Tiberim, Caput XXIIIX,

Et quia Magistratibus vespertinis.)

1. Dictiones, Intra, Citra, Ultra veteres quomodo extulerint? 2. *Quinquevirorum* genera quor? 3. *Quinqueviri cis & vls* Tiberim ad quid constituti? 4. *ἀντιδικτορες* Iureconsulti an fuerint vti? 5. *Vltis* Tiberim Pomponius quare dixerit?

Sextum decimum Magistratum gesserunt *Quinqueviri cis & vltis Tiberim*. Ita enim veteres locuti fuerunt. Tres namq; voces istas, *Intra, Citra, Ultra*, quibus certi locorū fines demonstrantur, singularibus apud eos syllabis appellatas esse, *In, Cis, Vls*, tradit Gellius lib. 12. not. Attic. c. 13 *Vnde Sextus Fest. de verb. sig. pag. 506. vls, inquit, Cato pro ultra posuit. Et Varro lib. 4. de ling. lat. Pontifices dictos existimat à ponte Sublucio Sapius ab ijs refecto, ut cis & vls Tiberim sacrificerent.* Varia autē *Quinquevirorum* genera reperiantur. Fuerunt enim *Quinqueviri Agrarij*, agris diuidendis deputati, quorum *Liuius* meminit lib. 6. pag. 73. Fuerunt & alij, dicti à dispensatione pecunia *Mensarij*, quod as alienum pro his qui soluendo non essent, de publico soluerent; de quibus idem *Liuius* libr. 7. pag. 83. & *Fenestella* lib. 2. c. 20. Præterea & muris turribusq; reficiendis destinatorum idem *Liuius* lib. 25. mentionem facit pag. 174. in fi. Meminit *Quinqueviri* etiam cuiusdam, qui ex scriba *Quinquevir* factus; in scribam redierit, *Horatius* libr. 2. *Serm. sat. 5. illis versibus;*

———— plerunq; recoctus

Scriba ex Quinqueviro, corum deludet hiantem.

Deniq; fuerunt *Quinqueviri cis & vls Tiberim*, de quibus *Iurisconsultus* hic: qui ob id creati sunt, ut vespertinis horis vices Magistratum gererent, cum tunc temporis in foro eosdem versari ut decorum parum, ita nec tutum satis videretur: propterea: quod fieri non posset, ut multos non timeret is, quem multi metuerent. Et de his *Liuius* sentire videtur lib. 39. ubi *Quinqueviro* adiutores datos *Triumviris* asserit, vti *cis Tiberim* sua

sua quinq; regionis adificijs praessent, Qua causa etiam est, quare
Iuriconsultus hic Triumviris Capitalibus Quinquenviros cis &
vltis Tiberim statim subiunxerit, dicendo: Et quia Magistrati-
bus vespertinis temporibus in publicum esse inconueniens
erat, Quinquenviri constituti sunt, cis Tiberim & vltis Ti-
berim, qui possent pro Magistratibus fungi. Vbi in publi-
cum esse Pomponius pro in publico esse dixit, τῆ ἀνὸς ἰσῶρεν, fi-
gurá Iuriconsultis perquam familiari. Ita enim & Africanus in
relegationem esse dixit, in l. edicto 13. de bon. poss. Scauola re-
manere in seruitutem, l. Thais 41. in pr. de fideic. liber. Papinia-
nus deprehendi in hereditatem l. si seruus 18. §. 2. de stipul. ser.
Vlpianus, esse in fugam l. item si 14. §. 11. quod met. caus. esse
in pœnam. l. si quis 41. pro socio. esse in moram l. si itichum 8 in
pr. de novat. & deleg. esse in possessionem l. 1. §. 1. de Carbon-
edict. remanere in possessionem l. cum hic status 32. §. 3. de do-
nat. int. vir. & vx. In seruitutem factum delictum l. veram 11
in pr. de minor. obseruari in personas l. plerunq; 35. de adl. edict.
Paulus in fructum esse l. qui fundum 40. §. 4. de cont. emt. di-
sceptationem in factum consistere l. Ne sennius 34. de neg. gest.
in custodiam retinere l. penult. de fugis. nihil differre in hunc
tractatum l. antep. ad l. aquil. aestimationem in hoc iudicium
versari l. praterit & 6. de ser. corrup. Alostestinus, esse in posesta-
tem l. 1. in si. quis ord. in poss. ser. & non idem contingit in ad-
optionem l. adrogatos 40. in pr. de adopr. Cicero in diuinatione
pag. 189. esse in amicitiam populi Romani distionemq;. & Teren-
tius in Eunuchò, esse in tantum honorem. Quibus omnibus in
locis ablatiuus accusativo permutatur: ut contra sapissimè accu-
satiuo loco, ablatiuus positus inuenitur. Ita enim Iulianus in ho-
stium potestate peruenire dixit l. lege Cornelia 12. qui test. fac.
poss. Collatum in mortis tempore sermonem Pomponius in l. nu-
per 85. in fin. de leg. 3. in carcere recipi Vlpianus l. si quis 6.

4
 ubi apud 2
 ubi no capta
 accusati no pro
 ablatiuo & clari
 ablatiuus pro a
 accusativo posit

S. 5. de iniust. rupt. Commistere in pro socio actione Paulus in l. actione 65. §. 4. pro socio ut inferre in domo l. de bonis 32. de liber. caus. tutelam esse potestatem in capite libero l. 1. de tut. relegari in triennio l. 8. de pollicitas. & redisse & peruenisse in potestate l. 4. §. tunc 8. & §. si rem 13. de usurp. & usucap. denig. Modestinus: transferre in Pratorio uxoris l. Titia 34. §. 3. de leg. 2. Quoddeinde cis Tiberim & vltis Tiberim I.C. dicit, id ex antiquitate tralatitium est. A veteribus .n. ea vocabula declinata fuisse, Cis citis; vls vltis; ad verbum Citimus Scaliger notauit apud Festum de verb. sig. pag 56.

DE PRAETORIBVS PROVIN- cialibus, Caput XXIX.

Capta deinde Sardinia.)

1. Prætorum Prouincialium origo quæ? & quot initio creati? 2. Siciliam Prouinciam quis Prætorum primus fuerit sortitus, & quis Sardiniam? 3. Siciliæ prior in potestatem Romanorum venerit, an Sardinia? 4. Hispania imperio adiecta, Prætorum numerus quomodo auctus? 5. Hispaniam, Pomponius, pro vnâ Prouincia acceperit, an verò duabus? 6. Narbonensis Prouincia proprium Prætozem an habuerit? 7. Quo respectu à Pomponio ita nominetur? 8. Prætores Prouinciales quot licitoribus fuerint insignes?

I *Expeditâ superius Prætorum urbanorum tractatione, deinceps de Prouincialibus differere incipit. Cum enim initio, Prouincia nulla nisi post Italiam deuctam, atq. adeo post Carthaginenses bello primo Punico superatos instituta esset, duo solummodo Prætores in usu erant: vnus qui inter ciues, alter qui inter peregrinos, aut ciues & peregrinos, ius diceret; de quibus supra dictum est. Verum postea duabus Prouincijs adiectis. Siciliâ nimirum, quam à Sicaniis Sicaniam Thucydides, alij à tribus promontorijs Trinacriam, aut à triangulari forma Triquetram nominant, teste Plinio libr. 3. nat. hist. c. 8. atq. Sardinia, ut alij duo*

duo Pratores in eas adijcerentur, visum fuit faciendum: ideoq; primo Punico exacto bello, cum Galli Transalpini in Italiam irumperent, Pratorum numerus ampliari cepit, & ex duobus Pratoribus quatuor effici; quemadmodum ex Episomis Livi constat lib. 20. Ac Siciliam quidem (frumenti ditissimam, adeo ut M. Cato sapiens ille, eam cellam penariam Reipubl. & plebis Rom. nutricem nominauerit, Cic. testante in 4. Ver. pag. 302. Polybiusq; ut & Strabo libro 6, Ταμίειον τῆς Ῥώμης, primus omnium C. Flaminius Prator sortitus est; Sardiniam Valerius; ut Solinus de mirabilibus mundi c. 10. in pr. scriptum reliquit.

Et harum duarum Provinciarum meminit Iurisconsultus hic in pr. sed inuersa ut opinor ratione, καὶ τὴν ὑπερολογίαν, Sicilia postposita, qua preponi debuerat, in hunc modum: Capta deinde Sicilia mox Sardinia. Etenim Siciliam ita & Cicero preponit in Corneliana pag. 179. ibi; Africa Sicilia Sardinia, Siciliamq; C. Aurelio Cotta, & P. Servilio Gemino Cos. in potestatem Romanorum venisse ostendit annus Capitolinus 501. qui & nomina illorum Consulum, & de ea triumphum complectitur. eamq; primam omnium provinciam factam esse, proficitur Cicero in 4. Ver. in pr. dum inquit: Sicilia omnium nationum exterarum princeps, se ad amicitiam fidemq; populi Romani applicuit: prima omniam, id quod ornamentum imperij est, Provincia est appellata: prima docuit maiores nostros, quam praeclarum esset, exteris gentibus imperare: sola fuit ea fide, benevolentiaq; erga populum Romanum, ut civitates eius insula, quae semel in amicitiam nostram venissent, nunquam postea deficerent &c. Verum Sardinia annis post decem & septem T. Manly ductu certum imperij jugam recepit; quemadmodum a Velleio traditum est lib. 2. pag. 61. & Eutropio lib. 3. in princ. & evincitur ex anno Capitolino 518. Quae tamen rebellis postea facta a Tiberio Graccho Consule rursus perdomita est, qui tantum inde captivorum adduxit,

Hb

autore

242 De Pratoribus Provincialibus.

autore de viris illustribus attestante c. 57. ut longa venditione res in proverbium venerit; Sardi vanales. Hinc Cicero epist. fam. lib. 7. epist. 25. ad Fabium Gallum: Habes Sartos vanales aliam alio nequiores. Meminisq; huius rei Plutarchus in Problem. pag. 453. & Sex. Fest. pag. 393. ad quos brevitatis gratia me refero.

4 Postea cum ea quoq; pars terræ qua Pirenaei montibus, mari mediterraneo, atq; Oceano ipso conclusa est, quam Hispaniam Romani nominant, Imperio adiecta esset, atq; ita Provincijs jam crescentibus latius imperiũ progatum; anno urbis 556. C. Cornelio Cethego, & Q. Minucio Rufe Cos. sex Pratores creati sunt, Cæsiusq; Sempronius Tuditanus Prator citeriorem, M. Helvius Blasio verò, ulteriorem Hispaniam sortitus est. Cumq; amnis Iberas eas Provincias separaret, citeriorq; Hispania ea vocaretur, qua cætra Iberum esset, ulterior qua ultra, prædicti Pratores terminare iussu sunt, qua ulterior citeriorve provincia servaretur; quemadmodum apud Livium videre licet lib. 33. pag. 259.

5 Savè Iureconsultum nostrum, Hispaniam pro una saltem provincia accepisse, mentio Provinciæ Narbonensis arguit: Cum tamen à Consulatu C. Cornelij, & Q. Minucij, usq; ad M. Claudij Marcelli & Caij Sulpitij Galli fastos, atq; ita centum annis amplius, apud Livium sex quot annis ferè Pratores creati, nominatim reperiantur: & Gallica gens anno 633. demum, à Q. Fabio Max. Cos. superata sit, inq; Provinciã redacta, qua ex eo tempore Narbonensis appellata est, à Narbone Tectosagum oppido, cum prius, à westium genere, Gallia diceretur Braccata, ut Plinius autor est, & Pompon. Mela lib. 2. de orbis situ pag. 133. Peperitq; ea victoria sibi Fabius Allobrogici cognomen: teste Paterculo lib. 2. pag. 34. in. f. & Valerio lib. 6. c. 9. ubi; Nihil, inquit, Q. Fabio Max. qui Gallica victoria cognomen Allobrogici sibi met ac posteris peperit, adolescente magis infame; nihil eodem sene ornatus ac speciosius illo seculo nostræ civitas habuit. Nec sanè crediderim proprium huic

huic Provincia Pratorum fuisse creatum; cum plures quam sex Pratores ante Cornelium Syllam creatos non esse, vel ex Iuriconsulto hic constet; ac, bellorum necessitate urgente per Consules, quibus & ipsis Provincias ordine commissas esse liquet, expediri hac cura potuerit. Et Narbonensis quidem ista Provincia quod Proconsul aliquando habuerit, indicat Spartianus in Caracalla, pag. 192. ubi Caracallam post cades Roma perpetratas quam plurimas, Galliam petisse; atq; ut primum in eam venit, Narbonensem Proconsulem occidisse scribit: ostenditq; in scripto l. 4. C. ad l. Iul. de adult. qua ab Alexandro ad Iulianum Procos. Narbonensis provincia scripta est. Ideo aut I. C. hic in specie provincia Narbonensis mentionem facit, ut scilicet Gallia comata excluderetur, qua ad Dictatoris usque para libera mansit, qui novem illis annis quibus in imperio fuit, omnem Galliam in provinciae formam redegit; autore Suet. in Iulio Cesare, c. 25. Unde Cicero de provincijs Consular. Gallia inquit, dua quas hoc tempore uno imperio videmus esse coniunctas &c. Comata à nutriendi capilli studio dicta est; teste Dione lib. 46. in fi. Licet non desint, qui toti id nomen Gallia falso tribuant, illo Lucani versu adducti:

Crimibus effusis toti pralate comata.

Comatam .n. Galliam à Narbonensi aliam esse Cor. Tacitus etiam convincit, lib. 11. pag. 300. & seq. qui hac de re consulendus est.

Hi ergo Pratores provinciales, sex licet orib. insignes fuerant; teste Cic. in Verr. ubi ita de Verre Sicilia Pratore loquitur. sex lictores circumstant valentissimi, & ad pulsandos verberandosq; homines exercitatissimi &c. ex quo id refert Non. Marcellus de propriet. ser. col. 1206. in verb. pulsatum: isti q; lictores sex secures cum totidem fascibus Pratoribus, quos ἐξ αὐτῶν ἐκεῖθεν inde appellabant, sicut lictores πελεκυφόροι, praeferebant; teste Appiano, in libro qui Syrius inscribitur, pag. 6. Dione lib. 53. pag. 310. & Polyb. lib. 2. & 3. Quas tamen virga securibus alligatae, ob id erant, ut significaretur Magistratus iram promptam dissolutamq; esse

244 *De Pratoribus Monarchia tempore*
non oportere, sed ut virgarum solutionis mora & tarditas iram
frangeret & impetum moderaretur; teste Plutarcho in problem.
pag. 465. Paulus tamen AEmilius Prator, cui in largitionis
magnificentia Antiochus sese opposuit, teste Athenao libro 5.
δειπνοσφιστων, c. 4. cum in Iberiam contenderet, quo plus maie-
statis adesset, dignis atq; Consularis Pratoria videretur adiuncta,
prater praescriptum cum duodecim litteris Praturam gessit; au-
ctore eodem Plutarcho in illius vita in pr. nec contentus eo fuit,
sed equo insuper albo insidens, & trabea candida, & ministris de-
albatis, usus est; Fenestella referente lib. 2. c. 19. Hinc Iuvena-
lis ad id alludens satyra 10. post pr.

Da nunc & volucrem scepro qua surgit eburno,
Illinc cornicines, hinc precedentia longi
Agminis officia, & nerveos ad frena Quirites.

DE PRAETORIBVS QVI TEMPORE

Monarchiæ superioribus adiecti sunt,

Caput XXX.

Deinde Cornelius Sylla &c.)

1. Pratoribus urbanis ac provincialibus sex, à Sylla quot adiecti, & ad quid? 2. Quot item à Julio Cæsare, & AEdiles Cereales unde dicti? 3. Augustus quot adiecerit, & cui rei praesuerint? 4. Tiberius Pratorum numerum quomodo auxerit? 5. Quomodo item Claudius: & ad quam usq; quantitatem Pratores fideicommissarii, & ubi jus dixerint? 6. Nerva quem Pratorem constituerit, & is ubi jus dixerit? 7. Sequentes Imperatores quot adiecerint, quibusq; de rebus jus dixerint? 8. In urbe Constantinopolitana Valentiniani Martianiq; item Iustiniani temporib. quot Pratores fuerint, quot item in Provinciis?

P*Pratorum numerus, ut propter Provinciarum adjectionem*
auctus est, ita Republica in dominationem versa, augeri si-
militer cepit. Et in initio quidem, cum quaestiones publicae, extra
ordinem, modo Consulibus modo Dictatori, modo Pratoribus ali-
isq;

usq; Magistratibus demendari à Senatu solita, Censorino &
 Manilio Consulibus anno videlicet 604. ordinaria fieri, antiq;
 ex Pratoribus, Provincijs administrandis alijs patissimum prastit
 tutis, in annos singulos committi cepissent, ordinariaq; primo o-
 mnium, de Repetundis quaestio, lege Calpurnia, à L. Calpurnio
 Pisone Tribuno plebis lata, constituta esset; deinde lege quadam,
 à Magistratu nescio quo, post Africani eiusq; fratris Asiatici
 accusationem lata, quaestio de Peculatu; & legibus Apuleia atq;
 Varia à L. Apuleio Sarnino & Q. Vario Sacronensi in Tribu-
 natibus latis, quaestio de Maiestate, legeq; Tullia à M. Cicerone
 & C. Aquilio in Pratura lata, de Ambitu quaestio, ut ipse Cice-
 ro in Planciana & Cluentiana autor est, ubi Collega suo C. Aqui-
 lio, de Ambitu quaestionem tribuit: Tandem Cornelius Sylla
 Dictator quaestiones publicas de Falso, de Parricidio, de Si-
 carijs & de Iniurijs diligentius constituit, veteriq; Pratorum
 numero, ut essent qui de his peculiariter inquirerent, quatuor ad-
 iecit, ita ut decem Pratores crearentur. hoc textu. Hinc Cicero in
 3. Verrina pag. 273. de Falsi quaestione loquens, Cornelia, inquit,
 testamentaria Numaria caetera complures: in quibus non jura
 aliquod novum populo constituitur, sed sancitur, ut quod semper
 malum facinus fuerit, eius quaestio ad Pratorem pertineat ex
 cerso tempore. Nec adversatur Iureconsultus hic, qui, Syllam
 quaestiones publicas primum ordinarias fecisse, videtur innere.
 Quatuor enim quidem Sylla quaestiones publicas constituit, de
 Falso; de Parricidio; de Sicarijs & Veneficijs; & de Iniurijs; sin-
 gulisq; Pratoribus, quaestiones singulas demandavit; quarum ul-
 tima tamen, quae & ipsa olim ex lege Cornelia publica erat l. hos
 accusare 12. S. ult. de accus. proprijs, ac suo Pratori commissa, cu-
 ius Vlpianus meminit in l. si quis 35. de iniur. à Pomponio hic pro-
 pterea omissa est, quod iniuria, ex publica priuatum deinde fieri
 iudicium ceperint, ut Cuiac. tradidit in parali. C. de malef. &

iniuria ex publico
 priuatum adit for
 iudicium.

mathem. Verum publicas quaestiones reliquas, quarum supra meminimus, ordinarias ante Syllam fuisse, testimonio Ciceronis liquet in Bruto, pag. 353. ubi, Carbone, inquit, forum tenente plura judicia fieri ceperunt. nam & quaestiones pecuniarum repetandarum (ita enim Cuiacius hunc locum restituit) hoc adolescente constituta sunt, qua nulla antea fuerant. Lucius enim Piso Trib. pl. Legem primus de pecunijs repetendis, Censorino & Manlio Consulibus, tulit &c. Es in 2. de offic. De pecunijs, inquit, repetendis à L. Pifone lata est lex, nulla antea cum fuisset. Et C. Cornelium Tribunum plebis rem maiestatis factum esse apud P. Crassum Praetorem cui quaestio ea obveneras, tradidit Ascinius Padianus in argumento Cornelianæ.

Augeri deinde Pratorum numerus etiam à Iulio Cesare cepit, teste Suetonio in illius vita c. xi. qui anno 710. duos Praetores, duosq; AEdiles, qui annonæ rei, frumentaria, h. e. frumento explorando, probando & dividendo praessent, ex plebe constituit, qui inde Cereales nominati fuerunt; quemadmodum Iurisconsultus hic testatur; & Dion lib. 43. in fi. & quaedam antiqua inscriptiones, quæ ita habent: **AEdiles Plebei Cereales.** AEdiles Cereales à Cerere denominationem ducere, ex Dione loco citato constat, ubi dicto τῆς Δημότητος & eos, nomen sortitos esse affirmas. Ceres enim μελωνοπωρεως pro frugibus ponitur, ut Bacchus pro Vino, in illo Terentij, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Illis ad extremum similes illi fuerunt, qui **Agentes in rebus** in iure nostro dicuntur sive **Magisteriani**: de quibus in l. 12. C. de prox. sac. scri. & l. 1. C. de agent. in reb. lib. 12. Novell. 17. c. 4. & Novell. 124. c. 3. Atq; ita (ut Iurisconsultus subiicit) duodecim Praetores, sex AEdiles, sunt creati. Quod enim Dion libr. 42. pag. 129. Casarem, quo pluribus

pluribus gratiam referre posset, decem solummodo Prætores designasse affirmat, rationi non convenis. Si enim Sylla sex Prætoribus, quatuor adiecit, & Prætorum numerum Cæsarem quoque au- xisse Suetonius dicit, Cæsarem duodecim creasse verisimilius est, quam decem, qui iam tum à Sylla designati fuerant.

Auxis & eundem numerum Augustus, eodem Sueton. autore in eius vita, c. 37. &, ut Iureconsultus hic ait, sedecim Prætores constituit. Licet enim hac in re autores mirifice varient: ac Cornel. Tac. lib. 1. annal. pag. 29. duodecim Prætorum sub Augusto mentionem faciat: Dion modo sedecim, modo duodecim, modo quatuordecim: Paterculus decem, dum lib. 2. pag. 106. sic inquit: Nihil optare à dijs homines possunt, quod non Augustus post reditum in urbem Reipubl. representavit. restituta a vis legibus; judicijs autoritas; Senatui maiestas; imperium Magistratum ad pristinum redactum modum; tantummodo octo Prætoribus allecridno; prisca illa & antiqua Reipubl. forma revocata &c. Iureconsulti tamen quia Imperatores in Prætorum creatione certum observare numerum non viderent, cum referre maluerunt, qui aut frequentior esset aut etiam maior, ut hoc in loco Cujacius rectè notavit Et sanè cum Quasturà ad patres devoluta à quatuor creari Quastores cæperint, Augustusq. Imperator primus A Erarij curam ad Prætores transfalerit, ut ex Dione lib. 55. & Sueton. in Augusto c. 36. supra retulimus. Verisimile est, ad numerum Quastorum, Prætorum Julij Cæsaris numerum, ab Augusto fuisse auctam. Nam ararij Prætorum non solum à Tacito mentio fit, lib. 1. ubi inquit: -Resistentibus ararij Prætoribus subvenit Cæsar, pretiumq. ad iam Aurelio tribuit. Sed Julius quoque Frontinus de aquaductib. lib. 2. inquit: Quisq. ita delati essent, eis Prætores ararij mercede cibaria, quanta Præfecti frumento danda, dare ferreque solent, annua darent & attribuerent, ex quibus id refert Barnabas Briffonius antiq. lib. 3. c. 19.

Tiberium

248 De Pratoribus Monarchia tempore

4

Tiberium quoque Imperatorem, contra iurjurandum, quo de Pratorum numero ab Augusto constituto, non excedendo Senatui sese obstrinxerat, varie Pratorum numerum mutasse atque interdum quindecim, nonnunquam sedecim, quandoque uno aut duobus plures paucioresve pro arbitrio designasse, à Cornelio Tacito relatum est, *annal. lib. 1. & Dione lib. 58. Rom. hist. pag. 387.*

5

Denique, ut essent qui deficientiam voluntates tuerentur, & jus de fideicommissis dicerent: D. Claudius alios duos adiecit, quos fideicommissarios vocavit, teste Fenestella lib. 2. c. 19. Horum plurima in iure mentio est; ut l. si non lex. 83. inf. de her. inst. l. quasitum. 17. §. per legem inf. de leg. 3. l. si quis. 29. inf. de usufr. & redit. l. Titia amica. 35. inf. de aur. & argent. leg. l. si cui legatum. 92. inf. de condit. & demonstr. l. si libertus 41. inf. de bon. libert. l. Licinius. 4. inf. quib. ad libert. proc. non lic. l. 2. C. qui pot. in pig. hab. §. 1. Inst. de fideic. hered. Dicuntur quoque Pratores eiusmodi fideicommissarium jus, ad certam usque quantitatem. Nam fideicommissus maioris momenti non Pratorem fideicommissarium, sed Consules ius dixisse, testatur Quintil. lib. 3. Inst. orat. c. 6. dum inquit: Non debes apud Pratorem petere fideicommissum, sed apud Consules. Et Ulpianus in l. pen. §. ult. inf. de iurisd. ubi quando de quantitate ad iurisdictionem pertinente queritur, puta de quantitate fideicommissi, semper querendum esse ait, quantum petatur, non quantum debeat. Ea quoque causa etiam est, cur idem Ulpian. in frag. tit. 25. dum de cognitione super fideicommissis in urbe tractat, à Consulibus Pratorem fideicommissariam seiungat, quod scilicet de maioris pecunia fideicommissis, Consulum, de minoris, Pratoris fideicommissarii cognitio fuerit. In urbe itaque cognitio de fideicommissis Consulum est, aut Pratoris qui fideicommissarius vocatur: in provincijs verò, Præsidentum Praevinciarum. Ulpian. d. tit. 25. l. cum etiam. §. C. de reb. cred. l. si res. 57. inf. de leg. 1. qui vice omni-

et quantum ad
iurisdictionem per
tinet.

217

in Roma Magistratum fungantur Lex omnibus 10. inf. de offic. prasid. Hinc Suetonius in Claudio c. 23. Iurisdictionem de fideicommissis quotannis & tantum in arbe delegari Magistratibus solitam, in perpetuum atq; etiam per provincias Potestatibus demandavit &c. per potestates prasides provinciarum intelligens. Qui enim in provincijs imperium aliquod potestatemq; obinebant. Potestates dicebantur: eoq; a Magistratibus qui in arbe erant ut plurimum separantur ut l. 1. inf. quod quinq; jur. l. 5. inf. de receptis. l. 3. in fin. inf. ad l. Iul. maiest. & alibi.

Procurator.

Claudius igitur Imperator duos Praesores fideicommissarios reliquis adiecit: cumq; ex his unum D. Titus detraxisset: D. Nerva numerum rursus supplendo alium adiecit, eum scilicet, qui inter fiscum, & privatos jus diceret: idq; in urbe: In provincijs enim inter fiscum & privatos Procurator Caesaris iudicabat, sive Rationalis. Licet enim olim Iurisdictionem ille nullam haberet, sed administrationem tantum rerum fiscalium; auctore Dione libr. 53. ac 57. & Strabone libr. 3. Claudiusq; Imperator precario exegerit, ut quae procuratores sui iudicando statuerent, rata essent; teste Cor. Tac. lib. 12. annal. pag. 347. Hodie tamen Iurisdictionem inter fiscum & privatos in causis pecuniarijs habet. l. nec quicquam. §. 1. inf. de offic. prasid. l. cum hi. 18. §. 11. de transact. & s. s. C. ubi causa fiscales vel divina dom. hominumq; eius agantur. Licet inter privatos jus dicere aut de crimine cognoscere nequeat. t. s. inf. de offic. proc. Caf. & l. 1. C. de Iurisd. om. jud. ita quidem, ut a Procuratore Caesaris, qui partibus Praesidis non fungatur, iudicem in causa privatorum inutiliter dari Papinianus responderis in Lex consensu 23. §. 1. de appellat. & rescripserit Gordianus in l. 1. C. de ped. iud. Si tamen Praesidis vicem taceatur, criminis cognitio illi permittitur l. 3. de offic. proc. Cafar. l. 2. C. de pæn. & l. 4. C. ad L. Fab. de plag. Ideoque

6

250 De Pratoribus Monarchia tempore

cum Pontius Pilatus Procurator Caesaris, Praesidis vice in Syria fungeretur, seditionis illa causa, cuius Christus DEI & semper virginis Mariae filius, falso insimulabatur, coram eo agitata est, ac tandem Dominus ac Salvator noster per eum, juxta l. si quis aliquid. §. 2. inf. de pœnis. Paul. lib. 5. sent. tit. 22. & l. 2. C. de seditiosis. crucis supplicio fuit affectus; eodem Tacito attestante lib. 15. annal. pag. 470. Concio, lib. 1. subsecivur. lect. c. 13. Dico de Pilato quod Procurator Caesaris fuerit. Praeses enim Syriae Pilatus non fuit, sed vice Praesidis. Ideoq, vetus interpres verba Luca c. 3. ἡγεμονεύον] Πιλάτου procurante Pilato rectius reddidit, quam alij presidente vel praeside Pilato. Praeses enim Syriae Vitellius, vir Consularis, fuit, Procurator Pilatus, eques Romanus; quemadmodum ex Tertulliano, Tacito & Iosepho Cusacius refert lib. 19. obs. c. 13. Lactantius lib. 4. Instit. c. 18. de Pilato, illi, inquit, comprehensum Christum, ac Pontio Pilato, qui tum legatus Syriam regebat, oblatum, cruci affigi postulaverant, obijcientes ei nihil aliud, nisi quod diceret, se Filium DEI esse, & Regem Iudaeorum.

7
 Divi igitur Nerva temporibus, ut Iurisconsultus hic inquit, decem & octo Praetores in civitate jus dixerunt. Postea qui secuti sunt Imperatores, precedentibus Pratoribus alios duos adiecerunt, qui cum de tutelaribus tum liberalibus causis iudicerent. Ac de tutoribus quidem ut diligentius tractaretur, M. Antonini Philosophi sollicitudine effectum est, qui proprio Magistratus eam curam demandavit, qui inde Prator tutelaribus dictus est; teste Capitolino in illius vita, pag. 154. cum prius Claudij Imperatoris constitutione tutores à Consulibus extra ordinem peterentur. §. Sed ex his Inst. de Artil. tut. Sueton. in Claudio c. 23. Sanxit, inquit, ut pupillis extra ordinem tutores à Consulibus darentur, usq, hi, quibus à Magistratibus Provincia

inter-

interdicerentur, urbe quoq; & Italia summoventur. Atq; ad
 eam Claudij constitutionem id quoq; referendum est, quod de
 confirmatis tutorib. Consulari potestate traditur in l. 1. ff. de con-
 fir. tut. Paulus hunc Pratozem Judicem tutelarem vocat
 lib. 5. sent. tit. 16. dum inquit: Judex tutelari, itemq; Centum-
 viri, si aliter de rebus hereditarijs, vel de fide generis instrui non
 possunt, poterunt de servis hereditarijs habere quaestionem. Fitq;
 Pratoris huius mentio in l. 1. C. de tutor. illust. l. 9. C. arbit. tutel. &
 l. 3. & 4. C. Theod. de tutor. deq; officio illius Vlpianum librum
 singularẽ scripsisse ostendit inscriptio l. 3. 5. & 9. inf. de excus. Pra-
 toris verò qui de liberalibus causis cognoscebat, mentio extat in l.
 amplius 3. & l. interest. 5. inf. de liberal. caus. & l. 1. C. si mancipi-
 ta venierit ne prostr. ibi; perducit eam ad Pratozem cuius de li-
 berali causa iurisdicção est. Et apud Iustinianum in Novell. 13.
 c. 1. dum inquit: ὡσαυτέτιμοι Pratores εἰσὶν ἐν τῇ συγκλήτῳ βε-
 λῆοι τῆ ἐλευθεριῶν καὶ τῆ πτωχῶν καὶ τῆ τοικῶν προκαθήμενοι. h. e.
 sicut ceteri Pratores sunt in Curia Senatus, libertatum tutorum
 & talium Praesides. Porro Valentinianus Marrianusq; in Roma
 nova tres tantum Pratores esse voluerunt, qui singulis annis ju-
 dicio Senatus, ex ijs hominibus deligerentur, qui ades in urbe ha-
 berent. l. 2. C. de off. Pratoris. ex qua id tradit Alex. Sardus lib.
 2. de morib. ac ritib. gentium c. 17. quibus Iustinianus quartum
 adiecit, qui Prator plebis dicebatur, vel ut alij mánt, Pra-
 tor populi: eumq; ex ordine Senatorio creari voluit; Novell. 13.
 ut ita 4. Pratores in urbe C. P. Iustiniani tempore fuerint: In Pro-
 vincijs verò quinq;. Nam & Pisidia Pratozem Iustinianus insti-
 suit; Novell. 24. & Pratozem Licaonia; Novell. 25. & Thracia
 Pratozem; Novell. 26. & Pratozem Paphlagonia; Novell. 29. &
 deniq; Pratozem Sicilia; Nov. 104. Atq; hac de Pratoribus quan-
 tum per veterum disquisitionem licuit hætenus. Sequitur de
 Praefecto urbi.

8

DE PRAEFECTO VRBI,
Caput XXXI.*Et hæc omnia quoties in Republica.)*

1. Reipublicæ vocabulum quid significet? 2. Præfectura urbana quando coeperit, & quamdiu duraverit? 3. Feriarum publicarū genera quot? & ex quo genere feriæ latinæ? 4. Feriæ latinæ à quo institutæ? & per quot dies celebratæ? 5. Illarum Præfectus qua occasione creatus? 6. Intermissam Præfecturam urbanam quis revocaverit? & urbis Præfecti qui facti? 7. Potestas & officium Præfecti urbis quod?

Qua de Magistratibus urbanis hæcenus dicta sunt, eatenus procedunt, quatenus in Republica Magistratus sunt. Nam quoties proficiscuntur, unus relinquitur qui jus dicat, is vocatur Præfectus urbi: quemadmodum Iuriconsultus hic loquitur. Intelligi, per Rempublicam, urbem volens, ita ut in Republica esse, vel à Republica abesse, idem quod in urbe esse, vel urbe abesse significet. Sic enim Reipublicæ vocabulum pro urbe apud alios etiam auctores positam reperitur: ut Cor. Tac. lib. 16. Helvidius inquit, & Paconius Italia depelluntur: Montanus patri concessus est; prædicto, ne in Republica haberetur. Et apud Salustium in Catilinæ coniuras. Postea, inquit, Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro Pratore missus est, adnitente Crasso, quod eum infestum Cn. Pompeio cognoverat: neq; tamen Senatus provinciam in vitus dederat, quippe sædum hominem à Republica procul esse volebat &c.

Porro Præfectura urbana Magistratus antiquissimus fuit, ærupta qui Regum tempore coeperit. Regibus enim domo abeuntibus, ne urbs sine imperio foret, in tempus deligebatur, qui Ins redderet, ac subitis mederetur. Feruntq; à Romulo Dentrem Romulium, à Tullo Hostilio, Numam Martium, à Superbo Sp. Lucretium impositos; quemadmodum Cornel. Tac. auctor est lib. 5. annal. pag. 254. Postea Regibus exactis cum Consulibus etiam foris

foris Remp. administrantibus, idē mos creandi Praefecti aliquan-
 diu esset servatum, ut ex Livio apparet lib. 1. in fi. ubi Bruto Tri-
 buno Celerum differens ait: Imperium in urbe Laetresio Praefecto
 urbis; iam ante ab Rege instituto, reliquit. Et mox: Duo Con-
 sules inde Comitū Centuriatis à Praefecto urbis ex Commentarijs
 Servij Tullij creati sunt L. Iunius Brutus & L. Tarquinius Colla-
 tinus, demum Praetoribus creatis, qui Ius in urbe, bello Consulibus
 avocatis, redderent, in tantum Praefecti urbi creati desisterant, ut
 saltem simulacrum quoddam Latinarum feriarum causa relictum
 sit; ut Cor. Tacitus lib. 5. & Fenestell. lib. 2. c. 6. auctores sunt. Vnde
 Iurisconsultus hic Postea verò, inquit, (ita enim rectius quam
 ferè legitur) Latinarum feriarum causa introductus est, &
 quotannis observatur.

Feriarum publicarum quatuor genera fuerunt: Stativa;
 Conceptiva; Imperativa; & Nundina; quemadmodum ex Var-
 rone & alijs Flavius refert lib. 2. de Roma triumphante. Latinae
 feriae ex Conceptivis fuerunt, quae sic dicta sunt, quod quotannis
 à Magistratibus vel sacerdotibus in dies certos vel incertos con-
 ciperentur, teste Macro. lib. 1. Satur. c. 16. & Sext. Festo pag. 62. Fu-
 runtq; Latinae feria à Tarquinio Superbo primum instituta; ut
 auctor de viris illust. testatur c. 8. & Sabellius Ennead. 2. libr.
 6. col. 332. ea potissimum intentione, ut quemadmodum Latini
 nominis omnes, rerum publicarum causa ad lucum Ferentina con-
 venirent; Dionys. lib. 3. sic sacrorum quoq; gratia in monte Al-
 bano congregarentur, Ioviq; Latiali, consensu communi sacrifici-
 um facerent. Ex Latinis itaq; 47. urbibus alijs agnos, alijs case-
 os, alijs lactis mensuram quandam, alijsq; his simile aliquot mola
 genus offerentibus. solemnitati huiusmodi, feriarum Latinarum
 nomen conciliatum est; eodem Dionys. auctore lib. 4. fol. 183. Et
 cum ferijs eiusmodi unus solummodo dies à Superbo esset dicatus,
 postea exactis Regibus alter à populo additus est: & tempore isti
 facteris

federis a Sp. Cassio cum urbibus Latinorum omnibus, de pace & amicitia, tertius adijci coepit est: ita ut solemnitas illa trium dierum spacio duraret: ut idem Dionys. comprobat libr. 6. in fin. decrevit, inquit, Senatus agendas Djs gratias de reconciliatone plebis, sacrificiaq; perficienda, unam diem adijciens Latinis feriis, quae duarum erant: Primam quidem sacram faciente Tarquinio, quo tempore Etruscos vscere: secundam vero addente populo, cum Reges ejiciens liberam civitatem fecit: quibus duabus verita quoque adiecta est reditus rebellium gratia &c. Denique ordinibus ob Plebeium Consulatam a diutina ira in concordiam tandem redactis, Senatus autoritate ad triduum, quartum diem adiectum esse, tradit Livius libr. 6. in fine.

5

Illis igitur conceptivis Latinarum feriarum diebus ex Albano monte Latinis populis carnem ex sacris petere Ius cum Romanis fuit; teste Varrone lib. 5. de lingua latina pag. 49. & Plinio lib. 3. nat. histor. c. 5. quod Pomponius viscerationem nominat in l. fin. tibi pure. inf. de leg. 3. Cumq; & Magistratus urbani illuc quotannis omnes, etiam Tribuni (qui tamen alias extra urbem pernoctare non poterant, quemadmodum supra ostendimus:) ad sacra Iovi per triduum aut quatrimum pro Latino populo faciendas (quibus induciarum olim inter Romanum Latinumq; populum, factarum memoria renovabatur; Macrobi. d. lib. 1. c. 16.) proficiscerentur; ideo; ne sine Magistratibus urbs interim esset, simulacro quasi quodam illius creationis qua initio propter Magistratum ad bellum vel ad Provincias suas profectioem fiebat, Praefectus urbi Latinarum introductus est, qui petentibus jus diceret, postulationibusq; audiendis vacaret. Unde Tacitus lib. 4. annal. Caserum, inquit, postulandis reis tam continuus annus fuit, ut feriarum Latinarum diebus Praefectum urbis Drusum auspiciandi gratia tribunal ingressum

sum adierit Calpurnius Salvianus in Sextum Mariam &c. Sane postulationes eas harum feriarum tempore à Claudio Imperatore postea interdictas fuisse, scribit Suetonius in Nerone c. 7.

Deniq; cum ex tumultu creati Præfecti urbis omnino defissent, eos aliquandiu intermissos Augustus Imperator revocavit; quiq; sub Regibus ad tempus constituebantur, Latinarum autem tempore ad certos solummodo dies fieri perpetui ceperunt, referente Dione lib. 54. post pr. Γραχῆς δὲ ἸνϞ, inquit, πρὸς τὸν πολιάρχην ἔδιδόντες ἀνοχὰς αἰρημένῃ χειροτονίᾳ συμφάσης ὡς ἐπεράτησεν αὐτῷ, ἀλλὰ ἀνδρῶν δὲ χῆς πρώτης, τὸν ἐνιαυτὸν ἐκείνον διεχρόνιο. Et postea eodem lib. circa med. διανομοθῆναι, αἰτ, τὸν ἐς πρὸς ἀνοχὰς καθιστάμενον ἕνα αἰεὶ αἰρεῖσθαι. Augustum scilicet instituisse, ut unus semper Præfectus urbis propter ferias constitueretur. Hinc Suetonius in Augusta c. 37. Præfecturam urbis inter officia ab Augusto excogitata numerat, cum tamen Regum quoq; temporibus fuerit, ut supra retulimus. Primusq; omnium bellis civilibus Cilius, vel ut alij legunt, Cillenus Mæcenas, equestris ordinis, altor ille & fautor Alusarum celebratus, Præfectus urbi constitutus fuit, cuius Horatius meminit lib. 1. carminum ode 3. eundemq; secutus est Messala Corvinus; qui tamen paucos intra dies potestate, quam immodicam esse, diceret, se abdicavit; ut Cornel. Tacit. d. lib. 5. annal. scriptum reliquit. Postea à Tiberio Lucium quoq; Pisonem Præfectum urbi factum esse, propter noctis, biduiq; continui commensationem ac campozationem, tradit Suetonius in Tiberio c. 42. Eidemq; muneri à Claudio Neronem Præpositum fuisse, refert idem; in Nerone c. 7. Scribitq; hoc ipsum de M. Antonino Philosopho Capitolinus in illius vita pag. 152. Virilem, inquit, togam sumpsit, quinto decimo ætatis anno, statimq; ei L. Ceionij Commodi filia desponsata est, ex Adriani voluntate. Nec multo post Præfectus feria-

rum Latinarum fuit, in quo honore praclarissimè se pro Magistratibus aegensem, etiam in convivijs Hadriani Principis ostendit.

7
 Et si autem potestas illius, finibus perquam angustis ab Augusto erat circumscripta, ita ut in servos tantum civēsque turbulentos, jus illi fuerit, ut in 6. annal. Tacitus autor est: postea tamen Principum concessione admodum & aucta fuit & corroborata, imprimisq; epistola D. Severi ad Fabium Cilonem Praefectum urbi, cuius Vlpianus meminit in l. 1. in pr. inf. de offic. Praef. urb. l. ult. inf. de offic. Praef. Vigil. l. 1. §. hi quibus aqua. 2. inf. de leg. 3. & l. inter pœnas 6. in pr. inf. de interd. & releg. Primò enim delictorum omnium omninò cognitio ad eandem pertinebat, non solum qua intra urbem admittebantur, sed etiam qua extra usq; ad centesimum lapidem d. l. 1. inf. de offic. Praef. urb. Hinc Cassiodorus lib. 6. variar. in formul. praef. urb. Distinctioni tua non solum Roma commissa est (quamvis in illa contineantur universa) verum etiam intra centesimam potestatem te pretendere antiqua Iura voluerunt, ne sansa civitatis iudicem muralis agger includeret, cum Roma omnia possideret &c. Quinimò ea quoque crimina sibi Praefectus vindicabat qua extra urbem intra Italiam admittebantur. d. l. 1. in pr. inf. de off. praef. urb. quamvis tamen non ipsius notio erat, sed illius cui mandaveras. Urbis. n. Praefectus cum terminos exierat, potestatem non habebat, nisi quod extra urbem jubere iudicare posset l. si. inf. cod. Deinde ad officium illius pertinebat, ut mancipia tueretur, adversus intolerabiles dominorum iniurias; patronorumque jus adversus liberos; d. l. 1. §. 3. & 4. ideoque si patronus conquestus de liberto fuerat, quod sine venia edicti impetrata in jus se vocasset, nec quinquaginta aureos pena nomine solvere poterat, praefecto urbi quasi inofficiosus litigator castigandus committebatur, eo, dum castigabatur fustibus, à aprone superdicto; inofficiosè litigare nolis; h. e. temerè & irr

irreverenter litigare noli; ut hoc ex l. 1. inf. de jur. patron. apparet. idq̄, secundum id, quod generaliter de pœnis proditum est, ei esse indiscendam extraordinariam coërcitionem, cuius egestas pecuniariam pœnam non patitur, vel eludit; ut Vlpianus loquitur in l. 1. §. ultim. infr. de pœn. & videre est apud Zenonem duobus locis, in Const. ad Præfectum urbi missa l. pen. C. de edific. privar. vel, ut Cassiodorus in 9. variar. debitum pœnis reddendum, ubi pecunijs compensari non potest. vel ut idem in 10. variar. supplicio corporali pœnam luendam, ubi debitor pecuniaria satisfactioni non sufficit. vel denique ut Ambrosius sermon 78. ubi redhibitione substantiæ satisfieri non potest, satisfiat ultione corporis. Annona quoque curam anà cum Præfecto annonæ ad officium eius spectasse, apparet ex d. l. 1. §. cura carnis. & l. 1. C. eod. itemq̄, quies populorum, ac spectaculorum disciplina. d. l. 1. §. quies: & ut numularij circa sua professionis negocia obeunda probè se gererent, temperarentq̄, ab his qua leges non admittunt: d. l. 1. §. 3. in fine, & l. penult. infr. eod. Fenestell. libr. 2. c. 6. Denique appellationes etiam omnium potestatum ad Præfectum urbis pertinuisse, tradit Vopiscus in Florianò, Dion lib. 52. pag. 293. & Alexan. lib. 5. c. 20. quod postea obsoletum fortè, Constitutionibus renovatum est; l. si apud. l. cum appellatio C. de appellat. Vnde Cassiodorus loco prædicto: Tu etiam ex designatis lege provincijs ab appellacione cognoscis. In summa cunctos Magistratus urbanos dignitate, antecellebat l. 3. C. eod. primus sententiam dicebat, Novell. 62. Cassiodorus loco prædicto; Conides supra omnes, sententiam primus dicis. tota disciplina urbis ei commissa erat; d. l. 1. inf. eod. & nullus civis, nullum collegium aut corpus, iurisdictionem eius evitare poterat. l. 4. C. eod.

DE PRAEFECTO ANNONAE,
Caput XXXII.*Nam Praefectus annonae.)*

1. Praefecti annonae & Vigilum, ordinariis ne an extraordinariis Magistratibus annumerentur? 2. Praefectura annonae quando coeperit? 3. Ordinariâne postea, & à quo facta? 4. Post Augustum annonae Praefecti qui fuerint? 5. Praefecti annonae munus & officium quod? 6. Per quos frumenta & quamdiu distribuerit? & frumenti loco postea quid distributum? 7. Favor annonae & Praefecti eius dignitas quae? & postea utrum evluerit?

1 **S**eparat Jurisconsultus hic Magistratus ab his, qui extra ordinem Ius dicunt; quemadmodum etiam in l. 3. §. ult. inf. de offic. Procos. Praefectumq; annonae & vigilum non Magistratus esse, sed extra ordinem utilitatis causa constitutos dicit; h. e. Magistratus eos statutos legitimosq; non esse, sed extra morem consuetum, ad tempus solummodo, utilitatis causa iam sum creatos esse. Atq; ad Praefecturam quidem sive potestatem annonariâ, ut l. 1. C. de off. Praef. urb. & l. 22. C. Theod. de pistorib. appellatur, quod attinet, constat eam esse antiquissimam, ut qua liberationem Reipublica à dominatu Regio, statim sit secuta. Tarquinio enim Superbo Appio Claudio & P. Servilio Consulibus, apud Aristodemum tyrannum mortuo, cum contentio inter Consules de dedicatione adis Mercurij orta esset, ac in eam conditionem itum, ut ille qui adem Mercurij dedicaret, Praefectus quoq; annonae esset, populus, in Consulum, haud probè in Magistratu versatorum, ignominiam, dedicationem M. Plesorio Primpilo dedit: ut Fenestella testatur lib. 2. c. 15. & Valerius Max. lib. 9. c. 3. Postea cum multi ex plebe, spe frumenti amissa, potius, quam ut cruciarentur trahendo animam, capitisbus obvolutis se in Tyberim praecipitâssent, Proculo Geganio Macerino, & L. Menenio Lanato Cos. anno urbis 313. L. Minucius Augurinus Praefectus

Præfectus annonæ est creatus; autore Livio lib. 4. pag. 45. in si. Cumq; eo ipso anno, quo Cicero ab exilio revocatus est, populus iteram penuria laboraret, Pompeius quoq; Magnus, cuius Vlpianus meminit in l. 1. inf. ad municipal. Præfectus annonæ est designatus, ut testis ipse Cicero est in orat. pro domo sua ad Pontifices pag. 558. Is è Sicilia magna vi frumenti Romam navigaturus, gubernatoribus clasibus, savienti pelago sese committere nolentibus illam saluberrimam Reipubl. vocem dedisse dicitur: Navigare necesse esse, vivere necesse non esse, referente Fenestella libr. 2. c. 15. De quo ita etiam Cassiodorus lib. 6. Variar. in formul. Præfect. annon. Non immerito inquit, Pompeius fertur usq; ad rerum pervenisse fastigia. Quia merito singularis est amor populi, cum potuit à pecunia liberari. Hinc ille gratificationem meruit, plausamq; popularem. Hinc unice semper amatus est, & in gratia civium omnium vicit. facta malorum. Qui ne aliquando in honore diceretur, cum nominis taxatione vocabatur Magnus &c.

Atq; hi quidem omnes ad tempus solum, atq; extra ordinem rei frumentaria fuerunt præstituti, ut Cicero loco prædicto autore est. Postea Augusto Præfecturâ illa delatâ, frumenti dividendi cura, extraordinaria qua fuerat & temporalis, fieri ordinaria ac perpetua cæpit, ut ex Suetonio patet in Augusto c. 37. ubi curam frumenti dividendi, ut Præfecturam urbis, vetera qua fuerant, inter officia nova, & ab Augusto excogitata recenset. Cum enim M. Marcello & L. Aruntio Cos. pestis per totam Italiam ita grassata esset, ut agris colendis nemo vacaret, atq; ob id, lue ista attriti Romani, fame laborarent, cum 24. fascibus ad ades Augusti accesserunt, eiq; vi summa Dictaturam obtulerunt, & exemplo Cn. Pompeij Præfecturâ annonæ. Cumq; spreta Dictaturâ, Præfecturam, licet invitus admisisset, Duumvi-

ros creare quotannis iussit, Praetura ante quinque-
 nium functos, quorum divisio & distributio annonae esset,
 autore Dione in initio lib. 54. καὶ Ἀυγύς, inquit, τέτο μὲν
 (Ἰππόμελειος scilicet ἔ σίτη) ἀναγκαιῶς ἐδέξατο, καὶ ἐκέλευσε δύο
 ἀνδρας, τὸ πρῶτον πέντε καὶ ἑπτὰ ἑσρατηγμάτων πρὸς τὴν ἔ σίτην δια-
 μνηναί ἔτ ἐρεῖσθαι. Augusto abdicante, annonae Praefectu-
 ram Tiberius sortitus est, ut ex Suetonio colligitur in illius vita
 c. 8. Interq; hac, inquit, duplicem curam administravit: annonae
 quae arctior inciderat: & repurgandorum tota Italia ergastulo-
 rum. Tiberio regnante, C. Turranius, si Tacito in 1. annal. est cre-
 dendum; qui ita de eo: Sextus, inquit, Pompeius & Sextus A-
 puleius Cos, primi in verba Tyberij Caesaris juravere: apudq; eos
 Scius Strabo, & C. Turanius, ille Praetorianarum cohortium Prae-
 fectus, hic annonae. Sub Heliogabalo Claudius quidam tonsor,
 ut ex Lampridio supra retulimus c. 16. & deniq; sub Alexandro
 Inreconsultus Vlpianus l. 4. C. de contrah. & commit. stip.

Hinc igitur Praefecto cuius in l. administrantes 41. inf. de
 excusat. l. mulierem 13. de accusat. l. fin. de l. lal. de annon. No-
 well. 88. c. 2. & alibi mentio fit, quemq; Vlpianus in l. 1. §. est
 autem 8. inf. de exercit. act. Praefectum propter ministeriam
 annonae nominat; non solum ut frumentum undiq; adveheretur
 incubuit, advectumq; & in horrea publica, quorum ut P. Victor
 tradit 309. fuerunt transfusam, iusto pretio ut distribueretur:
 verum etiam si ultra proprios usus aliquid quis possidebat, in me-
 dium illud ut conferretur ad illius similiter pertinuit officium.
 teste Fenestella d. lib. 2. c. 15. Qui enim id quod ultra proprios
 usus possidet, minus uberes proventus expectando, iusto pretio
 vendere detrectat, annonam onerat, & extraordinarium commit-
 tere crimen intelligitur l. annonam 6. inf. de extraord. criminib.
 Hinc Seneca eleganter de brevitate vitae c. 18. & 19. Paulinum,
 qui

qui & ipse sub Claudio Praefectus annonae fuit, alloquens; Tu quidem, inquit, orbis terrarum rationes administras, tam abstinenter quam alienas, tam diligenter quam tuas: sed tamen mihi crede, satius est vita sua rationem, quam frumenti publici nosse. Et statim: Simile tu putas esse, utrum cures ut incorruptum à fraude aduehentium & negligentia frumentum transfundatur in horrea, ne concepto humore concalescat; ut ad mensuram pondusq; respondeat: an ad hac sacra & sublimia accedas &c.

Distribuebat autem frumenta Praefectus annonae per mensores framentarios, qui sub illius erant cura & dispositione; ut ex Paulo colligitur in l. mensores 26. de excusat. ubi mensores frumentarios à tutela excusari, DD. Marcum & Commodum Imp. Praefecto annonae dicit rescripsisse. Duravitq; frumenti illa distributio ad imperium usq; ut Lipsio videtur, Traiani; à quo Pistorum collegium, putatur institutum: ex eo enim tempore, framenti loco, panis distribui coepit. Vnde Cassiodorus, qui formulas suas, ut ipse testatur, intra tempora Theodosij & Iustiniani dictavit, libr. 6. Variar. in formul. Praef. an. Tui siquidem studij est, inquit, ut sacratissima urbi praepraretur annonae, ubiq; redundet panis copia, & tam magnus populus tanquam una mensa satiatur, per officinas pistorum cibosq; discurrens; pensum & munditiam panis exigis; nec vile iudicas, unde te possit Roma laudare &c.

Ceterum ut annonae favor summus fuit & praecipuus, adeo, ut nihil ferè aequae interesse Reip. existimatum sit, quam fraudes in annonae ratione factas, detegi, personaq; alioquin ad accusationem inhabiles (cuiusmodi serui & mulieres sunt l. 5. inf. de manumiss. & l. 7. de l. Cornel. de fals.) hac in causa admittantur, d. l. mulierem 13. inf. de excusat. & l. 1. & fin. S. ult. inf. de l. Iul. de an. Ita dignitatem Praefecturae annonae inter primas fuisse, non solum ex Cassiodoro constat, qui eam urbi Praefecturae proximam

proximam facit: sed ostendunt etiam apparitores, quos ceu compulsos quosdam Praefectus annona habuit, de quibus in l. 1. & s. 1. C. de appar. Praef. an. lib. 12. & apud Frontinum de Aqueduct. lib. 2. Lictores, inquit, binos & servos publicos, & scribas & librarios, accensos, praconesq. totidem habeant, quot y per quos frumentum plebe datur. Nisi quod alijs eo possit videri inferior, quod licet de crimine fraudata annona publica, ut de alijs, quae annona rationem respiciunt, annona Praefectus cognoscat, l. ult. inf. quod cum eo qui in al. pot. & l. ult. S. fin. de l. Jul. de ann. ipse tamen non pronunciet, sed ad exemplam Praefecti Vigilum ad Praefectum urbi reos remittat, ut eos vel condemnet vel absolvat, Cuiacio referente in paratit. C. de offic. Praef. Vigil. Et sane imperio declinante annona Praefecturae evuluisse quodammodo & neglectam fuisse, scribit Boëthius de consolatione lib. 3. Si quis, inquit, quondam populi curasset annonam magnam habebatnr: nunc ea Praefectura quid abiectius? ex quo id refert Lipsius lib. 1. Elector. c. 8. qui hac de re & alijs quibusdam ad hanc rem facientibus poterit videri. Sed hac de Praefectura annona dicta sufficiant.

DE PRAEFECTO VIGILVM,

Caput XXXIIL

Et Vigilum.)

1. Incendiis arcendis olim qui Romae praefuerint, & qui postea? 2. Augusti sollicitudo hac in re quae fuerit? & incendiis ille quos praestituerit? 3. Tribuni regionum urbis, aliis nominibus quomodo appellentur? & Vicomagistri quot in unaqualibet regione fuerint? 4. Vigilum cohortes, ex quonam hominum genere constituti, & ex quo Praefectus Vigilum? 5. Praefecti Vigilum officium quod? 6. Verborum Pomponij (hi quos Cistiberes diximus, postea AEdiles SC, creabantur), sententia quae?

Prafecto Vigilum, urbis excubia commissa sunt, ne vel incendium in ea fiat, vel delinquatur; l. 3. inf. de offic. praf. vig. Olim incendijs arcendis Triumviri praeerant, qui ab eo, quod excubias agebant, nocturni dicti sunt; l. 1. inf. eod. Feneft. lib. 2. c. 24. & seq. Vnde Valerius Maximus lib. 8. c. 1. M. Mulvius inquit (non ut in vulgatis est Militius) Cn. Lollius (non Iulius) L. Sextilius Triumviri, quod ad incendium in sacra via ortam extinguendum tardius venerant, à Tribunis plebis die dicta ad populum damnati sunt. Et mox P. Villius (non Bilius aut Bidlius) Triumvir nocturnus, à P. Aquillio Tribuno plebis (aliàs à P. Aquilone Praetore) accusatus, populi iudicio concidit, quia vigilias negligentius circumierat. Postea AEdiles quoque intervenire contigit Tribunosque plebis, ut Paulus ostendit in d. l. 1. de offic. Praef. Vig. Augustumque Imperatorem AEdilibus mandasse, ut curarent, ne qua incendia existerent, aut si extitissent ignis restringendi curam gererent, refert Dion lib. 83. ante finem, illis verbis: τοῖς ἰσχυροτάτοις παροξύνμασι Πριμελεύου τῆς ὄψεως μηδὲν ἐμπιπῆσαι, καὶ ἄρα τὴν οὐρανὴν καὶ τὸ σφενύναν τοῦ πῦρτος προσέταξε. Marcumque Egnasium Rufum AEdilem plebis, praeter alia multa rectè facta in eo Magistratum, adificijs quoque incendio eo anno corruptis, servorum suorum, aliorumque mercede conductorum opera, ita succurrisse, ut eis sumtus à populo in eum Magistratum dati fuerint, & ipse praeter leges Praetor sit creatus, tradit idem Dion loco citato, & Velleius Paterculus lib. 2. Verum AEdilibus quoque isti oneri non sufficientibus, Augustus Imperator, pluribus uno die Roma incendijs exortis, per se postea huic rei consuli maluit; l. 1. & 2. inf. eod. Vigilum enim cohortes septem opportunis locis constituit, quarum singulae, binas ex quatuordecim urbis regionibus tuerentur, praepositis eis Tribunis; quos una cum cohortibus spectabili viro Praefecto Vigilum subiecit d. l. 3. inf.

3 inf. eod. Et hoc urbis regionum Tribunos Graeci *επενόρχους* nominant; Latini, Vicorum magistratos, aut composito vocabulo Vicomagistros; Suetonius Magistratos simpliciter, in Augusto c. 30. Spaciam, inquit, urbis in regiones vicosaq; divisit, instituitq; ut illas annui Magistratus fortissò tuerentur, hos magistri è plebe cuiusq; vicinia electi. Adversus incendia excubias nocturnas vigilesq; commentus est, &c. Eosq; praesexta ad tempus usos esse, tum scilicet, cum ludos Compitalicios facerent, ostendit Asconius in Pisoniana, fol. 76. in fin. & seq. Inq; prima urbis regione Vicomagistros 36. fuisse; in secunda 28; in tertia 24. in quarta 32; in quinta 60. in sexta 88; in septima 40; in octava 48; in nona 220; in decima 24; in undecima 32; in duodecima 48; in tertia decima 74; in decima quarta 88. apud P. Victorem reperies in Opusculo de urbis Roma regionibus & locis.

4 Caterum constituit Augustus cohortes septem Vigilum ex Libertinis; Strabone lib. 5. Geograph. & Dione lib. 55. pag. 347. testibus; & inter eas si Latinus sex annos militasset, ex lege Villia, vel, ut Senatus postea visum est, triennium, jus Quiritium consequabatur; autore Vlpian. in fragmentis, tit. 3. Praefectum Vigilum autem ex equitibus constituit, & sicut cohortes, pro tempore tantum; verum cum experiendo cognovisset praesidium illud & utilissimum esse & maximè necessarium tandem retinuit, eodem Dione autore loco citato. Atq; ea causa est, quare Iurisconsultus hic Praefectum Vigilum extra ordinem constitutum dicat, quem tamen Theodosius postea & Valentinianus cum Praefecto annonae in l. 1. C. de off. Praef. urb. & tot. tit. C. de offic. Pra. vig. retulisse inter Magistratus ordinarios videntur.

5 Cognoscebat autem Praefectus Vigilum non solum de raptoribus, furibus, invasoribus & receptatoribus, d. l. 3. S. 1. verum etiam de effractoribus adium aut horreorum. his enim aut
similibus

similibus effractis, custodes & conquiruntur & puniuntur; l. Dominus. ss. inf. locati. l. 1. & 4. C. eod. & d. l. 3. S. effractura; ubi Paulus Erycio Claro Praefecto Vigilum, illius filio, quem Gellius lib. 6. c. 6. & lib. 13. c. 19. sub Hadriano Praefectum urbis fuisse scribit, Antoninum ita tradit rescripsiss. Habuit ius fastium, flagellorum, virgarum; d. l. 3. & l. ult. inf. eod. & in servos fugitivos; d. l. ult. & l. 1. & 2. inf. de ser. fugit. quia sui furtum faciunt; l. 1. C. eod. tit. ac in servos fures propter vilitatem persona, ius necis l. pen. inf. de condict. caus. dat. In graviora facinora alias ipse non animadvertibat, sed cum imperium non haberet, ad Praefectum urbis remittebat, d. l. 3. §. 1. & l. ult. inf. de off. Praef. vig. Idem est quod in l. unic. C. eodem, traditur; Praefectum Vigilum nihil de capitalibus causis statuere, sed culmini potestatis tuae, id est, Praefecti urbis ad quem constitutio pertinet, secundum veram inscriptionem, referre debere. Et ita in Provincijs etiam si res maiorem animadversionem exigebat, à Praeside Provinciae ad Praefectum Praetorio remittebatur, l. 4. C. de locato. Apud eum etiam equites Romani & ceteri praeter illustres & perfectissimos, imperatam veniam atatis, mores suos probabant. l. 1. C. Th. de ijs qui veni. atat. imp. neq. id mirum; cum, Dione auctore, loco commemorato, & ipse ex equestri ordine crearetur. Posteriorum tamen Imp. temporibus, morum istam honestatisq. probationem non amplius apud eum, sed apud Praetorem plebis pro illo substitutum fieri solitam esse, apparet ex l. 2. C. de his qui ven. atat. impet. & Novell. 13. Ceterum officium Praefecti Vigilum Cassiod. lib. 7. variat. in formul. Praef. Vig. describens; Custos inquit, Romana civitatis diceris, quando eam ab inestimo hoste defendis. Quapropter circa fures sollicitus esto, quos si tibi leges punire minimè praecipunt, tamen eos indagandi licentiam non tulerunt. Et postea; Eris securitas soporantium, munimen domorum, tutela claustrorum, discissor obscurus, arbi-

rer silentiosus, cui fallere insidiantes fas est, & decipere gloria.

6

Subiungit Iureconsultus: Et tamen hi, quos Cistiberes diximus, postea AEdiles SC. creabantur. Hac verba interpolationibus quidam emendanda esse arbitrantur. Verum mihi (rectius sentientium iudicio salvo) immutandum nihil videtur, sed textus prout sonat, simpliciter intelligendus, videlicet, quod quamvis illi, quos supra diximus, Quinqueviri cis & uti Tyberim ex minoribus Magistratibus fuerint, postea tamen ad maiores evehi Magistratus nihilominus ceperint, ita ut si AEdiles fortè defuerint, defectus iste ex Quinqueviris illis SC. consueverit suppleri. Atq; hac de Magistratibus eorumq; nominibus hætenus Iurisconsultus: qui ἐν τῇ ἀνακτιΦαλακίῳσε ἢ τῷ Πιλόγω quatuor tantum Magistratum, qui Iura in civitate reddiderint, mentionem facit; Tribunorum plebis; Consulam; Pratorum; & AEdilium; cum supra ab eodem longe plures fuerint commemorati. Tribunorum etiam meminit decem, cum tamen numerum antea non expresserit. Quin & XVIIII. Pratores Iura reddidisse ait, cum tamen duo solummodo ex Pratoribus Ius dixerint, Urbanus & Peregrinus. Verum totius varietatis huius, quam rationes afferri possunt, pete ex coniecturis Cuiasij & Mureti hic.

DE TERTIA ET VLTIMA POSTERIORIS MEMBRI PARTE, VIDELICET

SUCCESSIONE PRUDENTIUM.

Caput XXXIV.

Juris Civilis scientiam plurimi.)

1. Iurisprudentium & Iuris Civilis dignitas quæ? 2. Quibus nominibus Prudentes in Iure appellentur? 3. Quotuplices fuerint, quibusq; studiis addicti? 4. Professoribus Iuris operam qui dabant, quomodo appellati?

Ex

EX tribus posterioris membri partibus, ultima restat, Successio scilicet Prudentium, non minus digna, de qua sermo instituitur, atq; superiores duæ; Siquidem constare ius non possit, nisi Iurisperitus aliquis sit, per quem quotidie in melius produci, atque interpretando ad res singulas accommodari possit. S. post hac deinde supra hac lege. Etenim illa, cum ab alijs, tum à Cicerone multis passim nominibus commendata Iura Civilia à Prudentibus istis, non orta modo, sed & aucta & tradita sunt, O rem, inquit, M. Tullius pro A. Cecinna pag. 783. in pr. praeclaram vobisq; retinendam Recuperatores: quod enim est Ius Civile, quod neq; inflecti gratia, neq; perfringi potentia, neq; adulterari pecunia possit? Quod si non modo oppressum, sed etiam desertum aut negligentius asservatum erit, nihil est, quod quisquam se habere certum aut à patre accepturum aut relicturam liberis arbitretur. Et ibidem paulò antè, pag 781. Qui Ius Civile contemnendum putat, is vincula revellit non modò iudiciorum, sed etiam utilitatis vitæq; communis, quod vobis venire in mentem profectò necesse est. Nihil enim in civitate tam diligenter, quàm Ius Civile retinendum. Etenim hoc sublato nihil est, quare exploratum cuiquam possit esse, quid suum quid alienum sit; nihil est, quod æquabile inter omnes, atq; unum aut omnibus esse possit &c.

Señatorum autem scientia Iuris Civilis multa & varia nomina in Iure sese offerunt. Primò enim communi nomine Prudentes dicuntur; ut hic. & l. Ius Civile 7. inf. de just. & jur. l. in tabulis 36. inf. de statu lib. l. 4. C. de necess. ser. S. responsa Prudentium. Institut. de jur. nat. gent. & civil. Et à Lactantio in 2. Institut. divin. c. 1. ubi, Siquidem, inquit, Prudentes

268 De successione Prudentium.

& arbitri æquitas Institutiones Civilis Iuris compositas ediderunt, quibus civium dissidentium lites contentionesq; sopserent; quanto melius & rectius divinas institutiones literis prosequemur &c. Itemq; Iurisprudentes in l. 10. inf. de bon. poss. l. pen. C. quando dies leg. & l. 1. C. de ingen. man. Deinde Iuris conditores dicuntur. Ita enim Ulpianum appellat Enropius libr. 8. in vita Alexandri; & Sextum Cæcilium Iustinianus in l. 1. C. de com. ser. manu. meminitq; Iurus conditorum Iulianus in l. nulla dubitatio, 23. C. de procurat. & Iustinianus in l. si furiosi 25. C. de nupt. & l. fin. C. de don. ant. nupt. Nominantur quoque Autores Iuris à Paulo in l. antiqui. 3. §. fin. inf. si pars heredi. pet. Modestino in l. quaro 39. inf. de act. emt. & Marciano in l. mora fieri. 32. inf. de usur. Diocletiano & Maximiano in l. dubium 3. C. de repudijs. Iuliano in l. 1. C. de verb. sig. & Iustiniano in l. ult. §. 2. C. de curat. furios. & l. ult. C. de furt. appellaturq; ita à Divis fratribus Proculus in l. Divi fratres 17. inf. de jure patr. à Iustiniano Salvius Iulianus in l. inter antiquam 15. C. de usufruct. Servius Sulpitius à Gellio lib. 2. c. 10. in pr. & Cassius Longinus ab Aggeno Urbico ad Iulium Frontinum ubi de alluvione differit: Cassius, inquit. Longinus, vir prudentissimus, Iuris autor, hoc statuit, ut quisquid aqua lambendo abstulerit, id possessor amittat. Dicuntur etiam Veteres Iuris autores in l. fin. C. de iniurijs; itemq; autores simpliciter §. post originem. supr. hac lege l. 1. §. sed in usufructu inf. de usufr. accres. & l. eum qui. 138. inf. de verb. oblig. l. apud Celsum 4. §. Labeo quoq; 13. inf. de dol. except. l. cum antiquis ac. 13. C. de usufructu. & l. ult. §. 2. C. de curat. furios. cum similibus. Hinc Cicero in 1. de Oratore, pag. 85. in fin. de Crasso loquens inquit: Atq; illum, cum differendo par esse non posset, ad autores confugisse, quodq; ipse diceret, & in P. Musij fratris sui libri

libris, & Sexsi Aelij commentarijs scriptum protulisse. Appellatur etiam Interpretēs Iuris d. §. Responsa. Instit. de jur. nat. gen. & civil. & d. l. ult. in pr. C. de Curat. farios. & veteres Iuris interpretatores à Iustiniano in l. pen. C. de testam. Itemq; Iurisperiti ab Alfeno in l. si quando 17. si serv. vind. & Papiniano in l. Iurisperitos 30. inf. de excusat. Iurisconsulti à Paulo in l. ult. inf. de gradib. & sapientes à Gellio lib. 4. c. 1. ex quo Jurisprudencia sapientia dicitur ab Vlpian. in l. 1. §. proinde. De extraord. cognit. nec non Magistri Legum in constit. ad antecess. §. 1. in fi. Appellantur etiam Iuris studiosi in l. 1. inf. de off. assess. l. moris 9. §. 1. inf. de pæn. & l. 4. inf. de extr. cog. ubi Paulus scribit, ex rescripto divi Pij Iuris studiosis Salaria potentibus extra ordinem Ius dici: Iuris studiosis, h. e. Professoribus Iuris; ut Cuiacius interpretatur lib. 8. obs. c. 25. A Pomponio hoc in loco, viri maximi, ut in fine princip. supra, viri principales, h. e. civitatis principes. Per Iuris enim peritiam, principem in civitate locam acquiri, tradit Tacitus lib. 3. annal. in fine, & nobilem per Jurisperitiam nobiliorem fieri autor est Spartianus in Didio Iuliano in pr.

Hi ergo sive prudentes sive auctores aut studiosi Iuris in duplici differentia erant. Quidam enim consultatoribus tantum vacabant, ambulantes transverso foro, consilijs sui copiam civibus omnibus facientes. ad quos olim & ita ambulantes, & in solio sedentes domi, sic adibat, ut non solum de Iure Civili ad eos, verum etiam de filia collocanda; de fundo emendo; de agro colendo; de omni deniq; nus negotio aut officio, referretur. Cicer. in 3. de Oratore teste, pag. 279. Quidam verò discere volentibus etiam se prestabant, Iuraq; civilia profitebantur. Idq; unâ operâ fieri ut plurimum consuevisse, ita ut & consultorib. responderent, & discipulos simul docerent; non obscure Cic. ostendit in Bruto pag. 430. in fi. Ego autem, inquit, Iuris Civilis, studio multum operæ

dabam, *Q. Scævola P. F. qui quanquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo, studiosos audiendi debebat. Et in perfecto Orator. pag. 495. Cur, inquit, Ius Civile docere semper pulchram fuit, hominumq; clarissimorum discipulorum domus floruerunt: Et mox pag. seq. Alteros inquit (Iurisconsultos puta) respondentes audire sat erat, ut ij qui docerent, nihil sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent, sed eodem tempore & discensibus satisfacere & consulentibus. Et quod à respondentibus Iureconsultis admissi discipuli ita audiebant, illud observabant, illorumq; non solum responsa verum rationem etiam studendi & interpretandi Iuris diligenter annotabant: discipuliq; eiusmodi Auditorum nomine plerumq; designabantur. Vnde Mucij auditores in §. post hos *Q. Mucius inf. hac lege. Servij auditores §. ex his auditoribus inf. ead. & l. 1. §. Sed apud 7. inf. de aqua & aq. plu. arc. Trebatius *Q. Cornelij Maximi auditor; & A. Castelius *Q. Mucij Volusij auditor, §. fuit eodem tempore inf. hac lege & alibi. Verùm de utriusq; ordine Pomponius est acturus.****

DE IVRECONSULTIS QUI CONSULTORIBUS TANTUM VACARUNT. Caput XXXV.

Fuit autem imprimis peritus.)

1. Papirii Iurisconsulti quot fuerint? & P. Papirius quid præstitit? 2. Claudia familia quotuplex? ex ea an Appius Decemvir? & ille quid designaverit? 3. Appius Claudius, Decemvirum secutus, Centemmanus an Cæcus sit cognominatus, & qua occasione? 4. Eius in Republic. merita quæ? 5. In re literaria quid præstitit? 6. Inventio literæ Rilline an alteri cuidam tribuenda? 7. Sempronii Iurisconsulti prænomen quod? 8. *σφός* cur dictus? & appellationis ratio ab aliis allata an vera? 9. Scipionis Nasicæ prænomen quod? & an is sit qui Corculum est cognominatus? 10. Optimi cognomen qua occasione sortitus? 11. Domus ubi publicè Scipioni data? & id an fuerit honorificum? 12. Iurisconsultus missus ad Carthaginienses, *Q. Mucius*, an *Q. Fabius* dictus fuerit?

Primum

Primum ex Iuriconsultis qui Consultoribus tantum vacarunt, P. Papirium fuisse ostendit, qui ex familia Papiriorum natus est, in qua Ius Civile tanquam familiare habitum est. Fuit enim primo omnium C. Papirius, Pontifex Maximus, qui Regibus exactis commentarios de sacris à Numa conscriptos, & Anci Marcij iussu in tabulis quernis publicè propósitos, sed vetustate absumptos, in usum publicum revocavit, teste Dionys, lib. antiq. Rom. 3. Fuit & Manius Papirius, qui cum Regibus exactis, propter sacra quadam, qua non nisi per Regem celebrari poterant, Rex sacrificulus creandus esset, à patribus primus omnium Rex sacrorum sive sacrificulus est constitutus; eod. Dionys. autore lib. antiq. 5. in pr. & Sex. Festo de verb. sig. pag. 383. in pr. Fuit & Papirius Fronto, cuius Callistratus meminit in l. navis omusta. 4. inf. de leg. Rhod. de jact. & Marcianus in l. peculium. 40. inf. de pecul. & l. filius famil. 114. S. 5. de leg. 1. Scripsitq; responsorum libros aliquot, prout ex l. librorum 220. de verb. sig. apparet, ubi tertius Responsorum liber à Callistrato laudatur. Fuit & Papirius Iustus, qui Divorum fratrum constitutiones libris viginti complexus est; ut ex Indice Florentino constat & Cuiacio lib. 1. obser. c. 4. & ex ijs qua infra dicentur, in tractationis huius calce. Deniq; & P. Papirius fuit, qui Fronsonem & Iustum Papirios præcessit: cuius scilicet Iuriconsultus hic meminit; & in §. postea aucta sup. hac l. ubi eum Sextum appellavit. Illeg; est, ut Pomponius subiicit, qui leges Regias in unum contulit, quem codicem, urbe à Gallis incensa, mirabiliter conservatum, Iureconsulti adhuc nostri tempore superstite fuisse, apparet ex textu hic; & tradit Franciscus Balduinus in legib. Romuli in fin.

Ab hoc, addit I. C. fuit Appius Claudius unus ex Decemviris. Claudia familia duplex fuit, Patricia & Plebeia, ortæ ex Regillo, oppido Sabinorum, autore Cor. Ta. lib. 11. annal. pag. 301. & Livio lib. 2. pag. 17. dum inquit: Seditio inter bellis pactiq; auctores

0114

2
Appius Decemvir

orta in Sabinis, aliquantum inde viriū transtulit in Romanos. Namq; *Actius Clausus*, cui postea *Appio Claudio* fuit Roma nomen, cum pacis ipse auctor, a turbatoribus belli premeretur, nec par factioni esset, a *Regillo* magna clientium comitatus manu, Romam transfugit &c. Huic igitur familia Romam commeanti, non civitas solum data est, agerq; trans *Anienem*, verum a patribus etiam in patricios cooptata est, procedenteq; tempore duo de triginta Consulatus, Dictaturasq; quinq;, Censuras octo, Triumphos sex, & duas ovationes est adepta; teste *Sueson. in Tiberio Casare c. 1.* Ex illa igitur *Claudia* familia, hic *Appius Decemvir* fuit. homo ut in constituendis legibus prestans, maximum enim illius consilium in XII. tabulis scribundis fuisse testatur *Iurisconsultus* hic: ita in asserendis illis omnium pessimus, ut status illa quaestio, filia *Virginij* mota, manifestam facit. Cum enim *Virginiam* puellam ingeniam, per vim, libidinis gratia, in servitutem asserere conaretur: idem *Suetonius in Tiber. c. 2.* illiq; lex, quam paulo ante de vindicijs secundum libertatem dandis, tulerat, obijceretur: calumniosa quadam, sed arguta interpretatione eam eludere ita conabatur, ut diceret; ita in ea firmum libertati fore praesidium, si nec causis nec personis variaret. In ijs enim qua asserantur in libertatem, quia quisvis lege agere possit, id juris esse: in ea, qua in patris manus sit, neminem esse alium, cui dominus possessione cedat. placere itaq; patrem accersiri: interea juris sui iacturam assertorem non facere, quin paelam ducat, sistendamq; in adventum eius qui pater dicatur, promittat: ut a *Livio* traditum est, lib. 3. pag. 36. in si. & *Dionysio* lib. 11 fol. 522. in pr.

Post hunc, subijcit *Jurisconsultus*, *Appius Claudius* ejusdem generis maximam scientiam habuit. hic *Centimmanus* appellatus est. Quod hic *Appius Claudius* ita cognominatus sit controversatur. Nam *Ti. Claudium* quidem *Centimalum*

Centimalum dictum esse cum Valer. ostendit lib. 8. c. 2. cum Cic. in 3. offic. pag. 159. ubi, Cum, inquit, in arce augurium Augures acturi essent, iussissentq; Ti. Claudium Centimalum, qui ades in Caelio monte habebat, demoliri eas, quarum altitudo efficeret auspicijs, emis Calphurnius Lanarius &c. Hanc vero Appiam Claudium, Cæcum appellatum esse, evincit Vlpianus in l. 1. §. secundo loco 4. inf. de postuland. M. Verrius in Fastis. Appianus in Samnitica historia fragmentis. Frontinus in lib. de aqueductib. & annus Capitolinus 441. Cum enim Censor Potitios, quibus ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat, corrapisset, ut ad sacra Herculis servi reciperentur, non solum Potitij omnes, qui erant numero super triginta puberes, intra annum, seu ut Festus vult de verb. sig. pag. 284. in verb. Potitium, intra diem trigesimum extincti sunt, nomenq; Potitium, in 12. familias divisum, penitus interijt: verum Appius quoq; Censor memori Deum ira luminibus privatus est; referente Livio lib. 9. pag. 106. Valerio Max. lib. 1. c. 2. Laetantio libr. divinar. instit. 2. c. 8. Fenestella lib. 1. c. 2. in fine. Macrobio lib. 3. Sat. c. 6. & Autore de viris illustribus c. 34. Homo alias & eloquens fuit, & Iurisperitus, Cicerone in Bruto testante pag. 334. & Livio lib. 10. pag. 115. dum inquit: Nobilitas obiectare Fabio, fugisse eum Appium Claudium collegam, eloquentia civilibusq; artibus hand dubie prastantem &c.

Appius
Cæcus-

Esti autem non semper Respublica consuluisse, vel ex eo videri possit, quod primus Senatum Libertinorum filijs lectis inquit avertis: eodem Livio autore lib. 9. in fi. multa tamen egregia illius in Rempublicam merita extant. Primum enim, ut Iurisconsultus hic ait, Appiam viam stravit, qua ab ipso denominationem accepit; ut Festus tradit de verb. sig. pag. 22. in fi. fuitq; ea longitudine, ut à porta Capena incipiens (idem Festus pag. 130. vers. 10.) Capuam pertingeret; eaq; latitudine, ut plan-

Mm stra

274 De I.C. qui consultorib. tantum

stra duo ex aduerso inuicem occurrentia liberè exciperet; autore Marliano lib. 7. Topogr. arbis Rom. c. 17. & Sabellico Enn. 4. lib. 6. col. 813. meminigt. illius Scaevola in l. uxorem 41. §. concubina inf. de leg. 3. In ea Clodium à Milone occisum esse, tradit Afc in Milontana fol. 54. & Dion lib. 49. pag. 88. Milo, inquit, Consulatus candidatus, Clodium in via Appia obviam sibi factum, initio leviter vulneravit, pòst veritus ne is eam rem vindicaret interfecit: sperans, si omnes servos qui eam cadem fecissent, statim manumitteret, facilius se de cade mortuo Clodio, quàm vulneris eodem superstite absolutum iri. Vnde Cicero ipse pro Milone pag. 291. Hoc, inquit, sepè ab istis dicitur, perinde quasi Appius ille Cacus, viam munierit, non qua populus uteretur, sed ubi imponè sui posteri latrocinentur. Hanc viam Iuliam Casarem postea vel exornasse vel restituisse, ex Plutarcho colligitur in Appij vita, in pr. ferè, dum inquit; Commissa dehinc illi Appia via cura, ingentes pradegit pecanias &c. Deinde, ut idem Iuris consultus noster subijcit, aquam Claudiam induxit; quod Livius lib. 9. confirmat inquitens: Memoria felixioris ad posteros nomen Appij, quod viam munivit, & aquam in urbem duxit &c. Hac, vià Pranestinà, inter sextum & octavam miliarium in agro Lucullano concepta M. Valerio Maximo & P. Decio Mure. Cos. anno 20. post belli Samnitici initium, arcuato opere ab eo inducta est, adjuvante collegã Cajo Plancio, cui ob inquisitas eius aqua venas, Venocis nomen datum est: Qui cum ob infamem postea atq; ignominiosam Senatus lectionem, verecundia victus Magistratu se abdicasset, aqua nomen ad Appij solius honorem pertinuit: qui Censuram qua ex lege AEmilia annua & semestris erat, tergiversationibus suis tam diu extraxit, donec per quinquennium continuum Censor, & viam & aqua ductum consummaverit, ut Iulius Frontinus & Livius auctores sunt, & tradit Sabellicus Ennead. 4. lib. 6. col. 814. Hanc

igitur

igitur aquam ab Appio Claudio Censore Pomponius hic aquam Claudiam nominat, qua Appia aliàs dici solet, ad differenti- am aqua, quam Claudius Caesar induxit, qua & ipsa Claudia dicitur. Claudium enim Imperatorem aqueductum, à Caligula inchoatum, perfecisse testatur Suetonius in illius vita c. 20. Ope- ra, inquit, magna potius quàm necessaria permulta fecit: sed vel præcipuè aqueductum à Caio inchoatum. Et Plinius lib. 36. nat. histor. c. 15. ad fin. Vicit, inquit, antecedentes aquarum ductus novissimum impendium operis inchoati à Caio Cesare, & peracti à Claudio, quippe à lapide quadragesimo: ad eam excelsitatem, ut in omnes urbis montes levarentur, influxère Curtius atque Caruleus fontes. Erogata in id opus Sestertia quinquaginta. Et Frontinus de Caligula loquens, Altero, inquit, imperij sui anno, duos ductus inchoavit, quod opus Claudius magnificenti- sime consummavit dedicavitq;. Tertio, ut idem Pomponius subjungit, de Pyrrho in urbem non recipiendo senten- tiam tulit. Cum enim, ob iniuriam legatis Romanorum illa- sam, Tarentinis bellum indictum esset, illiq;, nec bellum su- stinere, nec deponere ob superbiam ac pravitatem Principum suorum valerent, Pyrrhum Regem Epyrotarum contra Roma- nos in auxilium poposcerunt. Adversus hunc, in Italiam venientem, P. Valerius Levinus Consul missus est. Cumq; commissâ pugna Pyrrhus, licet fugiens, Elephantorum tamen auxilio, quos incognitos Romani expaverunt, magna Italia parte occupata vicisset: Cyneam legatum ad Senatum misit, ut componenda pacis gratia in urbem Rex reciperetur. Hac con- ditio cum Senatu magno jam pralio victo, & alteram Pyrrhi victoriam, ob superadditos Italicorum copias metuenti, non ad- modum videretur displicere: Appius Claudius ob senectutem, & oculorum orbitatem à Reipubl. muneribus jam cessans, lectica

6 *se in Curiam deferri iussit, ac turpes pacis conditiones, magnifica oratione discussit; cuius rei Autor de viris illustribus meminit c. 34. Et Cicer. in 1. Philip. pag. 414. Entropius lib. 2. Zonaras tom. 2. annual. pag. 47. & Plutarchus in vita Pyrrhi. Hunc Ovidius in 6. Fastorum:*

*Appius est autor: Pyrrho quis pace negata
Multum animo vidit, lumine captus erat.*

Et Cicero in Bruto pag. 334. Possumus, inquit, Appiam Claudium suspicari disertum; quia Senatam jam jam inclinatam à Pyrrhi pace revocaveris. Et in Catone Maiore pag. 246. Ad Appij inquit, Claudij senectutem accedebat etiam ut cecus esses. tamen cum sententia Senatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho fœdus faciendum, non dubitavit illa dicere, qua versibus persecutus est Ennius:

*Quo vobis mentes, recta qua stare solebant
Ante hac, dementes sese steterè ruina?*

Et Livius in Epitom. lib. 13. Cyneas, inquit, legatus ad Senatum missus petijt, ut componenda pacis causa Rex in urbem reciperetur: de qua re, cum ad frequentiore Senatum referri placuisset, Appius Claudius, qui propter invaliditatem oculorum, jam diu Consilij publicis se abstinerat, venit in Curiam, & sententia sua tenuit, ut id Pyrrho negaretur. Et Suetonius in Tiberio c. 2. Appius, inquit, cecus societatem cum Rege Pyrrho, ut parem salubrem, iniri dissuasit. Et Valer. Max. lib. 8. c. 14. Appium secessum jam vivendo, lecticâ se in Curiam deferri iussit, ut cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. Appius itaq; Cecum Appiam viam stravit; aquam Claudiam induxit; & de Pyrrho in urbem non recipiendo sententiam tulit. Eaq; tria Cicero sub Appij persona coniungit, in Oratione pro M. Calio pag. 138. Ideone inquit, ego pacem Pyrrhi disremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? ideo aquam adduxi, ut ea tu incestè

castè uterere? ideo viam munivi, ut eam tu alienis viris comisata celebrares?

Quarto hunc etiam actiones scripsisse, h. e. legis actiones in certam formam redegeisse traditum est; sup. in §. Postea cum Appius; hac lege nostra: primumq; , & quidem proxime post 12. tabul. de usurpationibus. Est enim usurpatione legis actio, qua usucapio interrumpitur. Si enim dominus metuebat, ne fundus suus à non domino usucaperetur, amicis convocatis adversario diem ex eorum consilio denunciare solebas, quo in rem presentem veniretur: cumq; dies adesset, in fundum dominus, ab amicis ductus, verbis solemnibus eum qui ut Dominus colebat cedere, possessionemq; vacuam relinquere jubebat, eamq; defracto surculo ipse sibi usurpabat: illiq; peractis de fundo, usucapione illius interrupta, per amicos rursus deducebatur: ut hac & alia ex Venuleio colliguntur in l. penal. §. fin. inf. de acquir. vel amit. poss. & Cicerone pro Caelina pag. 756. ibi; Placuit Caelina de amicorum. & pag. 760. ibi; cum Ebutius malum minaretur, &c. & pag. 762. ibi; Est hac res posita &c. Ex quo apparet Usurpationis vocabulum aliter Iurisconsultos quam Oratores accipere. Usurpare enim Oratoribus frequenter uti significat; Iureconsultis, interrompere possessionem; l. 2. inf. de usurpat. quod utiq; fit etiam si quis frequenter non utatur, sed ex agro surculum tantum defringat; ut Cic. in 3. de Orat. demonstrat. pag. 271. Etiam hac, inquit, instituendo divisione utuntur, sed ita ut non jure, aut judicio, aut deniq; recuperare amissam possessionem, sed ut ex Iure Civili surculo defringendo usurpare videantur. Usurpatione itaq; & Usucapio sibi invicem opponuntur. Usucapio enim per usum, h. e. per possessionem, acquisitionem significat; Usurpatione vero possessionis interruptionem: qua de re Appius scripsit: qui tamen liber non extat; ut Iurisconsultus hic ostendit. Scripsit praeter orationem de Pyrrho, nonnullas etiam mortuorum laudatio-

278 De J. C. qui Consultorib. tantum
nes, quas suo tempore adhuc extitisse, Cicero profiteatur in Bruto
pag. 337.

6 *Aut Pomponius ; Idem Appius Claudius qui videtur
ab hoc processisse R literam invenit. Hac verba corrupta
esse, contrarietas eorundem ostendit manifesta. Si enim idem
Appius Cacus R literam invenit, alteri alicui, qui videretur
ab hoc processisse, id tribui non potest. Sin verò illi, qui videretur
ab Appio Caco processisse, inventio illa est tribuenda, tum ipsi
Appio Caco tribui non potest ; cum hac ex Diametro inter se
pugnent. Reponendum igitur videretur vel pro idem, inde ;
quod scilicet propter dictionum similitudinem talis depravatio
fieri facile potuerit ; vel, quod magis convenit, pro qui, quia ;
Cum enim Appius Cacus, & P. Sempronius Sophus, cuius in
sequentibus Iurisconsultus meminit, συγγενος fuerint, ita ut
idem Sempronius Tribunus plebis in eundem Appium censurâ
se abdicare nolentem gravissimam concionem habuerit ; teste
Livio lib. 9. pag. 107. verisimile non est, quod de descendenti-
bus Appij Caci Iurisconsultus senserit. Dicendum itaq; vi-
detur, quod (ut textus habet) Appius Claudius, Cacus scilicet
(quia videtur ab hoc processisse) R literam invenit :
ita ut Valerij dicerentur, qui olim Valelij à Valesio Sabino,
gentis autore : Furij qui ante Fusij, à Fusio : Aurelij, qui
ante Aufelij. Vnde Quinsilianus libr. 1. c. 6. Ut Valesij & Fu-
sij in Valerios Furiosq; venerunt, ita arbos, labos, vapos etiam,
& clamos, ac lases aratis fuerunt. Et Sextus Festus de verbor.
significatione pag. 24. in fine. Arborem pro arbore antiqui di-
cebant ; & roborem pro robore. & pag. 32. Auram, inquit, alij à
Sabinis translatum putant, quo illi ausum dicebant. & pag. 272.
vers. 8. Pignosa pignora, eo modo, quo Valesij & Aufelij ; Pinesij
Pilesij dicebantur, & pag. 333. in pr. S pro R litera, sæpe anti-
qui posuerunt, ut maiosibus, meliosibus, lasibus, fesus ; pro majo-
ribus,*

ribus, melioribus, laribus, ferijs. Varro libr. 5. de ling. latin. pag. 44. in pr. Consuetudo, inquit, nostra multa declinavit, ut à vesere vetustum; à solo solum, à libero liberum, à lasibus lates; qua obruta vetustate, ut potero eruere conabor. Et lib. 6. pag. 70. ex restitutione Scaligeri. Casmenarum, inquit, priscum vocabulum ita natum atq; scriptum est. alibi Carmena. ab eadem origine sunt declinata: ut in multis verbis, in quo antiqui dicebant S, postea dicunt R. Ut in carmine Saliari sunt hac: Cosanle (corolla) dolosi, eso. Ennio verò ac Pacuvio, misesia, incusia mesidia, onese, rudesumq; Venese, quod Venere pôst; melios, melior; janitos janitor. Quare Casmena Carmena. inde Carmina. R postea extrito, Carmena factum. Dixisse etiam eos ansas pro aris testatur Macrobius lib. 3. Satur. c. 2. Inde, inquit, Varro rerum divinatarum libr. 5. dicit aras primum ansas dictas: quod esset necessarium à sacrificantibus ea teneri. Ansis autem teneri solere vasa quis dubitet? Cum mutatione ergo literarum aras dici ceptas: ut Valesios & Fusios dictos prius, nunc Valerios & Furios dici &c. Quod si igitur ita est, ut inventio litera R sit tribuenda huic Appio, necesse est, ut & Somam antiqui, pro Roma, ac Somulum & Semum pro Romulo & Remo dixerint, quemadmodum & Papisum pro Papirio, & Im Papisianum pro Iure Papiriano. Id quod ita fuisse, non obscure Festus indicat de verb. sig. pag. 32. de Aurelia familia differens: Qui, inquit, Aufelij dicebantur, ut Valesij, Papisij, pro eo quod est Valerij, Papirij. Et Cicero epistol. familiar. libr. 9. epistol. 21. Sed tamen inquit, mi Pate, qui tibi venit in mentem negare, Papirium quenquam anquam nisi plebeium fuisse? fuerunt enim patricij minorum gentium; quorum princeps L. Papirius Mugillanus, qui Consul cum L. Sempronio Atratino fuit, cum antea Censor cum eodem fuisset, annis post Romam conditam CCCXII. sed iam Papisij dicebantur. Post hunc XLII. fuerunt, sella Carali

anse

ante L. Papirium Crassum, qui primus Papyrus est vocari des-
sus. Is Dictator cum L. Papirio Cursore Magistro equitum fa-
ctus est, annis post Romam conditam 415. & quadriennio post
Consul cum C. Duillio &c.

Subjicit Iariconsultus: Fuit post eos maximæ scientiæ

7
P. Sempro-
nius Soph⁹

Sempronius. *Hic, quin P. Sempronius dictus sit, dubium non
est. ita enim eum appellari, ex tabulis Capitolinis passim apparet.
Nec tamen is est, qui Consulatum anno ab urbe condita 549.
cum M. Cornelio Cethego gessit: Nec is quem Plinius cum L.
Sulpitio Consulem fuisse scribit lib. 33. c. 1. cum hic P. Semproni-
us Longus, ille P. Sempronius Tuditanus dictus sit: sed is, cuius
aliquoties Livius meminit lib. 9. & 10. ubi eum & Consulem,
& Censorem, Magistrum equitum, & Pontificem Maximum
fuisse asseverat. Is enim est, quem populus Romanus Σ Ο-
Φ Ο Ν appellavit; ut ex textu hic nostro videmus. Cuius appel-
lationis rationem eam quidam afferunt, quod laudaturi aliquem
Romani, quasi vel doctè scripisset, vel sapienter fecisset; σφω
eundem nominare consueverint. Verùm id consentaneum hoc in
casu mihi non videtur. Licet enim fieri potuerit, ut propter sapi-
enter vel dicta vel facta Sophi cognomen à populo Sempronio fue-
rit tributum; siquidem vel in hoc sapienter fecisse merita dici
posset, quod, ut dictum est, Tribunus plebis Appio Claudio, cen-
sura se abdicare nolenti, acerrima concione habit a sese opposuerit:
in more tamen populi illud positum fuisse dicendum non est, cum
sapius quàm semel factum non sit; & ut Iariconsultus hic in-
quit; ante hunc aut post hunc, hoc nomine nemo sit co-
gnominatus. Nec ad rem facit, quod & alios hoc nomine appel-
latos esse, ex Jureconsulto in sequentibus colligitur. Licet enim
verum sit quod alij Sapientes, alij item Cati fuerint nominati:
Sophi tamen appellati non fuerant. Aliàs enim, si nominis
saltem sono hæ appellaciones non discernerentur, sequeretur, quod*

contra

contra Iurisconsultum nostrum, in S. Deinde, inf. hac lege Acilius, primus à populo sapiens appellatus non fuisset, siquidem hic Sempronius qui Sophus appellatus est, eum utiq; præcesserit, ut puta qui Appij Cæci temporibus floruerit, ut ex ijs qua dicta sunt videre licet. Sanè Iudeorum etiam Doctores σοφῆς à plebe appellatos esse, constat ex Hieronymo: & ἑστὶ σοφῶν apud Græcos; quorum Cicero in 3. de Oratore pag. 122. & in 2. de LL. pag. 411. & Valerius Max. lib. 4. c. 1. in fine, Lactantius lib. 4. Instit. c. 1. & in lib. de ira c. 11. meminist; ignota historia non est. Porro Sempronium Sophum, coniugem suam repudijs nota affectisse, quod se ignorante ludos spectare ausa esset, tradit idem Valerius libro 6. c. 5.

Acilius primus
sapiens appellatus

Ceterùm refertur quoq; in numerum Iurisconsultorum hic Cajus Scipio Nafica, ita enim Pomponius eum nominat. Verùm in prænominis falsus est: cum omnium iudicio P. Scipio Nafica, dicatur. Eam Auctor de viris illustribus c. 44. in fine. & D. Cuiacius illum forsitan secutus, Corculum cognominatum scribunt: malè. Qui enim Corculum cognominatus est, huius nostri filius fuit, & bis Consul; semel cum C. Martio Figulo, anno 592. & iterum cum M. Claudio Marcello, anno 599. teste Cicerone in Bruto, pag. 345. & 392. & in 1. Tusc. quæst. pag. 379. Hic verò noster Consul fuit, cum M. Acilio Glabrione, anno urbis 563. Fuit & alius Scipio Nafica, cui Curiatius Tribunus plebis nomen per irrisionem dedit, ut Florus lib. 55. scribit. Et is Serapio cognominatus est, fuitq; Consul cum Decio Iunio Bruto, M. F. anno urbis 616. ac nostri huius nepos, Corculiq; filius. Deniq; is, qui Consul Ingurthe bellum indixit, etiam P. Scipio Nafica dictus est: fuitq; Consul cum L. Calpurnio Bestia; anno urbis 673. & nostri huius pronepos, Serapioniq; filius, quem in Consulatu mortuum esse, tradit Cicero in Bruto pag. 361. Hic igitur noster P. Scipio Nafica non Corculum, quem solertem & acutam antiqui dicebant,

NON

cebant,

cebant; teste Sext. Festo de verb. sig. pag. 68. in pr. Sed ut Plinius
 lib. 7. c. 34. tradit & Jurisconsultus hic subjicit; Optimus à
 Senatu appellatus est, tali occasione; Nimirum cum tempore
 belli Punici secundi, in libris Sybillinis, propter crebrius de solo
 lapidatum inspectus, carmen istiusmodi repertum esset: *Quandocumq;*
hostis alienigena terra Italica bellum intulisset, cum peli
Italia vinciq; posse, si mater Deum Pessinunte Romam advecta
esset. Romani igitur quo citius victoria compotes fierent, de ra-
sione transportanda Romam dea statim cogitans. Cumq; ob
commune adversus Philippum bellum, Atalum Regem, qua-
cumq; posset, facturum hac in re esse, animos eorum opinio incesse-
ret, legatos ad eum decernunt: qui Asiam petentes protinus
Oraculum adeunt consulentes, ad quod negotium domi missi es-
sent. Responsum verò ab eorum ferant; per Atalum Regem com-
potes eius fore quod petarent: verum Romam Deam cum devexis-
sent, curarent, ut eam, qui vir Optimus Romae esset, hospitio ex-
ciperet. Pergamam ad Regem venerant, qui illi Pessinuntom
in Phrygiam deductis, sacrum lapidem, quem Matrem Deum
Incola esse dicebant, tradidit, ac deportare Romam iussit. Cum
itaq; Consultatio de matre Idaea excipienda institueretur, nec
parva rei iudicium Senatum teneret, quinam vir Optimus in ci-
vitate esset; tandem P. Scipionem eius filium, qui in Hispania
ceciderat, adolescentem nondum Quatorium in tota civitate
virum Optimum esse iudicaverunt: itaq; Deum Matrem hospi-
tio postea excepit: autore Livio lib. 29. pag. 226. Cicero de
Aruspiciis responsis, pag. 639. Ovid. lib. 4. Fast. post pr. & Va-
lerio Maximo lib. 8. c. ult. licet idem lib. 7. c. 5. hoc non hinc
nostro, sed huius promeposi, illi scilicet, qui Consul Iagurtha bel-
lum indixit, tribuas. Hinc Solinus de mirabilibus mundi c. 5.
Vir optimus, inquit, Nafica Scipio iudicatus est, non privato tan-
quam testimonio, sed totius Senatus Sacramento. Quippe quod in-
VENTUM

Ma
 Pes
 Pessimante

uentus dignior non fuit cui praeipua religionis crederetur ministerium, cum oraculum moueret accersi Deum sacra matris Pessimantia &c. Sané & Traianum Imperatorem Optimum à Senatu appellatum esse, cum ex Iustiniانو apparet §. 1. in fi. Inst. quibus non est permissum fac. sest. tum scriptum reliquit Zonaras tom. 2. annal. pag. 201. & refert ex Dione Xiphilinus in illius vita pag. 553. in fi. dum de eo inter alia ita inquit: Eius multa decreta sunt à Senatu, sed imprimis Optimus cognominatus est. Et Plinius in Panegyrico, pag. 341. Quid, inquit, tam civile, tam Senatorium, quam illud additum à nobis optimi cognomen? quod peculiare huius & propriam arrogantia priorum Principum fecit.

Ceterum Scipioni etiam, ut Iurisconsultus addit, publice domus in sacra via data est, quo facilius consuli posset. Sacra via inde nomen obtinuit, quod per eam Augures, ex arce profecti, solerent inaugurare, sacraque quotquot mensibus in arcem ferre; autore Varrone lib. 4. de ling. lat. pag. 15. in pr. vel, ut Festo placet, de verb. sig. pag. 380. quod in ea sacrum iustum sit inter Romulum & Tacium. In ea igitur via, quam Plinius scribit Caesarem Dictatorem à domo sua ad Clivum usque Capitolium intexisse; libr. 8. c. 1. & in qua Ancum Marcium habitasse Solinus tradit, de mirabilibus mundi c. 2. Scipioni domus data est; ut Iurisconsultus hic ostendit: quique ibi habitauerunt Sacrauienses appellati sunt; eodem Festo autore pag. 226. & seq. Honorificum autem vel maxime fuisse, si domus alicui publice daretur apparet ex oras. Cic. de Aruspicum responsis, pag. 632. & in L. Pisonem pag. 286. ubi eo nomine de se Cicero gloriabundus; Me, inquit, consequentibus diebus in ea ipsa domo, quam tu me expuleras: quam incenderas: Pontifices, Consules, Praetores collocarunt: mihique, quod ante me memini, pecunia publica adificandam domum censuerunt. Cuius rei Paternus quoque mo-

minit lib. 2. pag. 68. dum de Cicerone loquens, Cuius, inquit, domus quam infestè à Clodio dissecta erat, tam speciosè à Senatu restituta est. P. quoq, Valerio Volasi filio Poplicola, publicè domum sub Velia adificatam esse ubi nunc aedis Victoria est, tradit Asconius in Pisoniana pag. 80. licet Livius lib. 2. post pr. & Plutarchus illum secutus in Poplicol. domum illam non in Velia, sed in vico publico, ubi nunc templum sit adificatam esse, affirmant malè. ita enim Plutarchus; ἐδέχθη ὁ θεὸς (inquit) οἱ Φίλοι τὸν Βαλέριον ἀρχὴς ἔ τὸ πῶρον ἔδωκεν ὁ δῆμος αὐτῷ, καὶ κατέσκηνασεν οἰκίαν ἐκείνης μετρίως, ὅπως ἔν τινος ἐστὶ γίγας πάλαι λεγόμενον. idemq, Antiochi Regis filio obsidi contigisse; nec non Murrina, quod in Sicilia cum equitata suo transfierat ad populum Romanum; scribit idem Asconius loco iam commemorato. Sic domum apud Tiphatham M. Curius Dentato etiam datam esse tradit Autor de viris illustribus c. 33. in Julio quoq, Casari domum publicam decretam esse; affirmat Dion lib. 49. pag. 247 ubi inquit: Porro decretum fuit Casari, ut in publico habideret; ut neq, verbo eum quisquam laderet; qui lasisset obnoxius ei pæna esset, qua Tribunam plebis violanti dicta est. Deniq, Claudio Casari etiam, antequam Imperator fieret, incendio amissam domum restitutam esse, refert Sueton. in illius vita c. 6. dum inquit; Senatus censuit, ut domus ei quam incendio amiserat, publicè impensâ restitueretur.

12
Q. Mucius
missus ad
Carthagin.

Postremo Iurisconsultus qui Consultoribus tantum vacarunt à Pomponio etiam annumeratur Quintus Mucius qui ad Carthaginenses missus legatus est; ita enim in Pandectis quoq, Florentinus legitur; Cum tamen Gellius & Livius hanc ipsam historiam commemorantes, non Q. Mucium, sed Q. Fabium missum ad Carthaginenses legatum fuisse perspicuè asseverent. Ita enim Gellius lib. 10. c. 27. Quintus, inquit, Fabius Imperator Romanus, dedit ad Carthaginenses epistolam; ibi scriptum

ptum fait; Populum Rom. misisse ad eos hastam & caduceum, signa duo, belli aut pacis; ex q̄. ijs, utrum vellent, eligerent, quod elegerent, id unum ut esse missum existimarent. Carthaginenses responderunt; neutrum sese eligere, sed posse, qua attulissent, utrum mällent, relinquere: quod reliquissent, id sibi pro electo futurum &c Livius verò lib. 21. pag. 128. in pr. Romani, inquit, postquam Carthaginem venerunt, cum Senatus datus esset, & Q. Fabius nihil ultra, quam unum, quod mandatum erat, percontatus esset &c. tunc, sinu ex toga facto, hic, inquit, vobis bellam & pacem portamus: utrum placet sumite. Sub hanc vocem, haud minus ferociter, daret utrum vellet, succlamatum est. & cum is, iterum sino effuso, bellam dare dixisset; accipere se omnes responderunt, & quibus acciperent animis, ijsdem se gesturos. Hac ille.

Verum cum uterq̄. in re ipsa narranda à Pomponio dissentiat, nec in historia quoq̄. inter se ipsi convenient; altero Q. Fabium legatum missum esse; altero eundem scripsisse, asseverante: & altero bellam & pacem ex sinu effusa, affirmante, altero hastam & caduceum qua belli & pacis signa essent, missa, tradente: mirum non est, quod in nomine quoq̄. legati ab eodem discrepent. Sanè ea qua ab ijsdem tribuitur magnanimitatis Laus Carthaginensibus, longè rectius Romanis, veluti maioribus & nobilioribus, fuisset attributa. Quod Pomponius hic praestat, dum dixisse Q. Mucium refert; Carthaginenses petere debere, utrum mällent accipere. Petere .n. verbum precarium est & optativum. Et Romanorum fuit optionem dare Carthaginensium accipere. Præterea Gellius Q. Fabij Imperatoris Romani mentionem facit, sentiens haud dubiè, de Q. Fabio Maximo Verrucoso, qui ante legationem & Consul & Censor & Dictator fuit; & post eandem statim, Dictator rei gerenda, h. e. belli causa, rursus est creatus; quemadmodum ex Livio & annalibus Consulum videre licet: rei q̄. militaris adeò studiosus fuit, ut ad id vitæ genus q̄. natus

videretur; quemadmodum Plutarchus in illius vita testatur, in-
 quiens: Cum animadvertisses Respubl. magnitudinem, bello-
 rumq; multitudinem; corpus ad rem militarem, sanquam sibi
 hoc innatum esset, exercuit. & Zonaras de hac ipsa historia dis-
 ferens Q. Fabium Maximum expresse nominat, tom. 2. annal.
 pag. 66. in fin. & seq. Sed hic Q. Fabius Juris Civilis laude ali-
 qua quod sciam, non claruit, nisi quod eloquentia eum operam
 dedisse, postque Consulatum in funere filij orationem ad popu-
 lam habuisse Cicero tradat in Bruto pag. 335. & Plutarchus loco
 commemorato. De Q. Fabio itaq; Pomponius, cum Iureconsultorum
 catalogum instituat, scribere vel sentire nullaratione aut debuit
 aut potuit: sed nisi cerro illi de hoc Q. Mucio constitisset, eadem
 facilitate eundem omittere qua incerta, de eodem asserere po-
 tuisset: in eaq; sententia hoc in loco Dn. Cuiacius est. Quia au-
 tem illius nominis plures fuerunt, ut Q. Mucius Scævola; in
 S. post hos inf. hac lege. & Q. Mucius Volusius in S. Fuit eo-
 dem tempore inf. ead. ideo τῆ προαγορασολῆ verba de legatio-
 ne ad Carthaginienses; appingere fuit coactus.

DE IURECONSULTIS, QUI IVRA
 professi sunt: imprimisq; ijs, qui δημοκρατίας
 tempore floruerunt: ac primum

DE TIB. CORUNCANIO,
 Caput XXXVI.

Post hos fuit Tiberius Coruncanus.)

1. Iureconsulti qui professionibus occupati fuerunt quomodo distin-
 guantur? 2. Quis primus Ius Civile professus sit? 3. Tib. Coruncanus
 Pontifex Maximus an fuerit? 4. Oriundus unde? 5. P. Scipio Nafica
 an Ius Civile sit professus? Memorabilem vocabulum epitheticè loco
 Responsus adjungatur, an verò ab his separatur?

Hac

HVC usq; nemo Iurisconsultorum Ius Civile docuit: Sed in
 latenti illud retinere. Consultoribusq; potius quam disce-
 re volentibus se præstare maluerunt. Verùm qui sequuntur Iu-
 riconsulti professionibus etiam occupati fuerunt. Quos docendi
 gratia ac ἐπιλάτες ita distinguere visum est, ut quosdam ex
 ijs Δημόκρατίας tempore floruisse dicamus; quosdam verò tem-
 pore Μοναρχίας. Cumq; prioris generis Iurisconsulti sex potissi-
 mam atatibus sive gradibus concludantur: ideo de Tib. Co-
 runcanio primum dicendum est. Is enim primus omnium Ius
 Civile professus est; ut Iurisconsultus hinc ostendit; annis ab
 urbe condita quingentis; quemadmodum ex Epitom. Livij libro
 18. colligitur: ubi Tiberius ille Coruncanius primus ex plebe
 Pontifex Maximus creatus asseritur. Fuisse autem eum Pon-
 tificem Maximum etiam Cicero docet, cum in oratione pro
 domo sua pag. 617. ibi; prudentissimus Pontifex: tum vero
 lib. 3. de orat. pag. 379. ubi Hac, inquit, fuit Tib. Coruncanio,
 hac proavigeneri mei Scipionis, prudentissimi hominis, sapien-
 tia, qui omnes Pontifices Maximi fuerunt, ut ad eos de omni-
 bus divinis atque humanis rebus referretur. Et Velleius Pater-
 calus lib. 2. pag. 140. Antiqui, inquit, ante primum bellum Pa-
 nicum abhinc annos CCC. Tib. Coruncanium, hominem novum,
 cum alijs omnibus honoribus, tum Pontificatum etiam Maximum, ad
 principale extulere fastigium &c. Et in Bruto pag. 334. dicit
 Cicero, eum ex Pontificum commentarijs longè plurimum inge-
 nio valuisse: Et in Lelio pag. 197. scribit eum à maioribus sa-
 pientem iudicatum fuisse. Fuit autem ex antiquissimo municipio
 Tusculano, eodem Cic. pro Cn. Planc. attestante pag. 672. ob quam
 ipsam causam Velleius loco prædicto hominẽ novũ eum appellavit.
 In Catone maiore pag. 251. numerat idẽ Cicero Coruncanium in-
 ser eos, qui Iura civibus præscripserunt, quorum usq; ad extremum
 spiritum

spiritum provec̄ta sit prudentia. Porro cum communis traditio sit, quod non solum Q. Mucius ille legatus, verum hic ipse etiam Coruncanus Nasicam praecefferis, fieri potest, ut & ipse P. Scipio Nasica Iura Civilia sit professus: quem tamen per auctoritatem quandam Pomponius hic inter eos recensuit, qui consultoribus tantum operam navarunt.

Subjicit Jureconsultus; Cujus tamen scriptum nullum extat, sed responsa complura & memorabilia ejus fuerunt. Quibus verbis hoc significat, quod licet plurima Coruncanij & responsa & memorabilia fuerint, eius tamen scriptum nullam extet; Memorabiliaq; a Responsis separat, meminitq; Responsi cuiusdam Cicero in 2. de LL. pag. 425. ubi P. Scaevola & Cornucano Pontificibus maximis placuisse scribit, eos qui tantundem cepissent, quantum omnes heredes, sacris alligari. Memorabilia vero alias a Paulo Iuriconsulto Memorialia dicuntur in l. Massurius 144. inf. de verb. sig. ubi libros Massurij Sabinis memorialiam citat. Et non solum hanc Coruncaniam multos libros memorabiliam scripsisse, verum etiam Sabinum, hinc inde ex Macrobio Gellioq; videre licet. Primumq; memorabilium librum Sabinus Gellius laudat lib. 6. c. 7. & Macrob. lib. 3. Satur. c. 6. agens de Victoris Herculis & de; secundum idem Gellius lib. 5. c. 6. & septimum, lib. 4. c. ult.

DE SEXTO AELIO, PUBLICO AELIO, & L. Acilio, Caput XXXVII.

Deinde Sextus Aelius.)

1. Sextus Aelius, P. Aelius & L. Acilius 12. tab. an fuerint interpretati?
2. L. Acilius à populo quomodo appellatus?
3. Quomodo item S. Aelius?
4. Quae autorum de illo sententiae?
5. Magistratuū officijs quibus fuerit functus?
6. Quibus item P. Aelius?
6. S. Aelium Ennius quomodo laudaverit?
7. Quibus item P. Aelius?
7. Scriptis S. Aelium quibus claruerit?

As

AIT *Jurisconsultus*: Deinde Sextus AELIUS, & frater ejus Publius AELIUS, & P. Atilius maximam scientiam in profitendo habuerunt. *Hos tres, Sext. AELIUM, P. AELIUM & L. ACILIUM* (ita enim pro P. Atilio legendum esse inter plerosq̄ convenit) XII. tabulas interpretatos esse, auctor est Cicero in 2. de LL. pag. 429. ubi, postquam in interpretatione vocabuli *lessum*, (in lege ista XII. tab. *Mulieres genas ne radiunt, ne ve lessum funeris ergo habent*, cuius Sext. Festus meminit in verb. *Radere genas*, pag. 333. & Plinius lib. 11. c. 37.) variasse eos demonstravit, tandem in P. AELIÛ (ita n. pro L. AELIO legendũ ibidem arbitror) sententiam, *lessum lugubrem eulationem esse existimantis, inclinat, interpretumq̄ veterum, ut & Iustinianus in §. unico Inst. de legitima patr. tutel. veterum appellatione simpliciter, eosdem dignatur. Cæterum Acilium Jurisconsultus hîc Primum à populo sapientem appellatum dicit: quod Cicero de amicitia confirmat, pag. 191. dum inquit: Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem, quia prudens esse in Jure Civili putabatur &c. AELIUM verò utrumq̄ Patrum cognominatum esse testatur Livius lib. 32. in pr. Porro Sextum AELIUM cuius Celsus meminit in l. si venditor 38. de action. emt. & Instin. in l. 1. in pr. C. de com. ser. ma. etiam Catum appellatum esse, ex marmore Rom. videre licet, ab acumine scilicet ingenij, quod cata acuta Sabini dicerent, teste Varrone lib. 6. de ling. lat. pag. 74. in pr. ubi Ennij versum istum (Jam Cata signa fere sonitum davo voce parabant.) explicans, inquit; Cata, acuta, hoc enim verbo Sabini dicunt: quare Catus AELIUS Sextus, non (ut aiunt) sapiens, sed acutus, & quod est, tunc cepit memorari. Simul cata dicta, accipienda acuta dicta. Licet Non. lib. de prop. ser. in voc. Catus. col. 1115. Catum non acutũ, sed sapientẽ interpretetur in illo*

Cicero in 2. Tusc. sed homo Catus nunquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum. Eum Crassus apud Cicero-
nem in 1. de oratore pag. 68. amplissimum & clarissimum virum
nominat. Et Antonius ibidem pag. 72. verè Iurisconsultum, ut
qui legam, & consuetudinis eius qua privati in civitate uteren-
tur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cavendum pe-
ritus esset. Et in 3. de Oratore pag. 279. dicit Crassus eum trans-
verso foro ambulantem civibus omnibus consilij sui copiam fecis-
se. Et in Bruto pag. 342. Cicero eum Iuris Civilis omnium peri-
tissimum vocat, & ad dicendum paratum. Et in dialogo de Se-
nectute pag. 279. annumerat eum alijs à quibus Iura civibus fu-
erunt praescripta. Hic cum Aedilis Curulis, cum collega M.
Clandio Marcello, anno urbis 554. L. Cornelio Lentulo & L.
Valerio Tappulo Cos. in pervuli annonae frumenti vim magnam
ex Africa advectam, binis aris, in modios, populo divisisset.
Iudosq; Romanos magno apparatu fecisset, Livia teste, libr. 31 in
pr. sequenti anno cum T. Quintio Flaminiò Consul factus est;
quemadmodum Iurisconsultus hic, & Tabulae Capetolina osten-
dunt, & Plutarchus in Flaminij vita, in pr. dum inquit: At
populus Titum è vestigio, triginta nondum annos natum, Con-
sulem cum Sexto Aelio designat. &c. Deinde quadriennio post,
idem Sextus Aelius P. Scipione Africano, & Tib. Sempronio
Longo Cos. cum C. Cornelio Cethego Censor creatus est, ubi cum
collega Aedilibus Curulibus imperavit, ut loca Senatoria in
spectaculis à populo secernerent, cum antea ad 556. ant. si A.
Cos. sequi debeamus. 558. annum, in promiscuo spectatam esset;
referente Livio lib. 34 pag. 275. & 277. Valerio Maximo lib. 4.
c. 5. & Aconso in orationem pro C. Cornelio fol. 56.

5
P. AELIUS.

Ceterum Sexti Aelii frater, ut Iurisconsultus hic inquit;
Publius Aelius fuit. Hic cum anno 551. Tib. Claudio Nerone
& M. Servilio Gemino Cos. à Caio Servilio Nepote Dictator,
Magister

*Magister equitum creatus esset (qui honor in illo ad Syllam usq. Di-
ctaturam cessavit; quemadmodum ex Paterculo colligitur, qui lib.
2. pag. 51. in fi. Syllam Dictatorem creatum asserit, cuius honoris
usurpatione per annos CXX. intermissa fuerit) anno sequenti qua
Annibal superatus est, quodq. nata frumenta in arborib. produun-
tar; cum Cn. Cornelio Lentulo Consul, & biennio post, cum P. Cor-
nelio Scipione Africano Censor est factus, ut Plinius lib. 18. c.
18. & annus Capitolinus 552. & 554. ostendit: eosq. Censores
magna inter se concordia, & Senatam sine ullius nota legisse, &
Portoria Vanalium Capua, Puteolisq., item castrorum Portori-
am, quo in loco nunc oppidum sit fruendum locasse, tradit Livius
lib. 32. pag. 254.*

*At Iurisconsultus; Sextum AElium etiam Ennius
laudavit. Hoc versu scilicet:*

Egregie cordatus homo Catus AElium Sextum.

*Cuius meminit Cicero in 1. Tusculan. quaestio, pag. 379. &
1. de Oratore pag. 68. ubi Ennium etiam Crassus ummam Pe-
esam nominat: sicut Cicero autorem idoneam, in Bruto pag. 335.
eosq. autoritate illius multum utitur, ut & Livius lib. 30. pag.
238. in fine, ubi celebrem versum illum citat:*

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

*Quod verò in multis & Vergilius illum imitatus sit, ostendit Ma-
crob. lib. 6. saturnal. c. 1. Natus est anno urbis 514. Cn. Ma-
milio Turrino, & Q. Valerio Falto Cos. teste Cicero in Bruto
pag. 341. in pr. & in 1. Tuscul. quaest. in pr. ferè: & quidem Ta-
renti, ut Eutropius scribit lib. 2. in fi. ubi etiam Roma eum docu-
isse asserit, contentum anius ancillae ministerio. Quod Cicero in 2.
de Oratore pag. 197. in fine confirmare videtur, dum inquit:
Nasica cum ad Poëtam Ennium venisset, eiq. ob ostio quarenti
Ennium, ancilla dixisset, domi non esse; Nasica sensit illam
domini iussu dixisset, & illum intus esse. Paucis post diebus, cum
ad Nasicam venisset Ennius, & eum a janua quareret, exclamat*

Vo 2

Nasica

Nasica, se domi non esse: tum Ennius, quid? ego non cognosco vocem, inquit, tuam? Hic Nasica, homo es impudens: ego cum te quarerem, ancilla tua credidi, te domi non esse, tu mihi non credis ipsi? Hunc cum septimum & sexagesimum annum ageret, duodecimum annum scripsisse, ex Varrone in primo de Poëtis libro tradit Gellius lib. 17. c. ult. idq; ipsum Ennium eodem libro dicere. Cumq; annis septuaginta vixisset, Cicerone de Senectute attestante, pag. 245. demum anno urbis 584. Q. Marcio Philippo & Cn. Servilio Capione Cos. articulari morbo extinctus est; eodem Cicerone autore in Bruto pag. 341. & seq. & in gentili Scipionum sepulchro positus; quemadmodum idem pro Archia testatur, pag. 488. dum inquit: Charus fuit Africano superioris nostri Ennius, itaq; in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus &c. Ad cuius quidem sepulchri ornamentum tres statuae posita fuerunt: dua P. & L. Scipionum, tertia ipsius Ennii; autore Livio lib. 38. pag. 321. dum inquit: Roma extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuae sunt: quarum dua P. & L. Scipionum dicuntur esse, tertia Poëta Q. Ennii. Solinus de mirabilibus mundi c. 6. Africanus, inquit, prior Q. Ennii statuam imponi sepulchro suo iussit. Cui Valerius consentit lib. 8. c. 15. confirmatq; autoritate Eusebii Sabellicus Ennead. 5. lib. 8. col. 1118.

7

Subiicit Iurisconsultus: & extat illius liber qui inscribitur Tripertita. Inscriptionis ratio ista fuit, quod singulas XII tabul. leges, ordine trinīs capitibus distinctas ita expliceras, ut primum verba legis, deinde eorum interpretationem, & tertio legis actionem adiungeres, eaq; tria uno libro ita a Sexto Aelio collecta, ut Tripertitæ, ita Iuris quoq; AEliani nomen, libro conciliarent, ut ex Iureconsulto supra didicimus. Et iste liber (addit Pomponius) veluti cunabula Iuris continebat, h. e. continebat prima veluti elementa, principia aut rudimenta Iuris. Ita enim

enim Iustinianus suas etiam Institutiones & primam legem audientiam, prima legum cunabula appellat, S. cumq; hoc Deo. in proem. Inst. S. ne imprimis; Inst. de leg. & l. ansc. C. de nud. ex Iure Quirit. sol. Sic prima urbis Roma cunabula S. libertinorum. Inst. de libert. & prima fideicommissorum cunabula. S. & quia prima. Inst. de fideicommiss. hered. & cunabula Praefectorum Praesorio, apud Aurelium Arcadium in l. unic. inf. de offic. Praef. Praesor. &c.

DE MARCO PORCIO CATONE.

Caput XXXIIX.

Hos sectatus ad &c.

1. Verba textus (Hos sectatus ad aliquid est Cato) de quonam Catone accipienda ? 2. M. Cato unde oriundus ? 3. Quae de illo autorum iudicia & sententiae ? & quando obierit ? 4. Ab initio quomodo appellatus ? 5. Dicta illius & facta quae ? 6. In re literaria quid praestiterit ? 7. Filios an habuerit ? & verba textus (ex quibus caeteri oriuntur) quomodo intelligenda ?

S *Ubidit Jurisconsultus: Hos sectatus ad aliquid est Cato. Hic forsassis ille videri potest fuisse, quem Catonem primum Plinius nominat; lib. 7. c. 27. ubi ille omnia tribuit, quae a Iurisconsulto hic alijsq; Catoni Censorio alijs tributa videmus: scribitq; lib. 14. c. 4. eundem Catonem primum, anno urbis 600. circa captas Carthaginem & Corinthum, vita defunctum esse: atq; ita quinque annis citius quam ab alijs Cato Censorius mortuus asseritur. Verum cum ille ipse Cato, cuius modo meminimus, nec civis fuisse reperitur, neq; etiam Iurisperitus, nec ea quae a Plinio, ab alijs etiam illi tribuantur, receptum ferè ab omnibus est, ut ita legatur: Hos sectatus ad aliquid est deinde M. Cato,*

Princeps Porciae familiae. Hic ergo M. Cato, Tusculanus fuit, seste Cor. Tacit. lib. 11. annal. pag. 301. & Paterculo, lib. 2. pag.

140. in fin. Gellio lib. 13. c. 22. at Cicerone in Oratione pro Ca. Plancio pag. 672. qui, Num aliquando, inquit, vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo, in omni virtute Principe, nam de T. Coruncano municipe suo gloriari? Itemq; in 2. de LL. pag. 399. Cato, inquit, cum esset Tusculi natus in populi R. civitatem susceptus est: itaq; cum ortu Tusculanus esses, civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris. Estq; ille qui initio Quæstor, deinde AEdilis, & quadriennio post Prætor, actandem etiam Consul cum fuisset; demum novem annis post, Censor quoq; creatus cum esset, ut Cic. de senectus. testatur pag. 243. & 247. à Censura severissimè gesta Censorius appellatus est: quem multis laudibus alicubi Cicero & Livius extollunt ac prosequuntur. Cicero enim in divinatione pag. 189. sapientem eum, clarissimum ac prudentissimum virum nominat. Et in 1. de orat. pag. 58. Quid, inquit, ille M. Cato? nonne & eloquentia tanta fuit, quantam illa tempora, atq; illa ætas, in hac civitate ferre maximam potuit, & Juris Civilis omnium peritissimus? Et in 3. de Oratore pag. 279. in hunc modum scribit: Quid M. Catoni præter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque adventitiam defuit? nam quia Ius Civile didicerat, causas non dicebat? aut quia poterat dicere, Juris scientiam negligebat? at utroq; in genere laboravit & præstitit. Et in Bruto pag. 338. Catonem, inquit, quis nostrorum Oratorum, qui quidem nunc sunt, legit? aut quis novit omnino? at quem virum Dî boni? mitto civem, aut Senatorem, aut Imperatorem: Oratorem enim hoc loco quarimus: quæ illo gravior in laudando? acerbior in vituperando? in sententijs argutior? in docendo ediscendog; subtilior? Livius verò lib. 39. pag. 330. in fi. ita de eo scribit: In hoc viro tanta vis animi ingenijq; fuit, ut quocunq; loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus videretur. nulla ars, neq; privata neq; publica rei gerenda, ei defuit; urbanas rusticasq; res patri-

ter callebat: ad summos honores, alios scientia Iuris, alios eloquentia, alios gloria militari prouexit: in bello manu fortissimus, multisq; insignibus clarus pugnis: idem posteaquã ad magnos honores peruenit, summus Imperator, idem in pace, si ius consules peritissimus: si causa oranda esset, eloquentissimus. Vivit vigetq; eloquentia, sacrata scriptis omnis generis, orationes pro se multa; & pro alijs & in alios: nam non solum accusando, sed etiam causam dicendo fatigavit inimicos, &c. Hinc Valerius Maximus lib. 3. c. 7. Cato, inquit, Superior, ab inimicis ad causam dictionem vocatus, nec ullo unquam crimine conuictus, ad ultimum tantum fiducia in sua innocentia reposuit, ut ab his in quaestionem publicam deductus. T. Gracchum, à quo in administratione Reipublica ad multum odium dissidebat, iudicem deposceret. Et Solinus de mirabilibus mundi c. 5. Cato, inquit, Princeps Porciae gentis, Senator optimus, Optimus Imperator, Orator optimus: causam tamen quadragies & quater dixit, diversis odiorum simultatibus appetitus, semper absolutus. Quod ipsum Auctor quoque de viris illustribus tradit c. 47. Et Plutarchus in illius vita fol. 123. ubi fere quinquagies illi diem dictam affirmat. Excessit è vita annos natus quinque & octuaginta, cum quidem eo ipso anno contra Sergium Galbam ad papulam summa contentione dixisset, quam etiam orationem scriptam reliquit, teste Cicerone, in Bruto pag. 343. & 347. & Plinio lib. 29. c. 1. Fuit colore subruffo, & glaucis oculis, ut carmen in eum defunctum testatur;

Porcius hic mordax glaucis subruffus ocellis,
Interitus Erebo sedes non ceperit ullas.

Hic ergo M. Cato, ut Iurisconsultus hic subiicit, Princeps Porciae familiae fuit. Quod Solinus d. c. 5. de mirabilibus mundi confirmat, & Velleus lib. 2. ac Valerius Maximus lib.

libr. 3. c. 2. dum inquit: Felicior progenie sua superior Cato, a quo Porcia familiae principia manarunt &c. Principio enim tertio nomine non vocabatur Cato sed Priscus: consequenti tempore Cato ei virtutis cognomen exitit. Nam Romani eum, in quo multarum rerum usus & experientia erat, Catonem nominabant; auctore Plutarcho in Catonis vita, in pr. Hinc Cicero in Verrem: Marcus, inquit, Cato se virtute, non genere, populo Romano commendavit, & ipse sui generis initium ac nominis a se gigni ac propagari voluit. Fuit in dictis & sententijs argutissimus: tribuiturq; illi inter alia istud: Cultus magnam curam, magnam virtutis incuriam esse; cuius Ammian. Marcellin. meminit lib. 16. rer. gest. post pr. isemq; illud: difficile esse eam civitatem diu incolamem fore, ubi plaris piscu unus, quamvis parvus, qudm bos venderetur. isem, Roma uxores viru imperare, qui imperiu in ceteras gentes obtinerent, qua de re Sabellicus Enead. 5. lib. 7. col. 1101. Idem interrogatus, quamobrem inter multos nobiles statuam non haberes? Malo, inquit, ambigere bonos, quamobrem id non mernerim, quam quod gravius est, cur impetraverim mustitare: cuius idem Marcellinus mentionem facit lib. 14. rer. gest. post pr. Tria praterea accidisse sibi per vitam dixit, quorum panitisset; si scilicet quid arcani famina credidisset, si navigio vectus esset, quo pedestri itinere pervenire licuisset; & si quis dies ipsi per negligentiam absq; fractu effluxisset. Doniq; licet testatus sit, Romanos tum imperiam amissuros, cum se Gracis literis dedissent, ipse tamen jam senex Gracas literas nihilominus didicit, ut apud Ciceronem ipse testatur, de senectut. pag. 250. in fi. & seq. & tradit Quintil. in Inst. orat. in fine.

6

Huius, ut Iurisconsultus addit, & libri extant. Nam, ut Cicero in 3. de Oratore, de eodem inquit, pag. 279. in fine. Nihil temporibus istis sciri discirve potuit, quod ille non cum in vestigat

rit

rit & scieris, tum etiam conscripseris. Et sanè quod omniū generis scriptis claruerit, didicimus ex Livio supra. Imprimis verò orationes & pro se multas habuit, & pro alijs, & in alios referas ut Cicero in Bruto loquitur pag. 338. & verbis & rebus illustribus. Et ex orationibus quas pro se habuit, illa est quam scripsit de suis virtutibus contra Thermum, cuius Sextus Festus meminuit, de verb. sig. pag. 235. in verb. Oratores; & pag. 237. in verb. Ordinarium; & pag. 293. in ver. Primarius; & pag. 335. in verb. Rasissima; & pag. 353. in verb. Repastinari. Item ea quam pro se contra C. Cassium dixit, ex qua Gellius quadam producit lib. 10. noct. Artic. c. 14. Itemq; ea quam in dissertatione Consulatus habuit, ex qua idem Gellius quadam etiam citat lib. 4. c. 17. in si. Charisius lib. 2. & Sextus Festus de verb. sig. pag. 163. in verb. Mediocriculo, & pag. 339. in verb. recto fronte. & deniq; ea quam habuit de actionibus apud populum, ne lex sua abrogaretur, de qua Priscianus lib. 3. Orationes etiam quas pro alijs dixit non pauciores fuerunt, cuiusmodi est primam Oratio quam pro L. Turio contra Cn. Gellium dixit, cuius Gellius meminuit libr. 14. c. 2. Deinde Oratio quam pro L. Cæsario habuit, ex qua Fest. quadam citat, de verb. sig. pag. 459. in verb. Salsis. Tercio ea quam pro Caio quodam habuit, ex qua Festus item quadam producit, licet deficiant, pag. 442 in verb. Stillicidium. item ea quam pro L. Casare habuit ad populum Priscian. lib. 10. quam item pro Hispanis Charis. lib. 2. & pro L. Antonio, Priscian. lib. 9. & pro Rhodiensibus in Senatu Gellius lib. 7. c. 3. & lib. 13. c. 23. & deniq; ea quam pro quodam dixit, qui etiam à Festo nominatus fuit, verum verba illius propter vetustatem obliterata sunt pag. 407. in verb. Secordiam. In alios orationes etiam dixit quamplurimas, ut in L. Acilium aliquot, quartaq; meminuit Festus pag. 259. in verb. Penatores. In M. Coelium, idem Fest. pag. 56. in verb. Citeria, & pag. 296. in verb. Pro

scapulis. In *M. Coelium* si se appellavisset, idem pag. 187. in verb. *Navia*; & pag. 433. in verb. *Spaciatorem* Gellius libr. 7. c. 15. In *Oppium*. idem Fest. pag. 320. in verb. *Quadrantal*. In *L. Veturiam* de sacrilegio commisso, idem pag. 303. in verb. *Prohibere*; Priscian. libr. 6. 8. & 10. *Nonius* in verb. *Darisado*, col. 1118. in pr. & Gellius libr. 17. c. 2. In *Cornelium* apud populum; idem Festus pag. 354. in verb. *Repulsor*. In *M. Fulvium Nobiliorem* cum edisset a vit eius censuram; idem Fest. pag. 358. in verb. *Retricibus*; Gell. lib. 5. c. 6. Cic. in 1. *Tuscul.* pag. 371. In *Anniam*, idem Festus, pag. 462. in verb. *Superefcit*. In *L. Forium* de malsa Gell. lib. 10. c. 24. *Nonius* in verb. *Proximi*, col. 1134. In *Lentulum* apud Censores, idem Gellius lib. 5. c. 13. de *Prolo*mo. contra *Q. Minucium Thermum* Gell. libr. 20. c. 10. Priscian. lib. 3. 8. & 10. In *Q. Thermum* de decem hoenimibus, quos eodem tempore interfecisset, Gell. lib. 13. c. 23. In *Pamfam* *Nonius* in verb. *Pisceolus* col. 1133. In *E. Pisonam*, Priscianus lib. 10. & deniq. in *Sergium Galbam* ad milites, idem Gell. lib. 1. c. 23. Cic. in 1. de orat. pag. 80. & quidem eo ipso quo mortuus est anno, quemadmodum ex *Ciceronis Bruto* supra retulimus. Fuerunt & alia illius de alijs pleriq. rebus orationes, ut oratio de sacrificio commisso. Gellius lib. 7. c. ult. Fest. in verb. *Stata* sacrificia pag. 437. & Priscian. lib. 6. Item oratio quam de *Achaia* scripsit. Gell. lib. 2. c. 6. Item qua legem *Voconiam* suafit annos natus quinque & sexaginta. Cicero de senect. pag. 249. Gell. libr. 7. c. 13. in fi. & libr. 17. c. 6. Fest. de verb. sig. pag. 338. in verb. *Receptitium*. Item de re *Floria*, h. e. de ludis & festis *Floralibus*; Gell. libr. 9. c. 12. & libr. 10. c. 13. *Nonius* in verb. *Suspiciosum*, col. 1139. *Flora* enim Romanus *Dea* florum & pratorum praeses cum *Robiga* colebatur: quibus propitijs, neq. *robigo* frumenta atq. arbores corrumpebat, neq. non tempestive florebant. itaq. publica *Robigo* feria *Robigalia*. *Flora*; *Ludae* *Floralis* instituta

instituti autore Varrone libr. 1. de re rustica c. 1. Item de bello Cathaginiensi, Nonius in verb. Calliscerunt col. 1114. & Gell. lib. 9. c. 14. De dose, idem Gell. lib. 10. c. 23. Plinius lib. 14. c. 13. De præda militibus dividenda, Gell. lib. 11. c. ult. De præda in publicum referenda. Priscian. lib. 7. De adilibus visio creatis, idem Gell. lib. 13. c. 16. Item oratio quam Numantia apud equites dixit, Gell. lib. 16. c. 1. Fest de verb. sig. pag. 234. in verb. Optionatus. & ea, qua in Senatu suasis, us plura ara equestris fierent. Priscian. lib. 7. & Charisius lib. 1. Item oratio qua inscribitur: Ne imperium sit veteri, ubi novus venerit, Gell. lib. 20. r. 2 Oratio ad populum de triumpho Prisc. lib. 3. & de Macedonia liberanda, Idem ibidem. Suasio item in legem populi. Nonius in verb. Compluries, col. 1114. in pr. Item Oratio uti Basilica adificaretur. Priscian. lib. 8. Itemq; ea quæ in Censura de vestitu & vehiculis habuit, Priscian. lib. 8. Nec non de Tribunis militum oratio, Nonius in verb. Proletarij, col. 1108. in verb. Clivus, col. 1147. & oratio de ambitu Priscian. lib. 5. Itemq; de habitu Charist. lib. 1. Item Oratio ad lites Censorias Fest. pag. 251. in verb. Parsi, & pag. 264. in verb. Periculatus. Item no Consul bis fieret, idem Fest. pag. 254. in verb. Pavimenta. De conjugatione. Fest. pag. 292. in verb. Precem De augurib. idem pag. 296. in verb. Probrum. Item dissuasio de rege Attalo & Vectigalibus Asia, idem Fest. pag. 281. in verb. Porticulus. Dissuasio ne lex Babia derogaretur, Fest. pag. 366. in verbo rogat. Suasio, ne legi Orchia derogaretur, Fest. pag. 220. in verb. Obscuritas & pag. 262. in verb. Percunctatum. De feneratione legis tantæ, Fest. pag. 306. in verb. Prorsus. De spolijs ne figerentur nisi qua de hostibus capta essent. Fest. pag. 366. in verb. Resignare. De fundo olivario, Fest. pag. 312. in verb. Pulchralibus. De re Histria militari, Fest. pag. 313. in verb. Junctatoriolus. De signis & tabulis, Fest. pag. 340. in verb. Redemptivere. De Indignitibus,

Fest. pag. 413. in verb. Sequester. deniq; oratio in qua scripsit. A Ediles plebis sacrosanctos esse; idem Fest. pag. 383. in verb. Sacrosanctum. Libris quoq; tam μονοβιβλοις quàm πολυβιβλοις insignem eundem fuisse, hinc inde apud autores animadvertere licet. Ac inter πολυβ. βλα commentarij fortè illius Juris Civilis fuerunt, quorum Sextus Fest. meminisse pag. 178. in verb. Mundus. Itemq; libri epistolicarum quaestionum, quorum apud eundem Festum mentio est pag. 155. in verb. Mansues. & pag. 256. in verb. Praedonatos. producitq; quaedam ex primo Gellius lib. 7. c. 10. quamvis Lipsius eos non Catonis sed Varronis esse non male contendat Variarum lect. lib. 3. c. 21. Deniq; libri Originum sive causarum septem, quorum in genere Gellius mentionem facit libr. 2. c. 22. lib. 3. c. 7. lib. 10. c. 26. & lib. 18. c. 12. Varro lib. 1. de re rust. c. 2. & lib. 2. c. 3. Suetonius in Augusto c. 86. Nonius Marcell. in verb. Verrancam col. 1145. in pr. itemq; Cic. in 1. & 4. Tusculan. quaest. in pr. & in Bruto pag. 341. & 347. & pag. 338. & seq. ubi Originum Catonis libris differens, iam verò, inquit, Origines Catonis quem florem, aut quod lumen eloquentiae non habent? Amatores huic desunt. Antiquior est huius sermo, & quaedam horrida verba, ita enim tum loquebantur. Id mihi, quod tum ille non potuit, & adde numeros, & aptior sit oratio: ipsa verba compone, & quasi coagmenta, jam neminem antepones Catoni. Hac ille. In specie verò libri primi (in quo res descripsit Romanorum gestas atque ob id ut Festus ait in verb. Originum pag. 239. titulum propositi sui satis plenum amplexus non videtur,) meminisse Macrobius lib. 3. Saturnal. c. 5. Priscianus lib. 5. & 6. Nonius in verb. Prosapias col. 1108. Sext. Fest. in verb. nequitum pag. 201. & pag. 235, & Gellius lib. 1. c. 16. Secundi in quo, ut & sequenti, Italiae civitatum Origines prosecutus est. Nonius Marcellus in verb. patidum col. 1139. & verb. Gelu. col. 1151. Sextus Fest. pag. 451. in verb.

Sublimavit

Sablimauis, & Gellius lib. 17. c. 13. Tertij, idem Fest. pag. 23. in verb. Orea, & Gellius d. lib. 17. c. 13. Quartj, in quo Origines belli Punici primi percensuit, Nonius Marcellus in verb. Complurics col. 1114. in pr. & verb. duodeuicesima pag. 201. in pr. Priscian. lib. 6. & 8. Fest. pag. 158. in verb. Mapalia, & Gell. libr. 2. c. 19. & 28. libr. 5. c. ult. libr. 10. c. 1. & libr. 11. c. 1. Quinti, in quo belli Punici secundi Origines retulit, Nonius Marcellus in verb. Piscalentum col. 1133. in fine. Priscianus lib. 9. Fest. pag. 273. in verb. Pilates, & Gell. lib. 7. c. 3. lib. 11. c. 3. & lib. 15. c. 9. & 13. Sexti, in quo ut & sequenti reliquorum bellorum Origines pertexuit, Gellius lib. 20. c. 4. in fine, Septimi, Sextus Festus pag. 177. in verb. Malleos, & pag. 375. in verb. Ruscam, Nonius in verb. Piscalentum col. 1133. & Gellius lib. 13. c. 23. $\mu\omicron\nu\beta\iota\beta\lambda\alpha$ varia quoq; Catonis fuisse, hinc inde apud Gellium videre licet. ita enim quadam ex uetere illius libro citat, qui inscriptus fuit contra Tiberium exulem lib. 2. c. 14. Citat quoq; quadam ex illius libro quem de agricultura scripsit, lib. 3. c. 14. itemq; ex eo quem de re militari composuit, lib. 7. c. 4. ut & Fest. pag. 263. in verb. Peremere. pag. 299. in verb. Procabitores, & pag. 304. in verb. Properam. Scripsit etiam librum de re rustica, qui solus hodie superstes est, Gellius lib. 10. c. 26. Itemq; librum inscriptum de falsis pugnibus, idem Gellius lib. 10. c. 3. & Nonius Marcellus in verb. Vibices col. 1145. in pr. licet ibi non de falsis pugnibus, sed de falsis poenis legendum esse, Lipsius annotauerit. Variar. lect. lib. 2. c. 14. & denique librum, Carmen de moribus inscriptum, quod idem est ac si diceret, edictum de moribus, solebant enim ueteres precepta & edicta tum legum tum aliarum sanctionum, carmina uocitare, ut apud Livium, Lex horrendi carminis erat, Gellius lib. 11. c. 2.

Subdit Iuriconsultus: Sed plurimi filij eius. Hac uerba

de filijs Catonis accipio, non de libris filij eiusdem: idq̄ ppter ver-
 ba sequentia, ex quibus cæteri oriuntur: qua non video, quor-
 sum aliàs referri commodè, aut possint aut debeant. Licet enim
 verum sit, quod maior Catonis filius egregius de Iurijs disciplina
 libros reliquerit: verumq̄, & id, quod plures quàm duos filios
 Cato non habuerit; Gollio teste, lib. 13. c. 18. tamen & illud ve-
 rum est, quod non solum pluralis locutio, duorum numero conten-
 ta sit; l. ubi testium 12. inf. de test. l. libertus 17. §. fin. inf. de
 manum. test. l. inter illam 217. §. ult. inf. de verb. sig. & tra-
 dunt DD. in §. fin. inst. de Jur. pers. Verum filij etiam appella-
 tione cuiuscunq̄ gradus liberi intelligantur, l. sed si. 10 inf. de in
 jus vocand. l. filium. 14. inf. de SC. Macedon. l. Senatus con-
 sulto 59. & l. libertam. 64. inf. de ritu nupt. l. si quis ita. 16.
 inf. de test. tutel. l. filij appellatione. 84. & l. iusta 2 1. inf. de
 verb. sig. l. pen. C. de interd. matr. cum similib. ideoq̄ utcumq̄ Ca-
 toni duo solummodo filij fuerint, inconvenienter tamè locutus Iu-
 risconsultus non est, dum plures eius filios fuisse dixerit, ex
 quibus cæteri oriuntur. Cæterorum enim appellatione propego
 liberorum, cuiusq̄ Catonis filij, intelligitur, que secundum ma-
 trimonij diversitatem fuit diversa. Nam Caro duas uxores duxit:
 primum filiam Licinij, ex qua filium natum maiorem genuit, qui
 Prætor designatus, patre vivo, eo quo Ennius obiit tempore vita
 excessit, & à patre, pauper quierat, sumtu tenuissimo sepultura
 mandatus est, teste Lruio in Epit. lib. 48. cumq̄, agrè tulisset,
 quod senio confectus pater Salomij filiam sibi novercam superdu-
 xisset; responsum tale ab eo accepisse dicitur, Non novercam tibi
 filie superducere volas, sed eo consilio uxorem duxi, ut si fieri pos-
 set, multos quidem tibi natos, at plures patriacives tibi simi-
 les procrearem, referente Sobellico Ennead 5. lib. 8. col. 1126.
 Hinc regula illa est; que Catoniana dicitur, in l. cetera 41. §.
 1. de leg. 1. & 106. tit. inf. de reg. Caton. & à Marciano Cato-
 niana

*Pluralis locutio
 numero duorum
 contenta est.*

*Autor Regule
 Catoniana.*

niana sententia appellatur in l. 86. §. ult. de cond. & demon-
 fiat. à Iuliano regula Iuris in l. cum legato 17. infr. quond. dies
 leg. ced. itemq; illud quod de eo; cui digitus de manu aut de pede
 præcisus est. pro morbofo habendo traditur in l. Idem Ofilius 10. §.
 1. de AEdilis. ed. & istud in l. si socer 44. in pr. de actione salua
 mulieri manente, licet socer genero succedat. Celebris item dispo-
 ratio ista de diuiduis & indiuiduis stipulationibus in l. 4. §.
 Cato de verb. oblig. & id de mense intercalari pro additio ha-
 bendo in l. cum bissexsum 98. de verb. sig. quem C. Iulius Cesar
 postea sustulit; unicuiq; anno decemdiebus additus auctore Sueton
 in illius vita c. 40. & deniq; hoc quod de liberatione serui refer-
 tur à Domino adoptati in §. ult. Inst. de adopt. Nam ha tantum
 jaris illa tabulae sunt, quas ex tot librorum naufragio, quos de
 Iure conscripsisse hic Cato noster dicitur superstitis hodie enatasse
 comperimus. Filium hic habuit, & ipsum M. Catonem dictum:
 qui Orator satis vehemens ad exemplum avi, multas orationes
 scriptas reliquit, Consulq; fuit cum Q. Marcio Rege. anno ur-
 bis 636. ut ex Tabulis Capitolinis videre est, & testatur Vale-
 rius Maximus lib. 5. c. ult. Plinius lib. 2. c. 31. & Iulius Obse-
 quens in libro Prodigiorm c. 33. Inq; eo Consulatu Africam pro-
 fectus, diem suam obiit. Eius filius maior natus, M. Cato itidem
 appellatus, ille fuit, qui AEdilis & Praetor in Galliam Narbo-
 nensem profectus vita ibi defunctus est, ut loco jam citato idem
 Gellius auctor est. Licinij filia defuncta, Cato Censorius, senex ad-
 modum Salonij filiam, uxorem duxit, ex qua octuagesimo exacto
 anno M. Catonem Salonianam suscepit, ex cuius filio altero M.
 Catone, qui ex Tribunatu pl. Praetoriam petens mortem obiit; M.
 Cato it natus est, qui bello Pompeij & Cesaris Civili, ne salutem
 petere à Cesare cogeretur. Utica in Africa, filio etiam interveni-
 ente, sese interemit, anno aetatis quadragesimo nono, ut Gell. loco
 jam dicto indicat, & Corascus li. 4. miscel. c. 35. & Liv. in Epit. li. 17.

Qui

304 *De P. Mucio Scaev. Bruto, & M. Manilio,*
Qui itaq; ex prioris matrimonij liberis procreatierant, Licinia-
ni; qui vero ex posterioris descenderunt matrimonij liberis Sa-
loniani fuerant appellati; ut ex Gellij loco saepe nominato ex
Solino de mirabilibus mundi, & Plinio lib. 5. c. 4. & lib 7. c. 14.
& 30. videre licet. Illiq; caeteri sunt, qui ex filijs Catonis Cen-
sorij oriuntur.

DE P. MUCIO SCAEVOLA; BRUTO;
 & M. Manilio; atq; ijs qui illos secuti sunt,
 Caput XXXIX.

Post hos fuerunt &c.)

1. De P. Mucio autorum judicia quae? & Scaevolae cognomen Muciae familia unde habuerit? 2. P. Mucius scriptis quibus claruerit, quibusq; Magistratib.? 3. Exercitia illius quae? 4. De Bruto Scriptorum judicia quae? quaeq; illius scripta? 5. De M. Manilio Scriptores quid senserint? 6. Scripta illius quae? quaeq; Magistratus? 7. Scaevola Brutus & Manilius, Ius Civile utrum fundaverint? 8. Aelius Gallus qui fuerit? quaeq; illius scripta? 9. De P. Rutilio autorum sententiae quae? 10. Qui illius Magistratus? 11. De P. Virginio quid sentiendum? 12. Quid item de Fufidio? 13. Quinti Tiberonus quot? 14. Tubero qui Pauli AEmilij Nepos fuit, quomodo ab eo qui Offilio operam dedit discernatur? 15. Consul an fuerit? 16. Sextus Pompeius Cn. Pompeij patruus an fuerit? & Ciceronis de eo iudicium quod? 17. Caelus Antipater ab eodem quomodo laudetur? & scripta illius quae? 18. Scientianae juris an eloquentiae operam plus dederit? 19. L. Crassus qui fuerit? 20. Iurisconsultorum disertissimus utrum à Cicerone appellatus? 21. Frater P. Mucij an fuerit? 22. P. Crassus, Mucianus cur dictus? & autorum judicia de illo quae?

Subiungit *Iurisconsultus*; Post hos fuerunt Publius Mucius, & Brutus, & Manilius, qui fundaverunt Ius Civile. Publij Mucij Scaevolae *Javolenus meminit in l. 66. solut. mat. & Pomponius in l. ult. de legat. deq; eo sic Cicero in 1. de orat. pag. 73. Si, inquit, quareretur, quisnam Iurisconsultus verè nominaretur, P. Mucium nominarem. Et in Bruto pag. 354. Publum Scaevolam valde prudenter & acute loqui asserit,*

atq; ijs qui illos secuti sunt, Cap. xxxix. 305

& paulo etiam copiosius. Duxit cognomen Scavola, Mucia familia à C. Mucio patricij generis adolescente, cui Cordo ab initio cognomen fuit, qui primus Scavola est cognominatus. Cum .n. ille ad interficiendum Porfenam Clusij Regem, in castra sese contulisset, atq; errans pro Rege scribam illius, stipendium tunc militibus numerantem obtrancasset, à militibus cruento mucrone ad Regem ductus, foculo incenso, dextram, qua ictum fecerat, sponte iniecit, eamq; velut nihil ea ad se clades pertineret, immoto ore concremavit. Cumq; eum Porfena rei miraculo attonitus supplicio exemptum ad suos dimisisset, in honorem virtutis illi non solum ager trans Tiberim datus, qua Mucia sunt prata deinceps appellata: verum ob dextra quoq; cladem ipsi Scavola cognomen inditum est, quod scilicet cum sibi restitutum gladium lava accepisset. Scavum enim Graci sinistram appellant, auctore Livio lib. 2. post pr. Sext. Festa de verb. sig. pag. 398. in verb. Scavum: & Sabellico Ennead. 2. lib. 7. col. 360. & seq. Caeterum P. Mucium IC. hic decem libellos reliquisse scribit: quod Cic. in 1. de Oratore pag. 85. aliquantulum confirmat, dum P. Crassum ad auctores confugisse ait, & id, quod ipse diceret, & in P. Mucij fratris sui libris, & in Sexti Aelij commentarijs scriptum protulisse. Eum Consularem quoq; fuisse Iurisconsultus asserit. Cum tamen Consulatus huius mentio apud Livium non reperitur. Veram Consulem illum cum L. Calpurnio Pisone Frugi fuisse anno quo C. Gracchus occisus est, tradit Paserculus lib. 2. pag. 26. in fine & Asconius in 2. Verrin. fol. 23. evincitq; annus Capitolinus 620. qui nomina illorum complectitur. Eundem Pontificem quoque Maximum fuisse Iurisconsultus tradit. Quod idem Cicero comprobat in 2. de Orat. pag. 114. dum inquit: Ab initio rerum Romanarum, usq; ad P. Mucium Pontificem Maximum, res omnes singulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus. Et pro domo sua, pag. 660. P. Scavola,

Secunda manus
Intra curato

inquit, Pontifex Maximus pro collegio respondit, quod in loco publico Licinia C. F. iniussu populi dedicasset, sacrum non videri esse. Et in 2. de LL. pag. 422. in fi. In hoc, inquit, ipso genere, quam magnum illud Scævola faciunt, Pontifices ambo, & ydem Iurisperitissimi. & ibidem pag. 425. Quare, inquit, à vobis Scævola Pontifices Maximi, & homines meo quidem iudicio acutissimi, quid sit quod Ius Pontificium Civile appetatis? Et mox, Placuit, inquit, P. Scævola & Coruncanio, Pontificibus Maximis, deniq; cæteris, qui tantandem caperet, quantum omnes heredes, sacris alligari. Eandem Scævola, ad pilam etiam quandaq; animum suum forensibus ministris fatigatam transtulisse, aleaq; accalculis interdum vacasse, cum bene ac diu jura civium ac ceremonias Deorum ordinasset, tradit Valerius Maximus lib. 8. c. 8. Et Cicero in 1. de Oratore, pag. 76. dum inquit: Licet ista ratione dicamus, pila bene & duodecim scrupis ludere, propriam esse Iurisconsulti, ~~hanciam nostrumq;~~ eorum P. Mucius optime fecerit.

4
Brutus.

Porro M. Brutum illius Brutipatrem qui Casarem interfecit, Cicero de claris Oratoribus pag. 362. virum optimum nominat, & Iurisperitissimum; Meminitq; illius Vlpianus in l. si servus. 27. §. 14. ad l. Aquil. & l. 13. de in diem add. Paulus in l. 3. §. 2. de acq. poss. & Varro lib. 4 de ling. lat. pag. 6. Quare, inquit, illa quæ iam maiorib. ademit obliuio fugitiva, secuta sedulitas Mucij & Bruti retrahere nequit. Hunc Prætorium fuisse librosq; septem reliquisse, tradit Iurisconsultus hic. Verum Prætorium Brutum, hoc est, Prætura functum fuisse, alibi legere me non memini. Quod autem libros reliquerit, testatur Cicero in 2. de Oratore, pag. 146. in fine. licet in numero, cum Iurisconsulto ipsi non conveniat. Nam pag. 177. in fine & seq. tres solummodo veros Bruti libros fuisse, ex Scævola se auduisse asserit: tresq; solummodo libros eundem de Iure Civili scripsisse tradit idem Cic. in Cluent. pag. 124.

CASE-

Ceterum M. Manilius Paulus laudat in d. l. 3. §. 2. de acq. poss. Sextus Festus de verb. sig. pag. 416. in verb. Sexagenarios, & Varro lib. 4 de ling. lat. pag. 13. & lib. 6. pag. 68. & pag. 70. in fine. eumq; idem Cicero inter veros Iurisconsultos numerat, in 1. de Oratore pag. 74. in princ. Et in 3. de Oratore pag. 279. transverso illum foro ambulasse dicit, & civibus omnibus consilij sui copiam fecisse. Et in Bruto pag. 354. in fine, eum dixisse prudenter ait. Pater illius videtur P. Manilius fuisse, quem Q. Aelio & M. Iunio Cos. legatum ad bellum Illyricum missum esse Livius commemorat libro 45. pagina 380. in fine. Eius volumina extare, inscripta, Manilij monumenta; tradit Iurisconsultus hic. Sed hac qualia fuerint ignoro: nisi quod verisimile sit, quod ex ijs leges Manilianae vendendorum fuerint, quorum Cicero meminit in 1. de oratore pag. 88. dum inquit: Nec quisquam est eorum, qui, si jam sit ediscendum sibi aliquid, non Teucrum Pacurij malit, quam Manilianas Vanalsum vendendorum leges ediscere. Itemq; Manilij actiones, quorum Varro mentionem facit lib. 2. de re rustica c. 7. ubi, Emptio, inquit, equina similis ferè ac boum & asinorum, quod eisdem rebus in emtione dominum mutat, ut in Manilij actionibus sunt perscripta. Et alibi; Qui Manilij actiones sequuntur lanij. Et lib. 2 c. 3. De emtione, inquit, aliter dico atq; fit: quod capras sanas, sanus nemo promittit, nunquam enim sine febre sunt. Itaq; stipulantur paucis exceptis verbis: ac Manilius scriptum reliquit sic, (in actionibus scilicet) Illas capras rectè esse, & bibere posse, habereq; licere; hac spondes né? Eandem Consulatem quoq; fuisse affirmat idem hic Iurisconsultus. Et Consul quidem fuit cum L. Marcio Censorino; anno urbis 601. quo obsideri, oppugnariq; Carthago capta est, autore Livio in Epitomis libr. 49. quod Cicero in Bruto confirmat pag. 353. L. inquit, Piso Tribun. pl. legem primus de pecunijs

5
M. Mani-
lius.

6

308 De P. Mucio Scaev. Bruto, & M. Manilio,
 repetundis, Censorino & Manilio Cos. talis. Et Appianus in
 libro qui Lybicus inscribitur, circa medium, Imperatores, inquit,
 ad id Consules M. Manilium qui pedites duceret, Lucium ve-
 rò Marcium qui equitatus praesesset, elegerunt, quibus jam edi-
 ctum fuerat, non prius à Carthagine exercitum tollere, quam ur-
 bem evertissent &c. Atq; ita Manilius quindecim annis cisiui
 Consulatus praefuit, quam P. Mucius. Siquidem M. Catonem
 Plinius lib. 29. c. 1. anno ab urbe cond. 605. vita excessisse scri-
 bat, & eodem anno, quo Cato mortuus est, cū L. Marcio Censorino,
 Manilius Consul fuerit, quemadmodum Paterculus ostendit
 lib. 1. pag. 17. Ante triennium, inquit, quā Carthago deleteretur,
 M. Cato perpetuus diruenda eius auctor. L. Censorino M. Ma-
 nilio Cos. mortem obiit.

7 Hi ergo tres Iuriconsulti, de dubijs juris quaestionibus in-
 ter se conferentes, Ius, ut Iuriconsultus hic inquit, Civile fun-
 dârunt. Et sanè quaestionem illam, an partus ancilla in fructu ef-
 fet, quam veterem Ulpianus nominat in l. vetus fuit 68. infra
 de usufr. inter eos agitatam esse, & à Mucio Manilioq; in fructu
 partem esse statuentibus, Brutum dissensisse, auctor est Cicero in
 1. de finibus, pag. 132. in pr. dum inquit: An partus ancilla sit-
 né in fructu habendus, differetur inter Principes civitatis P.
 Scaevolam M. Manilium, ab hisq; M. Brutus dissentiet: quod
 & acutum genus est, & ad usus civium non inutile. Brutiq; sen-
 tentia subscripsere Ulpianus in l. ancillarum 27. inf. de hered. per.
 & d. l. vetus de usufr. Papinianus in l. equis 8. Paulus in l. par-
 tum 10. & l. respondit 14. & Caius in l. in pecudum 28. infra
 de usur. & fructibus. Similiter illam etiam quaestionem (qua
 affirmativè hodiè decisa à Paulo reperitur in l. dominium 47.
 inf. de furt.) ventilatam inter eosdem fuisse, potuerit né heres,
 quod furtum antea factum esset, rectè furti agere? idem Cicero
 rectè est ad Trebatium epistolaram familiarum lib. 7. exist-
 dum

dum inquit: Illa seras heri inter Scyphos, quod dixeram contro-
 versiam esse, posse né heres, quod furtum antea factum esset, re-
 tē furti agere? Itaq; etsi domum bene potius seroq; redieram, ta-
men id caput, ubi hac controversia est, notavi, & descriptum ti-
bi misi, ut scires quod tu neminem sensisse dices, Sextum AE-
lium M. Manilium M. Brutum sensisse. Ego tamen Scavola
& Testa assentior. Deinde per eos Q. Scavola consulente, & il-
lam questionem (an legis Atinia verba ista, Quod subre-
ptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto: de prate-
rito quoq; intelligenda essent?) determinatā esse, quod scilicet nō
minus de praterito furto, quā da futuro cavisse legem prae-
sumendam esset, tradit Gellius lib. 17. c. 7. Præterea inter Mani-
lium Muciumq; Scavolam & AElium Gallum illud quoq; con-
troversum fuisse, an illa verba nexum mancipiumq;, pro
coniunctis atq; una eademq; re, an verò pro disiectis, essent ac-
cipienda? apud Varronem lib. 6. de ling. latin. circa finem, &
Sextus Festus de verb. signifi. pag. 201. in fine videre licet. re-
iecta tandem Scavola opinione, reliquorum sententiam obtinuis-
se; videlicet, quod illud etiam, quod mancipio datur nexu tradi
diceretur, cum ex Cicerone constas in Topicis in definitione Ab-
alienationis, tum Iustiniāno in l. r. C. de usuc. transfor. & l. r.
C. de annal. except. ubi, quem nexum Italicum prius dixerat, po-
stea generaliter contractum Italicum appellat. Deniq; an hosti-
bus deditus in civitatem reversus, nec tamen receptus, civis Ro-
manus sit, inter Brutum & Scavolam variè tractatum fuit. Et
tandem obtinuisse, ut civitatem non adipisceretur, tradit Mode-
stinus in l. eos qui. 4. inf. de cap. & post. revers.

Scavola Maniliq; temporibus L. AElus Gallus quoq;
 floruit, Varronis præceptor; cuius sapē Varro auctoritate utitur, ut
 lib. 4. de ling. latin. pag. 35. & lib. 5. pag. 55. in fine, meminitq;

310 De P. Mucio Scaev. Bruto, & M. Manilio,
 illius Caius in l. 19. inf. de usur. & fruct. Scripsit de verborū
 quæ ad jus pertinent significatione libros aliquos. Verum sola
 l. paries 157. de verb. sig. ex his superest, quæ ex libro primo est
 descripta. Cuius inscriptio, cum in vulgatis antea editionibus
 cum textu ita coaluisset, Quantum ad juris pertinet largam
 significationem paries est, & c. legis principio, parva obscuritas
 conciliata non erat: verum librorum beneficio Florentinorum ab
 eo nunc separata, ingenuitati ac nitore suo tota lex restituta est.
 Citat. ex eodem libro primo quadam etiam Festus in verb. Post-
 liminiam, pag. 283. sicut & ex secundo illius libro quadam pro-
 ducit in verb. Reus, pag. 359. in verb. Saltum, pag. 388. & in ver-
 b. Torrens, pag. 487. ut & Gellius lib. 16. c. 5. ac Macrobius lib. 6.
 Saturnal. c. 8. Eius definitio quoque, possessionis est apud Festum
 in verb. Possessio, pag. 282. ubi. Possessio usus quidam agri aut æ-
 dificij dicitur, non ipse fundus aut ager; de qua possessionis specie
 tot. tit. ff. tractatur de acq. vel amittend. poss. dummodo usus pro
 detentione accipiat, quam uo. xxi. Greci nominant, & non pro
 so. quod genav. ydem appellant: à quo usu, possessio alias, de qua in
 d. tit. de acq. vel amittend. possess. tractatur, alienissima est.

9
 P. Rutilius
 Rufus.

Sabjicit Pomponius, Ab his profecti sunt, Publius Ruti-
 lius Rufus, Paulus Verginius, & Q. Tubero &c. Publium
 Rutilium Marci filium fuisse, tradit Cicero in 1. de Oratore, pag.
 62. eundemq; hominem doctum nominat, & Philosophia dedi-
 tam, innocentiaq; exemplam; quo neq; integrior in civitate fu-
 erit, neq; sanctior; d. lib. 1. de Oratore, pag. 79. in fine & seq.
 virtutiq; atq; antiquitatis & prudentiæ documentum, pro C.
 Rabirio pag. 348. Et in Bruto, pag. 356, Rutilium, inquit, in quo-
 dam tristi & severo genere dicendi versatus est, multa opera
 multaq; industria, quæ erat propterea gratior, quod idem magnam
 munus de jure respondendi sustinebat: Sunt eius orationes je-
 juna, multa præclara de jure, doctus vir, & Græcæ literæ erudi-

atq; ijs qui illos secuti sunt, Cap. xxxix. 311
 tus, Panatij auditor, & prope perfectus in Stoicis, quorum perac-
 cutum & artis plenum orationis genus, sed tamen & exale nec
 satis populari assensu accommodatum &c. Eum Paterculus lib.
 2. pag. 37. viram non seculi sui, sed omnis aevi optimum nominat:
 Ammianusq; Marcellinus lib. 30. pag. 659. vita, moribus, fruga-
 litateq; spectatum. Stoicus igitur Rutilius fuit, Panatijq; di-
 scipulus. cui dura nimis atq; severa Stoicorum rationi adeo dedi-
 tus fuit, ut discedere ab ea cum magno suo malo noluerit, defen-
 sionemq; suam sine ullis artis praeidijs egerit; quemadmodum ex
 Ciceronis Bruto pag. 316. & 1. de Orat. pag. 81. in pr. Petrus Victa-
 rius tradit libr. 9. lectionum Var. c. 21. in fine. Praeceptorem suum
 Panatium discipulus apud Ciceronem in 3. offic. pag. 134. laudat,
 commendatq; officiose. Ita enim ibi Cicero: Possidonius scribit in
 quadam epistola, Publium Rutilium Rufum dicere solere, qui
 Panatium audiverat, ut nemo pictore esset inventus qui Veneris
 eam partem quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret, (oris
 enim pulchritudo, reliqui corporis imitandi spem auferebat) sic
 ea qua Panatius praetermississet, & non perfecisset, propter do-
 rum qua fecisset praestantiam, neminem esse perfecitum. Eum
 Iurisconsultus hic Romae Consullem fuisse dicit. Hoc Cicero
 in Orat. pro Rabirio pag. 348. & in 1. de Oratore pag. 81. con-
 firmat, dum Rutilium hominem Romanum & consularem appel-
 lat. Et in 2. de Oratore pag. 199. Scavorum Rutilij accusatorem
 repulsam tulisse, Rutilium vero Consullem factum esse asserit, Es
 in Bruto pag. 356. eum cum Scavo Consulatum petivisse, &
 designatum ambitus accusatum dicit. Fuit vero Consul cum Cn.
 Mallio anno urbis 648. teste Valerio lib. 5. c. 1. Annorum, in-
 quit, tractandorum meditatio a P. Rutilio Consule, Cn. Mallij
 collega, militibus est tradita &c. Deq; Cn. Mallio Cicero
 etiam intelligendus est in Oratione pro Cn. Plancio, pag.
 668. ubi eum non solum ignobilem, verum sine virtute
 vita

10

312 *De P. Mucio Scæv. Bruto, & M. Manilio,*
vita etiam contempta ac fordida fuisse dicit: & non de Cn. Man-
lio, quem patricium atq; ita non ignobilem sed nobilissimum fu-
isse constat. Caterum Rutilius ille qui leges Siculis scripsit, &
bellum cum fugitivis in Sicilia gessit, eosq; superavit, cum P.
Popilio Lanate Consul fuit; teste Cicerone in Latio pag. 207. in
pr. anno urbis 622. Eo enim anno fugitivorum bellum oppressum
esse, tradit Livius in Epitom. lib. 59. Licet eum qui leges Siculis
scripsit, Ascon. in 4. Verr. in fine, non Rutilium sed Rupilium no-
minet, Rupilyq; mentionem An. Conf. nominatum contineant.
Ad tertium Rutilium quod attinet qui cum L. Julio Cesare Con-
sul fuit anno urbis 664. Plinio teste libr. 2. c. 30. & Livio in
Epitom. lib. 73. is non Rufus cognominatus est, sed Lupus, ex
ijsdem Consulibus Annalibus perspicue videre licet. Deinde
Asiæ quoque illum Proconsulem fuisse, Pomponius tradit ille
quidem; verum non Proconsulem, sed Proconsulis legatum
fuisse, ex Livio in Epitoma constat, lib. 70. ubi inquit: P. Ruti-
lius vir summa innocentia, qui legatus Q. Mucij Proconsulis à
publicanorum iniurijs Asiã defenderat, invisus equestri ordi-
ni, penes quem judicia erant, repetandarum damnatus in exili-
um missus est. De exilio autem eius ita Ovid. lib. 1. de Ponto,
Eleg. 4.

Et grave magnanimi robur mirare Rutili,

Non usi reditus conditione dati:

Smyrna virum tenuit &c.

Est longe plura de eodem habentur apud Ciceronem in 1. de Oras.
pag. 80. & seq. Vell. Patere. lib. 2. pag. 73. in pr. Valer. Max.
lib. 2. c. ult. & lib. 6. c. 4. & Ascon. Pad. in divinationem Ci-
ceronis fol. 12. & orationem pro M. Scævro, fol. 70. meministq; illi-
us Vlpianus in l. si habitatio. 10. §. utrum. de usu & habit. l. 3.
§. 5. de pen. legat. & l. 1. de arbor. cadend. Scripsit orationes cõ-
plures; & de vita sua libros aliquos, quorum sæpè autoritate Cha-
rsius

visus utitur. & rerum deniq; Romanarum historiam, ut Athenaeus testatur deinceps Φισών lib. 6. c. ult. & Velleius Paterculæ hist. Rom. lib. 2. post pr. ubi eum inter historicos numerat, Sisen-
 naq; historiaram scriptori facit aequalem. Alius fuit Rutilius
 Maximus ex novis Iurisconsultis, qui librum singularem ad le-
 gem Falcidiam scripsit, de quo infra, & apud Cuiacium lib. 2. obs.
 c. 27. Paulus Verginius quis fuerit ignoro. Verisimile tamen
 est cum Rutilius & Scaurus eodem tempore vixerint, ita ut &
 competitores Consulatus fuerint, & Rutiliam Scaurus accusave-
 rit, ut ex ijs, quæ de Rutilio modo dicta sunt, videre licet,
 quod textus scriptura, id quod Hottomannus opinatur, fuerit de-
 pravata, ac pro Scaurus Vigellius, Paulus Verginius fuerit
 repositum. Et sanè Scarum Vigellium unà cum alijs & Stoica
 secta additum fuisse, & una cum Panatio vixisse, tradit Cicero
 in 3. de Orat. pag. 259. in fine. Ideoq; cum auditorum Panatij
 Pomponius hic Catalogum instituat, dubium nō est, quin P. Ru-
 tilio, M. Scaurum Vigellum, adiunxerit. Eum Cicero in Bruto
 pag. 355. hominem sapientem vocat & rectum, inq; orationibus
 illius, quas suo tempore extitisse dicit, summam fuisse gravita-
 tem, & naturalem quandam auctoritatem, non ut causam sed te-
 stimonium dicere putares, cum pro reo diceret. Eodem tempore
 Lucium quoq; Fufidium floruisse, ostendit Cicero loco citato, ubi
 Scauri etiam librorum mentionem facit ad L. Fufidium de vita
 ipsius acta scriptorum; eundemq; in aliquo patronorum numero
 fuisse significat. Scripsit Quæstionum libros aliquos, ex quorum
 secundo Africanus quadam citat in l. 5. inf. de aur. & argen.
 leg. Meminitq; illius Caius in l. ult. inf. de man. vind. & Pau-
 lus in l. 29. inf. de reb. aut. jud. poss. & cuiusdam etiam Salu-
 stius historiaram lib. 1. Mox, inquit, Fufidius adveniens cum
 legionibus, postquam tantas asperitates hand facilem pugnantibus
 vadum, cuncta hosti quam suis oportuniora videt. Ad Quin-

II
 Paulus
 Verginius.

12
 L. Fufidius.

Rr

tum

13
 Q. Tubero
 Panætij au-
 ditor

tum Tuberonem quod attinet, tres potissimum celebres in hi-
 storys Q. Tubrones reperiuntur; Vnus qui Pauli AEmilij
 gener fuit Catilius cognominatus, cum de AElia gente esset Ca-
 tus, cuius meminit Plinius lib. 33. c. 11. & Valerius lib. 4. c. 3. &
 c. 4. sub rubric. de AElia familia: alter Pauli AEmilij nepos,
 de quo hic, & apud Ciceronem in Laelio pag. 206. & 237. & in 3.
 offic. pag. 158. & tertius qui Offilio operam dedit, & Servij Sul-
 pitij gener fuit; de quo in §. Post hos quoq; inf. hac lege nostra.
 Ut itaq; hic noster Tubero ab eo cuius infra mentio fit discernatur,
 ideo κτ̄ τὴν παρομοιωσολὴν Iurisconsultus addit, ille Stoicus Pan-
 14 læ auditor; ubi tamen non Panlæ, sed Panætij, quem gravem
 & doctum virum Gellius nominat, lib. 2. c. 2. legendum esse, iam
 ab alijs annotatum est: eaq; lectio verior est. Et sanè Stoica do-
 gmata Tuberonem hunc nostrum amplexum esse, non modò A-
 thenæus restatur lib. 6. δεῖπνοσοφιστῶν c. ult. & Gellius lib. 1. c.
 22. ubi eam scientia juris maioribus suis non defuisse, sed doctri-
 nam etiam superfuisse, disciplinasq; Stoicas & Dialecticas per-
 calluisse, scribit; verùm Cicero etiam pro Murana, pag. 362. ubi
 Fuit, inquit, eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros,
 & honestus homo & nobilis Q. Tubero: is cum epulum Q. Ma-
 ximus, Africani patris sui nomine, populo Rom. daret, rogatus
 est à Maximo, ut triclinium sterneret, cum esset Tubero eius-
 dem Africani sororis filius. atq; ille homo eruditissimus ac Stoi-
 cus stravis pelliculis hordinis lectulos panicanos, & exposuit va-
 sa Samia. Itaq; homo integerrimus, civis optimus, cum esset L.
 Pauli nepos, P. Africani, ut dixi, sororis filius, his hordinis pellicu-
 lis Præura deiectus est &c. Cuius rei Valerius quoq; meminit
 lib. 7. c. 5. in pr. Et in Bruto pag. 357. idem Cicer. Quoniam, in-
 quit, Stoicorum est facta mentio, Q. AElus Tubero fuit illo
 tempore L. Pauli nepos, nullo in oratorum numero, sed vita seve-
 rus, & congruens cum ea disciplina quam colebat, paulò etiam
 durior

durior, qui quidem in Triumviratu iudicaverit contra P. Africanum avunculi sui testimonium, vacationem augures, quo minus iudicis operam darent, non habere: sed ut vita sic oratione durus, incultus, horridus. Itaq; honoribus maiorum respondere non potuit. Fuit autem constans civis & fortis. mediocris in dicendo, doctissimus in disputando. Et Crassus in 3. de Orat. pag. 263. Dies, inquit, & noctes virum summa virtute & prudentia videbamus Philosopho cum operam daret, Q. Tuberonem. Et ipsum quoq; Consulem fuisse subdit quidem hic Iurisconsultus, sed male. Errat enim in persona: quodq; Tuberoni qui Offitio operam dedit tribuere debebat, tribuit Tuberoni huic Stoico. Cum tamen Cicero loco proxime dicto, hunc Tuberonem honoribus maiorum respondere non potuisse, aperte asseveret. Σφάλμα ἰgitάρ μνημονικῶ Pomponij, illud ipsum est ascribendum. Commutavit eum eo literas praeceptor Panatius, ut ex Cicerone videre est Tuscul. quaest. 4. pag. 518. scripsitq; praeter orationes in Gracchum, quarum idem in Bruto meminit, pag. 357. etiam librum ad C. Oppium, cuius Gellius mentionem facit lib. 7. c. 9. itemq; de officio iudicis, qua de re idem Gellius lib. 14. c. 2. & denique libros historiarum complures, ex quibus cum Livius quaedam producit lib. 4. ante medium, & lib. 10. post pr. tum Gellius lib. 6. c. 3. & 4. & lib. 10. c. pen. ubi liber primus historiarum ab eo allegatur, sicut quartus à Charisio lib. 2. & decimusquartus à Nonio.

At Iurisconsultus; etiam Sextus Pompeius Cnei Pompeij patruus fuit eodem tempore: Cicero in Bruto pag. 278. Sextum Pompeium non patruum Cnei Pompeii, sed fratrem fuisse scribit, illumq; praestantissimum ingenium contulisse ad summam Iuris Civilis, & ad perfectam Geometria & rerum Stoicorum scientiam. Et in 1. de Oratore, pag. 25. eum eruditum hominem in Philosophia nominat, & in 3. de Orat. pag. 259. Stoicum qui de vit. use hominum nihil possit dicere.

Rt a

Addit

15

16
Sextus
Pompeius.

*Addit Pomponius ; & Coelius Antipater. Hanc Ci-
 ter in 3. offic. pag. 153. hominem acutissimum appellat ; & in
 Bruto pag. 252. scriptorem luculentum ; juris valde peritum ; &
 maltorum etiam ut L. Crassi, Magistrum. Meminitq̃ illius
 Varro lib. 5. de ling. lat. in pr. & Nonius Marcell. in lib. de prop-
 ser. in verb. Digladiari, col. 1107. Eum historias quoque con-
 scripsisse tradit idem Iurisconsultus hic. Cuius rei Antonium
 apud Ciceronem in 2. de Orat. pag. 114. in fine, & seq. in hac
 verba meminit : Paululum, inquit, se erexit, & addidit histo-
 ria maiorem sonum vocis optimus Crassi familiaris Antipater:
 ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fue-
 runt. Et Catulus ibidem : Calius, inquit, neq̃ distinxit histori-
 am varietate locorum, neq̃ verborum collocatione, & tractu ora-
 tionis levis & aequalis perpolvit illud opus, sed, ut homo neque
 doctus, neq̃ maximè aptus ad dicendum, sicut potius dolavit :
 vicit tamen superiores &c. Et in 1. de LL. pag. 367. in fine in-
 quit Cicero ; Fannij aetate coniunctus Antipater paulo infla-
 vit vehementius, habuitq̃ vires agrestes ille quidem, sine nitore
 ac palastra, sed tamen admonere reliquos potuit, ut accuratius
 scriberent, &c. Et sanè quod eà historiam, qua sua tractare Orato-
 res consueverunt Antipater facundiã non conscripserit, mirum
 usq̃ adeò videri non debet : siquidem constat, quod post Pontifi-
 cem Maximum P. Mucium, historia aliud nihil, quàm annali-
 um quadam fuerit confectio ; annaliumq̃ confectioe sola. Q.
 Claudius Quadrigarius, Fabius Pictor, L. Calpurnius Piso, L.
 Crassus Hemina, Cn. Gellius, C. Fannius, Valerius Antias &
 C. Licinius Macer historicorum nomen sibi conciliaverint, ut
 apud Priscianum, Charisium, Livium, Plinium, Nonium, Arno-
 bium, Macrobius, Gellium & alios videre licet. Scripsitq̃ libros
 annalium, ut fragmenta indicant, Antipater hic noster septem:
 Ex quorum Primo Charisius quadam citat lib. 2. & Priscianus
 lib.*

lib. 10 & 13. Ex Secundo Nonius in verb. *Franisci* col. 1121. in fi. & Gellius lib. 10. c. 23. Ex Tertio Nonius in verb. *Metare*, col. 1129. Ex Quinto idem Nonius in verb. *Finem*, col. 1150. Ex Sexto idem in verb. *Pancies*, col. 1135. Ex septimo Festus in ver. *Topper*, pag. 486. & Nonius in verb. *Exfundare*, col. 1120. Subjicit Iurisconsultus: Sed plus eloquentiæ quam scientiæ Iuris operam dedit. propterea fortasse, quod præstantius tum Eloquentiæ studium quam Jurisprudentiæ videretur; si modò verum est, quod pro *Murana* Cicero pag. 333. *Servium Salpiti- am* allocutus, Quapropter, inquit, non solam illa gloria militaris vestris formulis atq; actionibus anteponenda est: verum etiam dicendi consuetudo longè & multum isti vestra exercitationi ad honorem antecelles. Itaq; mihi videntur pleriq; initio multo hoc maluisse. post, cum id assequi non potuissent, istuc potissimum sunt delapsi, ut aiunt in *Græcis* artificibus eos aulodos esse, qui *Citharæ* di fieri non potuerint: sic nonnullos videmus qui Oratores evadere non potuerunt, eos ad Iuris studium devenire. Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa etiam gratia. Etenim à vobis salubritas quadam, ab ijs qui dicunt, salus ipsa petitur. Dua sunt artes qua possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis: una Imperatoris: altera oratoris boni. Ab hoc enim pacis ornamenta retinentur: ab illo belli pericula repelluntur. Hac ille.

18

Subnectit Iurisconsultus: Etiam *L. Crassus*, scilicet eodem tempore fuit. Hic ille *Crassus* est, quem tribus illis libris de Oratore colloquentem cum alijs Cicero introducit; Qui non solum Censuram gessit *Tribunatumq;* plebis, eundemq; adeò tacitum, ut nisi in eo Magistratu cœnavisset apud *Praconem Granium*, *Tribunatum* eam gessisse fuisset ignoratum, teste *Cicerone* in *Bruto* pag. 372. verum etiam cum *Q. Mucio Scaevola* Consul, anno urbis 659. *Asconio* autore in *Cornel.* fol. 55. In quo Consulatu,

19

318 De P. Mucio Scæv. Bruto, & M. Manilio,
 non Crassus solum ipse pro Q. Scipione dixit, ut Cicero in Bruto
 restatur pag. 373. sed dixit etiam tum primo omnium in foro Q.
 Hortensius annos natus undeviginti, ut Cicero in eodem Bruto
 auctor est pag. 398. in fin. & seq. Eum Velleius Paterculus inser
 Oratores numerat lib. 2. pag. 33. ubi inter alios omnes enituisse
 eum dicit: nominatq; illum Cicero in Cluentiana pag. 123. ho-
 minem eloquentissimum & sapientissimum. Et in Bruto pag. 371
 ita de eo idem, Paratus, inquit, veniebat Crassus, expectaba-
 tur, audiebatur, à principio statim (quod erat apud eum semper
 accuratum) expectatione dignus videbatur, non multa jactatio
 corporis, non inclinatio vocis, nulla in ambulatio, non crebra sup-
 plicatio pedis, vehemens, & interdum irata, & plena justis doloris
 oratio, multa & cum gravitate faceria, quodq; difficile est, idem
 & perornatus & perbrevis. Hunc Iurisconsultus hic Iurecon-
 sultorum disertissimum Ciceronem appellare dicit: quod ex
 eiusdem Bruto est, pag. 366. & seqq. Ibi enim cum hoc L. Crasso
 nihil perfectius fieri potuisse statuisset, propterea, quod summa in
 eo gravitas esset, & cum gravitate junctus facietiam & urba-
 nitatis Oratorius non scurrilis lepos: Latine loquendi accurata &
 sine molestia diligens elegantia: in differendo mira explicatio:
 cum de Iure Civili, cum de aquo & bono disputaretur, argumen-
 torum & similitudinum copia: postea addit: in interpretando,
 in definiendo, in explicanda aequitate, nihil erat Crasso copi-
 osius: idq; cum sæpe alias, tum apud Centumviros in M. Cu-
 rii causa cognitum est: ita enim multa tum contra scriptam,
 pro aquo & bono dixit, ut hominem acutissimum Q. Scævo-
 lam & in iure, in quo illa causa vergebatur, paratissimum ob-
 rueret argumentorum exemplorumq; copia: atque ita tum
 ab his patronis aequalibus, etiam consularibus, causa illa dicta
 est, cum uterq; ex contraria parte Ius Civile defenderet, ut
 eloquentiam Iurisperitissimus Crassus: Iurisperitorum eloquen-
 tissimus

20

diffimulus Scavola putaretur &c. Vbi tamen ratione inversa, quod Crasso tributum Iurisconsultus asserit, Scavola adscriptum reperitur. Paulò post autem subiungit Cicero: Noli Brute existimare, his duobus quicquam fuisse in nostra civitate præstantissimus: nam ut paulò antè dixi consulsorum alterum disertissimum, disertorum alterum consultissimum fuisse: sic in reliquis rebus, ita dissimiles erant inter sese, statuere ut tamen non posses, utrum se melles similiorum &c.

Cæterum quod L. Crassum fratrem P. Mucij, fuisse Iurisconsultum dicit, parùm cautè loquitur. Licet enim utrumq; hoc est, L. & P. Crassum, Iurisconsultum fuisse negari non possit; ut ex ijs qua dicta sunt, videre licet, & constat ex Cicero in 1. de Orat. pag. 75. & in Bruto pag. 360. ubi P. Crassum eloquensè & Iurisperitum vocat. & in eodem Bruto pag. 350. eundem cum esset P. Mucij filius, fratremq; haberet P. Scavolam, domi Iure Civile cognovisse scribit, summamq; in eo industriam fuisse, & gratiã maximã, cum & consuleretur plurimum & diceret, &c. alteri tamen quod alterius sis tribui minimè potest. Et fratrem P. Mucij non L. Crassum, sed P. Crassum illum divitem fuisse, testimonio Ciceronis liquet, cum in Bruto d. pag. 350. in 1. libr. 1. de Oratore pag. 58. ubi inquit: P. Crassum illum divitem, & multis alijs in rebus elegantem hominem & ornatum, præcipuè in hoc ferendum & laudandum puto, quod cum P. Scavola frater esset, solitus est ei persapè dicere, neq; illam in Iure Civili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam assumisisset, neq; se ante causas amicorum tractare atque agere cœpisse quam Ius Civile didicisset. Et pag. 85. dicit P. Crassum, cum differendo par esse non posset, ad autores confugisse, & id quod ipse diceret in Publij Mucij fratris suis libris scriptum protulisse, &c. A calumnia igitur ut Iurisconsultus, vindicetur
vel

320 *De Q. Mucio Sca. S. Sulp. illorumq; audito.*
vel verba illa; Frater P. Mucij qui Mucianus dictus est, ex-
pungenda sunt; vel retentis illis, quod tutius est, pro Lucio,
Publius Crassus, reponendum, verbaq; sequentia, Hunc Cice-
ro ait &c. quia P. Crasso accommodari non possunt, removenda.
Cum enim ea ipsa Ciceronis verba, in ipsius Bruto, Q. Scavo-
la affcripta nominatim reperiantur, fieri potest, id quod Cuiacius
opinatur, ut à sequentis versiculi verbo, redigendo avulsa, in
hunc locum fuerint traiecta.

22
 P. Crassus.

Publius itaq; Crassus Mucianus dictus est, ob id nimi-
 rum, quod cum P. Mucij filius esset, fratremq; haberet P. Scavo-
 lam, per adoptionem Crassorum familia fuerit insertus; quem ad-
 modum ex Ciceronis Bruto d. pag. 350. manifestè colligitur. Et
 illum Crassum Mucianum, Paterculus Iuris scientissimam nomi-
 nat lib. 2. pag. 28. Qui in Asiam ad Aristonicum Regem debel-
 landum profectus, tanta cura Gracæ lingua notitiam animo com-
 prehendis, ut qua quis sociorum lingua apud tribunal eius postu-
 lasset, eadem decreta illi redderet, autore Valerio Maximo lib. 8.
 c. 7. Fuit non solum AEdilis Cic. attestante in 1. de Orat. pag. 85. &
 in 2. off. pa. 113. verum etiã cum L. Valerio Consul anno urbis 623. cū
 idem quod nunquam antea factum erat, Pontifex esset Maxi-
 mus, Livio in Epitomis referente lib. 59. quo tempore Flacco colle-
 ga Flamini Martiali multam dixit, si à sacris discessisset. quam
 multam populus Rom. remisit; ita tamen ut Pontifici Flami-
 nem iuberet parere, Cicerone teste in 11. Philip. pag. 613. Interijt
 in Africa tempore belli, gesti cum Aristonico. Cum enim à Thra-
 cibus, quos in praesidio Aristonicus habuerat exceptus esset, vir-
 gam qua ad regendum equum usus fuerat, in unius barbari ocu-
 lum direxit, qui vi doloris accensus, fida latus eius confodit, Vale-
 rio testante lib. 3. c. 2. Licet Cicero in 3. de Orat. pag. 234. eum
 suapte manu interfectam, Paterculus verò loco citato, ex Asia
 discedentem interemtum dicat. Eum Gellius lib. 1. c. 13. ex Sem-
 pronio

C. Trebatio & A. Cascelio, Cap. XL. 321

promio Afellione, alijsq; Romanæ historiæ scriptoribus, quinque cum habuisse tradit rerum bonarum maxima & præcipua: quod esset dirisissimus; quod nobilissimus; quod eloquentissimus; quod Iurisconsultissimus; quod Pontifex Maximus. Quæ ipsa ferè in L. Metello quoq; fuerunt, qui decem illa quæ voluit consecutus est; primarius scilicet bellator esse; optimus orator; fortissimus Imperator; auspicio suo maximas res geri; maximo honore uti; summa sapientia esse; summus Senator haberi; pecuniam magnam bono modo invenire; multos liberos relinquere; & clarissimus in civitate esse; ut ex Plinio Crinitus tradit libr. 13. de honest. discipl. c. 5.

DE Q. MUCIO SCAEVOLA, SERVIO Sulpitio; illorumq; auditoribus; C. Trebatio & A. Cascelio, Caput XL.

Post hos Q. Mucius &c.)

1. Q. Mucij mentio in jure ubi? & autorum de eo judicla quæ? 2. Magistratibus quibus fuerit functus? & mortis genere quo perierit? 3. Ab eo an Mucius Augur sit diversus? 4. Filius cuius, & Pon. Max. an fuerit? 5. In artem Ius Civile an redegerit? 6. Mucij auditores qui? & de C. Aquilio Gallo autorum quæ sententiæ? 7. Dicta illius & facta quæ? 8. Pomponij de eo iudicium quod? 9. Balbus Lucilius qui fuerit? 10. De Sex. Papirio & Gaio Iuventio quid sentiendum? 11. Servius Sulpitius operam quibus dederit, & autorum de eo elogia quæ? 12. Ad juris studium qua occasione pervenerit? quibusq; Magistratibus in Republica Romana fuerit decoratus? 13. Gallo Aquilio operam ubi dederit? & Cercinæ apud Pomponium an Cecinæ sit legendum? 14. Vbi perierit? & statua qua occasione illi erecta? 15. In re literaria quid præstiterit? quibusq; in locis & à quibus in jure nostro nominetur? 16. Alfenus Varum & Melam auditores suos utrum notaverit? 17. Auditores illius præter hos qui fuerint? 18. Alfenus Varus à quibus in jure & aliàs cite- tur? unde fuerit? & quam artem initio exercuerit? 19. Scriptis insignis quibus fuerit? & quibus Magistratibus? 20. A. Offilius quibus in locis in jure nostro nominetur? 21. Scriptis quibus celebris fuerit? & vice- simæ nomine Pomponius quid intelligat? 22. Antistius Labeo pater, Cinna utrum coguominatus? & Appianus de eo quid retulerit? 23. De Publio

Publio Gellio quid statuendum? 24. C. Trebatius quis fuerit? Scriptis quibus claruerit? quibusq; locis in iure nominetur? 25. A Cascelius ubi & à quibus lauderetur? 26. Autoritas illius quae? quaeq; cum libertate tubanitas? 27. Scripta illius quae fuerint?

Post hos, addit *Iurisconsultus*, Quintus Mucius fuit. Huius frequens in iure mentio est, ut l. 4. de usu. & hab. l. 1. §. 5. si quad. paup. fec. dicat. l. 7. de ser. prad. urb. l. 15. de ser. prad. rust. l. 31. ad l. Aquil. l. 5. §. 3. commod. l. 48. mand. l. 17. pro socio. l. 59. & 66. cont. emt. l. 13. de in diem add. l. penult. de exict. l. 3. de tuel. l. 35. §. 3. de hered. inst. l. 29. §. 1. de leg. 3. l. 3. §. 3. & 5. de pen. leg. l. 19. §. 3. & l. 33. & 34. de auro legat. l. 1. §. 4. & 5. de aqua plu. l. 29. & 39. in pr. de statu liber. l. 23. de lib. caus. l. 3. §. fin. de acq. poss. l. 1. & 5. quod vi aut clam. l. 115. de verb. oblig. l. 76. de furt. l. 17. de legat. l. 25. & 98. de verb. sig. Novell. 22. c. 43. & apud Varronem lib. 5. de lin. lat. pag. 50. Nominatq; illum Paternus divini humaniq; iuris autorem celeberrimum, libr. 2. pag. 50. Est illius apud Ciceronem non rarior atq; in iure nostro mentio. In Lalij enim principio, ubi praeceptore se usum eodem dicit, eum unum civitatis Romanae, & ingenio & industria praestantissimum nominat. In Orat. pro Cicerone pag. 773. hominem prudentissimum. Pro Sexto Roscio Amer. pag. 4. virum sanctissimum atq; ornatisissimum. In 1 de Orat. pag. 61. hominem omnium & disciplinae iuris Civilis eruditissimum, ac ingenio prudentiaq; acutissimum & oratione maxime limatum atq; subtilem, Iurisperitorum eloquentissimum, & eloquentiam Iurisperitissimam. Et pag. 87. patris iuris defensorem & patrimonij sui propugnatorem. Et in Bruto pag. 367. & seq. hominem acutissimum, & in iure peritissimum, Iurisperitorum eloquentissimum, & ad excogitandum, quid in iure aut in aequo verum aut esse aut non esse, perac-

tum, verbiqꝫ ad rem cum summa brevitate mirabiliter aptum, parcorum elegantissimum, cui in multa severitate comitas tamen non desit. Et pro Cn. Plancio pag. 680. virum omnibus ingenio justitia & integritate præstantem. Cuius justitiæ quidem & integritatis exemplum vel illud esse potest, quod cum postulasset, ut fundus cuius emtor erat, sibi semel indicaretur, idqꝫ venditor fecisset, se plus æstimare dixerit, & precio centum milia adsecerit, teste Cicerone in 3. Offic. pag. 158. quem refert Nonius Marcellus de prop. ser. in verb. Indicare col. 1126. & Erafmus lib. 6. Apoph. pag. 530. Magistratus cum L. Crasso gessit omnes, sola Censura excepta; quem Magistratum nemo Scævolarum unquam petivit: Fuitqꝫ Tribunus plebis anno post quo L. Crassus sanctus eo Magistratus fuerat, eoque in Rostris sedente suasis Serviliam legem Crassus, teste Cicerone in Bruto pag. 372. Eundem deinde & Aedilem Curulem fuisse, tradit idem Cicero in 2. Offic. pag. 113. sicut & Prætorem, eodem Cicerone autore in 1. de Orator. pag. 27. & cum L. Crasso Consullem, anno 659. eodem Cicerone referente in Bruto pag. 440. in fine. Tandem Asia quoqꝫ Proconsul constitutus tam sanctè eam, tamqꝫ fortiter obstinuit, ut Senatus deinceps in eam Provinciam iturus Magistratibus, exemplum atqꝫ formam officij, Scævolam decreta sua proponeret, Valerio teste libr. 8. c. 16. & Asiani in honorem eius diem festum Mutia nominaverint, Ascon. Pad. in divin. Cic. fol. 12. Fuit in eo animi moderatio summa: Testis enim in rem productus, cum id respondisset, quod salutem periculis magno perè lasurum videbatur; discedens adiecit; ita sibi credi oportere, si & alij idem afferuissent; quoniam unius testimonio aliquem credere pessimi esset exempli. Valerius li. 4. c. 1. Occisus est bello civili à Damasio Prat. fugies, in vestibulo adu Vastæ; autore Liv. in Epit. lib. 86. Cic. in 3. de Orat. pag. 234. & in Bruto pag. 432. in fi. & Flavius Blondus lib. 1. Roma triumph. pag. 24. Licet n.

Valerius lib. 9. c. 11. Scavolam hunc nostrum non occisum, sed vulneratum solummodo velle videatur, siquidem ex vulnere eum recreatum, C. Fimbria accusare apud populum instituerit, Interrogatusq; quid de eo dicturus esses, cui pro sanctitate morū satis digna laudatio reddi non posset; responderit: obiecturum se illi, quod parcius corpore telum recepisset: Eum tamen Cicero pro Sexto Roscio pag. 84. ubi hanc ipsam historiam refert, occisum esse, affirmat aperte; siquidem populum Romanum nihil indignius vidisse asseveret quam eiusdem Viri mortem; qua tantum potuerit, ut omnes cives suos perdidit & afflixerit.

2
Q. Mucius
Augur.

Addit I. C. de Q. Mucio, quod fuerit Publij filius, pontifex Maximus & τὴν πρεσβυσιαν illius Q. Mucij, qui Augur appellatus est, quiq; & ipse Iureconsultus fuit, ac Ciceronis ante hunc nostrum etiam praeceptor; non tamen in oratorum numero; quemadmodū ex Ciceronis Bruto videre licet. pag. 352. & pag. 392. & Latio in pr. Eius domū idem Cicero in 1. de Orat pag. 69. Oraculum civitatis nominat: Sine dubio, inquit, domus Iurisconsulti totius oraculum civitatis est. Testis est huiusce Q. Mucij janua & vestibulum, quod in eius infirmissima valetudine, affectaq; iam aetate, maxima quotidie frequentia civium ac summorum hominum splendore celebratur. Consultus hic de Iure praedatorio, semper ad Furium & Casellium, qui huius scientia dedisserant, Consultores rejiciebat, apertius ab his negotium explicari posse, confitendo, qui quotidiano eius usu callebant, teste Valerio lib. 8. c. 13. Hinc Cicero pro Cornelio Balbo pag. 188. Si, inquit, Q. Scavola ille Augur, cum de Iure praedatorio consulere-retur, homo Iurisperitissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium & Casellium praedatores rejiciebat: si nos de aqua nostra Tusculana M. Tugionem potius quam C. Aquilium consulebamus, quod assiduus usus unī rei deditus, & ingenium & artem sapē vincit: quis dubitet de fœderibus, & de sorte Iure pacē &

& belli omnibus Iuris peritissimis Imperatores nostros anteferre? Scavola igitur Augur, Iurisconsultus quidem fuit, verum Orator non fuit: cum hic noster & Orator & Iurisconsultus fuerit celeberrimus. Estq; Scavola nostri dicendi elegantia satis ex ijs orationibus cognita quas reliquit: ex quibus inter alias illa est, quam pro P. Rutilio repetundarum reo dixit, itemq; ea qua in M. Curij & M. Coponij causa apud Centumviros est acta, quarum Cicero meminit in Bruto pag. 356. 367. & 384.

Fuisse autem hunc nostrum Mucium Publij filium, id Cicero non solum in 3. offic. pag. 158. & 2. de LL. pag. 423. & 425. confirmat, & in Topicis pag. 549. eo loco ubi Q. Scavolam putare scribit, postliminium junctum verbum esse: verum etiam in Bruto pag. 430. Ego, inquit, Iuris Civilis studio multum opera dabam Q. Scavola, Publij filio, qui quanquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosus audiendi docebat. Et in 6. ad Atticam epistol. 1. Ego, inquit, habeo exceptionem ἰουδυναμῶν, sed sectiorem ex Q. Mucij Publij filij edicto Asiatico, EXTRA quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat ex fide bona. Eundemq; etiam Pontificem Maximum fuisse prater Gellium lib. 5. c. 19. formula iurjurandi in arrogationibus Q. Mucij Pontificis Maximi mentione facientem, & Asconiam fol. 55. ad Cornelianam ita notantem; Q. Mucium Scavolam Pontificem Maximum eundemq; & Oratorem & Iureconsultum significat; idem etiam Cicero confirmat in 2. de LL. pag. 423. in pr. & de amicitia in pr. & lib. 3. Offi. pag. 162 ubi inquit; Q. Scavola Pon. Max. summam vim esse dicebat in omnibus ijs arbitrijs, in quibus ageretur ex fide bona. Et Varro lib. 4. de ling. latin. pag. 22. in fine. Sacerdotes, inquit, universi à sacris dicti. Pontifex (ut Q. Mucius Pontifex Maximus dicebat) à posse & facere. Pontifex ego à ponte arbitor.

4

Ultimo loco dicit Iurisconsultus; illum Ius Civile primum constituisse generatim in libros decem & octo redigendo. Quod dubitatione non caret. Licet enim verum sit, quod tam multos de Iure Civili libros composuerit, atq; ex illis secundum Vlpianus laudet in l. 55. de leg. 3. l. 3. in pr. de pen. leg. & l. 27. de aur. & argent. leg. & quartumdecimum Paulus in l. 30. pro socio; Sextumdecimum Gellius lib. 7. c. 15. quod tamen in artem Ius Civile redegerit, dubium videri duplici ex causa potest. Nam primum, ut Cicero in 1. de Orat. autor est pag. 64. Nihil est, quod ad artem redigi possit, nisi ille prius qui illa tenet, quorum artem instituere vult, illam scientiam habeat. Sed Q. Mucius artem non habuit; eodem Cicerone teste in Bruto, pag. 369. ubi artem ani Sulpitio tribuit, usum autem solummodo Scaevola; Et in 1. de Orat. pag. 83. ubi, Scaevola, inquit, se dedidicisti, quæ omnes amare meritisimo pro eius eximia suavitate debemus: cuius artem cum indosaram atq; incomitatam & incomitam videres, verborum eam dote locupletasti & ornasti &c. Scaevola igitur in artem Ius Civile non redegit. Deinde ante Ciceronem in artem Ius Civile redegit nemo; quemadmodum ipse testatur, in 1. de Orat. pag. 64 dum inquit; Posteaquam Ius Civile est editum, expositis à Cn. Flavio primum actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta generatim componerent. Et pag. seq. Si aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quispiam, aut me impedito, occuparis, aut mortuo effecerit, ut primum omne Ius Civile in genera digerat, qua per pauca sunt, deinde eorum generum quasi quadam membra disperiat; tum propriam cuiusq; vim defensione declaret; perfectam artem Iuris Civilis habebitis, magis magnam atq; ubi rem quam difficilem & obscuram &c. Sed Scaevola ante Ciceronem interijt, quemadmodum ex 3. de Orat. & Bruto supra retulimus, ubi mortis genus Cicero describit: Scaevola igitur in artem

In Civile non redegit. Sanè Scavolam ignarū uq. adeò Logices non fuisse, liber ὁμων singularis evincit, quem ab eodem compositum esse, Index digestorum manifestum facit: estq. ex eo desumpta lib. 64. inf. de acq. rerum dom. l. ult. de aq. quot. l. 241. de verb. sig. & l. 73. de Reg. jur. Ab eo quoq. lex Marcia Licinia dicta est de peregrinis, quam cum collega L. Licinio Crasso in Consulatu tulit anno urbis 659. de qua sic Cicero in 3. Offic. pag. 151. Malè, inquit, qui peregrinos urbibus uti prohibent, eosq. exterminant. Nam esse pro cive, qui civis non sit, rectum est non licere, quam sulerunt legem sapientissimi Consules Crassus & Scavola.

Mucij auditores (addit Iuriconsultus) fuerunt complures: sed præcipuæ autoritati; Aquilius Gallus, Balbus Lucilius, Sextus Papius, Cajus Iuventius. Cajum Aquilium Gallum, quem Vlpianus nominat in l. 6. §. 2. si seruit. vind. l. 17. §. 3. de act. emt. l. 7. §. 4. quod vi aut clam. & l. 30. de legat. 1. Labeo l. 29. §. 1. de legat. 3. Paulus in l. pen. de legat. 1. l. 32. de aur. & arg. legat. & l. 77. de verb. sig. Iavolenus in l. 39. in pr. de statu lib. & Florentinus in l. 18. §. 1. de acceptil. Cicero in Bruto pag. 370. hominem acutum & exercitatum appellat, promptum in agendo, & in respondendo celerem. In Topicis pag. 547. collegam suam & familiarem, dum inquit; Solebat igitur Aquilius collega & familiaris meus, cum de litoribus ngeretur, qua omnia publica esse vultis, quarentibus ijs, ad quos id pertinebat, quid esses litus, ita definire, quâ fluctus etuderet. In oratione aut. pro Aulo Cæcinnâ, pag. 785. Hoc loco, ait, per commodè accidit, quod non adest is, qui paulò antè affuit, & adeste nobis frequenter in hac causa solet, vir ornatissimus C. Aquilius. nam ipso presente de virtute eius & prudentia timidius dicerem; quod & ipse pudore quodam officeretur ex sua laude, & me similis ratio pudoris à præsentis laude tardaret, cuius autoritati dictum

6

C. Aquilius
Gallus.

est

est ab illa causa concedi nimium oportere. Non vereor de tali viro ne plus dicam, quam vos aut sentiatis, aut apud vos commemorari velitis, quapropter hoc dicam nunquam eius autoritas nimium valere, cuius prudentiam populus Rom. in cavendo, non in decipiendo, perspexerit: qui Iuris Civilis rationem nunquam ab aequitate seiunxerit: qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam Pop. Rom. promptam expositamq; praeberis: qui ita iustus & bonus vir est, ut natura non disciplina consultus esse videatur: ita peritus ac prudens, ut ex Iure Civili non scientia solum quadam, verum etiam bonitas nata esse videatur: cuius tantum est ingenium, ita prompta fides, ut quicquid inde haurias, purum liquidumq; te haurire sentias &c. Is si quis negotium ad eum detulisset, in quo de facto quarebar, dicere solebas. Nihil hoc ad nos; ad Ciceronem ito. sentiens aliud officium Iurisconsulti esse, & aliud Oratoris, nec necesse esse de his, qua ad alienam professionem pertinent, respondere; ut ex Topicis Ciceronis pag. 149. Erasmus refert, lib. 8. apoph. pag. 732. Eoq; iudice Cicero orationem suam pro Quintio habuit, anno aetatis vicesimo sexto; teste Gellio lib. 15. c. 28. Ut plurimum autem in cautionibus & formulis concipiendis occupatus fuit; quod Iurisconsultorum proprium manus & officium erat; ut ex S. & ut obiter inf. hac lege. l. Auciiana cautionis inf. de condit. & demonstr. & S. responsa Inst. de iur. nat. gent. & civil. videre licet. Unde Cicero in Topicis in pr. Cum tu mihi meisq; multa saepe scripsisses (ita enim ibi legendam est) hoc est, ex iure formulas composuisses. Et pro Alarica pag. 327. Hic, inquit, nobiscum hanc urbanam milisiam respondendi, cavendi, scribendi securus est. Scribere enim Iura condere est, ut Iustinianus in d. S. responsa loquitur: vel formulas ex iure componere: qualis formula illa Aquily est, qua postumi heredes institui possunt, cuius mentio fit in l. gallus 29. inf. de lib. & postum. l. si mater. 33. §. fin. de vulg. & pup. & l. pen. inf. de legas.

gat. 1. itemq; formula stipulationis quæ Aquiliana dicitur in l. 2. 4. 5. & 15. inf. de transact. l. quidam 38. inf. de dolo malo l. & uno 18. §. 1. inf. de accept. l. actione 4. l. ut responsum 51. l. si causa 32. & l. ubi pactum 40. C. de transact. l. fin. C. de accept. & §. item per acceptilationem Instis. quib. mod. sol. oblig. Et deniq; formula de dolo malo; cuius Cicero meminit in 3. Offi. pag. 157. ubi, Nondum, inquit, Aquilius collega & familiaris meus pertulerat de dolo malo formulas. In quibus ipsis cum ex eo quaereretur quid esset dolum malus? respondebat, cum esset aliud simulatum, aliud actum. Et in 3. de nat. Deorum, pag. 181. Inde inquit, everriculum malitiarum omnium, iudicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noster protulit; quem dolum idem Aquilius tum teneri putat, cum aliud sit simulatum aliud actum. Eū Jurisconsultus hic ex Servij relatione præ reliquis maximæ autoritatis apud populum fuisse asseverat. bene. Idem non solum Cicero d. Orat. pro Cacinna comprobatur, sed etiam Valerius Maximus lib. 8. c. 2. ubi maxima autoritatis virum & scientia Juris Civilis excellentem eum appellare minimè veretur. Et Licinius Ruffinus in l. si ita quis 74. inf. de hered. inst. postquam demonstrasset idem esse, ac si sine re institutus esset heres qui ita fuisset institutus excepto fundo, excepto usufructu heres esto: id autoritate Galli Aquilij factum esse contendit.

Ad L. Lucilium Balbum quod attinet, nominat eum Cicero in Bruto pag. 370. peritissimum, doctum & eruditum homine, inconsiderataq; sarditate praditum, cui dicendi causa Servij operam dederit; videturq; Q. Lucilius Balbus, quem idem Cicero in libris de natura Deorum disputantem introducit, huius frater fuisse, qui tantos progressus in Stoicis habuit, ut cum excellentibus in eo genere Græcis compareretur, ut in 1. de nat. deor. Cicero ostendit pag. 10. Mentio fit utriusq; in 8. ad Atticum epist. 9. in fi. ubi alter maior Balbus, alter verò minor appellatur.

IO
Sextus Pa-
pirius.

Sextus Papirius quis fuerit ignoro. Prater enim nomen quod dignum commemoratione sit, in historijs occurrit nihil. Ideoq; memoria illius videri poterat oblitterata, nisi à Pomponio hic ab oblivione fuisset vindicatus, qui non solum Q. Mucij discipulum eum fuisse dicit, verum Servij etiam Sulpitij praeceptorem, à quo scriptis suis nominetur. Eadem Gaij quoq; Iuventij ratio esse videtur. Nam nec illius alibi quam à Pomponio hic mentionem fieri existimo. Meminit enim quidem Titi cuiusdam Iuventij Cicero in Bruto pag. 379 ubi eum callidum & in capiendis adversario versutum nominat, & prater ea nec indoctum, & magna cum Iuris Civilis intelligentia, qui auditorem P. Orbium habuerit, in Iure Civili Magistro non inferiorem. Verum temporum ratio non convenit, siquidem Titus ille Iuventius, non ante Servij Sulpitij iuventutem, sed post multis annis numeretur.

Gaius Iu-
ventius.

II

Addit Iurisconsultus; Omnes tamen hi à Servio Sulpitio nominantur, alioquin per se eorum scripta non talia extant ut ea ad omnes adpetant, hoc est, Hi omnes non tam scriptis suis noti & celebres sunt, quam nominatione & laude Servij Sulpitij, qui illis operam dedit. Ita enim & Cicero M. Cornelij Cethegi eloquentiam obscuriorem fuisse affirmat, nisi à Q. Ennio fuisset adferta: dum in Bruto pag. 337. sic inquit: Primus est M. Cornelius Cethegus, cuius eloquentiae est autor, & idoneus quidem mea sententia Q. Ennius, praeferrim cum & ipse eum audiverit & scribat de mortuo, ex quo nulla suspicio est amicitiae causa esse mensitum. Servium ergo Sulpitium Q. F. Rufum Quintilianus Iuris Antistitem appellat. Gellius lib. 2. c. 10. Iuris Civilis autorem, & virum bene literatum; & lib. 6. c. 12. virum sua aetate doctissimum: Cicero pro Murana pag. 319. in fin. hominem sapientissimum atq; ornatissimum. Et mox pag. 324. summam in eo esse dicit dignitatem generis, integritatis, industriae, ceterorumq; ornamentorum omnium quibus fretam ad Consula-

Servius
Sulpitius.

vna positionem aggredi par est. Et rursus ibidem pag. 325. nobilem
 eum appellat, cuius pater equestri loco fuerit, avus nulla illustri
 tande celebratus. Tandem addit ibidem pag. 327. Servius nobi-
 scam hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cauendi, ple-
 nam sollicitudinis & stomachi secutus est: Ius Civile didicit,
 multum vigilavit, laboravit; praesto multis fuit; multorum stul-
 ticiam perpeßus est; arrogantiam pertulit; difficultatem exorbu-
 it; vixit ad aliorum arbitrium, non ad suum: magna laus &
 grata hominibus, unum hominem elaborare in ea scientia qua sit
 multis profutura. In 2. de Orat. pag. 127. in fin. & seq. Antonius
 eam familiarem suam nominat, dicitq; se eum adolescentulum au-
 didisse voce & forma, & motu corporis, & reliquis rebus, aptum
 ad hoc munus: oratione aut celeri, & concitata, & verbis efferve-
 scentibus & paulò nimium redundantibus. Et lib. 3. pag. 241. in
 fi. & seq. ita de eo Crassus loquitur. Sulpitius fortissimo quodam
 animi impetu, plenissima & maxima voce, summa contentione
 corporis & dignitate motus, verborum quoq; ea gravitate & copia
 est, ut unus ad dicendum instructissimus à natura esse videatur
 Et in Bruto pag. 369. ita de Servio ad Brutum Cicero: Et tu, probe
 dicis, & ego dicam quod sentio. Non .n. facile quem dixerim plus
 studij, quam illum & ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum
 disciplinas adhibuisse; nam & in ijsdem exercitationibus in eun-
 de aetate fuimus: ac postea Rhodum una ille etiam est profectus
 quo melior esset ac doctior. & inde ut redijt, videtur mihi in se-
 cunda arte primus esse maluisse, quam in prima secundus. atq;
 haud scio an par principibus esse potuisset: sed fortasse maluit, id
 quod est adeptus, longè omnium, non eiusdem modo aetatis, sed
 eorum etiam qui fuissent, in Iure Civili esse princeps. Et mox:
 Brutus, existimo Iuris Civili magnum usum & apud Scavo-
 lam & apud multos fuisse, artem in hoc uno: quod nunquam
 effecisset ipsius Iuris scientia, nisi eam praeterea didicisset ar-

sem, qua doceret rem universam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambigua primum videre, deinde distinguere, postremo habere regulam, qua vera & falsa judicarentur, & qua quibus propositis essent, quaq; non essent consequentia &c.

12

Ad Iuris autem studium, cum eloquentia prius operam daret, ac, ut Iurisconsultus hic ait, in causis orandis primum locum post Marcum Tullium obtineret, utq; Cicero in 3. de Orat. loquitur pag. 234. ad summam gloriam eloquentia floreret, tali occasione animum applicavit. Cum enim de re amici Q. Mucium consulisset, & de jure bis terve respondens parum intellexisset, atq; ob id iterum interrogasset, & necdum percepisset; objurgatus à Q. Mucio fuit, dicente; Turpe esse patritio & nobili & causas oranti, jus in quo versaretur ignorare. ea velut contumelia tactus Sulpitius Iuri Civili operam dedit, adeoq; in eo studio profecit, ut Cicero in 9. Philipp. pag. 585. affirmare non vereatur, quod omnes qui ex omni aetate in Romana civitate intelligentiam juris habuerunt, si in unum locum conferantur, cum Servio Sulpitio non sint comparandi. Et ad Atucij reprehensionem etiam Ciceronem respexisse arbitror in Oratore pag. 486. dum inquit: Quid est turpius, quam legitimarum & Civilium controversiarum patrocinia suscipere, cum sis legum & Civilis Juris ignarus. Magistratus gessit insignes. Initio enim Quæstor renunciatus, Hostiensem sortitus est Provinciam, non tam gratiosam & illustrem, quam negotiosam & molestam, ut Cicero pro Murana ait, pag. 327. Deinde cum L. Murana collega Prætor quoq; factus, quæstionem Peculatus exercuit, ut idem Cicero pro Murana docet, pag. 338. & 342. Postea anno 702. Interrex creatus, cum propter potentissimorum competitorum contentiones, Calend. Januarij Consules creati non essent, rumoremq; alij spargerent, Cn. Pompeium Dictatorem creandam esse, alij
Casari

Casari Consulatum deferendum, ex Senatusconsulto in sententiam M. Bibuli facto, Cn. Pompeium V. Calend. Martij III. Consulem sine collega creavit, qui statim Consulatum inijt, auctore Aconio in Miloniana fol. 85. Licet Pompeius, ut invidiam vitaret, in quinque menses extremos, Q. Scipionem Metellum, socerum suum, ambitusq. tum ream, collegam sibi postea assumserit, Dione referente Rom. hist. lib. 40. pag. 89. Tandem anno 703. cum ad destruendum Casaris Pompeijq. quem quilibet eorū pollicitus sibi videbatur dominatum, M. Cato Consulatum petijisset; à Casaris autem Pompeijq. fautoribus, qui hoc moliri eum animadverterant, repulsam tulisset, cum M. Claudio M. F. Marcello, Consul etiam designatus est, Livio in Epitomis teste lib. 108. & Dione d. lib. 40. pag. 91. Meminitq. Consulatus huius Suetonius in Iulio Casare c. 28. & seq. & Cicero in 5. ad Attic. epist. ult. & in Orat. pro Murana pag. 320. & in Bruto pag. 370. Inq. eo Consulatu fieri potest, ut legem Rivaliciam, de Rivalibus scilicet latam, qui rivo communi utuntur. l. 1. inf. de aq. & aq. plu. arc. à populo Servius rogerit, cuius Sextus Festus meminit de verb. sig. pag. 419.

Addit Iurisconsultus de Sulpitio; Instructus à Balbo Lucilio, instructus autem maximè à Gallo Aquilio, qui fuit Cercinæ. Quidam pro Cercinæ, quod ibi nec Serviam, nec Gallum; versatum existiment, Cecinæ legendum arbitrantur, quod oppidum Hetruria putatur, cuius Plinius meminit lib. 3. c. 5. Ex Pomponius Mela lib. 2. de orbis situ pag. 131. dum inquit: Ultra Tyberim Pyrgi, Anio, Castrum novum, Gravisca, Populonia, Cecina, Pisa, Hetrusca & loca & nomina. Quamvis Blonau's lib. 1. Italia illustrata pag. 310. in fine, Cecinam non oppidum, sed fluvium esse existimet, inquit; Succedit eo in littore fluvius Cecina, sicut nunc fit à Plinio appellatus, cui ad sinistram in ostio hærent vada Volaserrana à priscis appellata &c. Verum cum Cer-

13

334 *De Q. Mucio Sca. S. Sulp. illorumq; audit.*

cina bis Iurisconsultus hoc in loco mentionem faciat, repetitioq; eiusmodi deliberationem praeponat, libri etiam complures Cercinae confecti, sua aetate extiterint, quos sine dubio viderit, ac fieri quoq; optime potuerit, ut cum & Athenis & Rhodi fuerit Servius, Cercinam quoq; adierit: ideo mirandum nihil est: & est Cercina insula in Africa, teste Pomponio Mela Libr. 2. de orbis situ, pag. 144. In Africa, inquit, contra maiorem Syrtim Caeleto, contra minoris promontoria Meninx & Cercina &c.

14

Subdit de eodem Sulpitio Iurisconsultus; Hic cum in legatione perisset, Statuam ei populus Romanus pro Rotris posuit. Cumenim autor ille Senatui fuisset legationis ad M. Antonium, Brutam Mutinam tunc obsidentem, a desperatis illum consilijs ad sanitatem, pacemq; ut revocaret: Senatusq; censuisset, melius hoc expediri non posse, quam ab eo, a quo profectum illud ab initio fuisset: ideoq; onere isto legationis Servium onerarent. Quicumvis ob adversam valetudinem illud difficulter initio susciperet, Pansa tamen Consule eum gravius cohortante, auctoritatem Senatus vita sua anteferendam esse duxit. Profectus igitur est cum aliqua spe ad Antonium perveniendi: cumq; jam ad congressum colloquiumq; eius pervenisset, in ipsa cura & meditatione obeundi sui muneris a vita excessit. Cum itaq; mortuo pro more honores statua exhiberi petitam esset, Publiusq; Servilius sese opposuisset, contendendo hunc honorem statua nemini tribuendum esse, nisi qui ferro esset in legatione interfectus: Cic. 9. Philip. a Senatu evicit, ut statua pedestris illi Senatusconsulto decerneretur: quod ab eo in hunc modum conceptum fuit: Cum Servius Sulpitius Q. Filius Lemonia Rufus difficillimo Reipubl. tempore, gravi periculosoq; morbo affectus, auctoritatem Senatus, salutemq; populi Romani vitam suam proposuerit,

C. Trebatio & A. Cascelio, Cap. XL. 335
rit, contraq; vim gravitatemq; morbi contendere,
ut ad castra Antonij, quo Senatus eum miserat,
perveniret, isq; cum jam prope castra venisset,
vi morbi oppressus, vitam amiserit, in maximo
Reipubl. munere, eiusq; mors, consentanea vitæ fuerit,
sanctissimè honestissimèq; acta, in qua sæpè magno usui
Reipubl. Servius Sulpitius & Privatus, & in Magistratibus fuerit: cum
talis vir ob Rempub. in legatione mortem obierit,
Senatui placere, Servio Sulpitio statuam pedestrem
aneam in rostris, ex huius ordinis sententia, statui,
circumq; eam statuam locum gladiatoribus, ludisq;
liberos posterosq; eius quaq; versus pedes quinq;
habere, quod hic ob Rempub. mortem obierit: eamq;
causam in basi inscribi. utiq; C. Pansa, A. Hircius
Consules, alter ambove, si eis videbitur, Quæstoribus
urbis imperent, ut eam basim, statuamq; faciendam
& in Rostris statuendis locent, quantumq; locarint,
tantam pecuniam redemptori solvendam, attribuendamq;
curent & c. Filium reliquit unum, unamq; filiam.
Meminitq; filij Cicero in 9. ad Attic. epist. pen. & ult.
& Sextus Festus de verb. sig. pag. 180. in verb. Municeps. Filiam
verò Q. Tubero Jureconsultus uxorem duxit, ex qua mater
nata est, C. Cassij Longini Iurisconsulti, cuius Pomponius meminit
in §. ult. inf. hac lege nostra. Sub-

336 *De Q. Mucio Sca. S. Sulp. illorumq; audito.*

15

Subiungit deniq; de eodem Servio Iurisconsultus: Hujus volumina complura extant: reliquit autem prope centum & octoginta libros. Leges tamen ex his libris desumptæ, nominatim illi à Triboniano in Digestis non attribuuntur; nisi quod in his ab alijs Iurisconsultis nominetur; sicut illum in suis scriptis Aquilium, Balbum Lucilium, Sext. Papsrium, & C. Inventium nominasse, Iurisconsultus demonstravit, in §. post hos Q. Mucius; hac lege nostra. Nominaturq; præcipue à Paulo in l. nam & 21. inf. de neg. gest. l. 2. de l. Rhod. de jactu. l. 1. de tutel. l. cum quidam 4. de aur. leg. l. ordinata 24. de liber. caus. l. sed si. 26. in pr. de acq. rer. dom. l. 2. §. 6. pro emptor. & l. recte 26. de verb. sig. Vlpiano in l. 1. inf. de dol. mal. l. sed etsi 26. ex quibus caus. major. l. etsi forte 6. §. 2. si servit. vind. l. 1. §. 1. si quad. pamp. l. si verò 5. §. fin. de his qui effud. l. sed si damno 9. §. 2. & l. si servus 17. de pecul. l. cum duob. 52. §. fin. pro socio l. Iulianus 13. §. si venditor 25. de act. emt. l. ex conducto §. 1. locat. l. pen. de naut. sten. l. qui habet 3. in fin. de tutel. l. cum ostendimus 4. de fidejussor. tut. l. item quod 17. §. 1. de hered. inst. l. talis scriptura 30. de leg. 1. l. quasitam 12. §. 1. & 6. de Inst. vel instrum. leg. l. cum auram 19. §. pen. & l. Quintus 27. §. 3. de aur. leg. l. 1. §. 18. de vent. in poss. miss. l. 1. de bon. liber. l. flaminum 24. §. 3. & 4. de dam. infect. l. statuliberos 3. §. 2. de statulib. l. pen. uti possid. l. pen. de rivis. l. aut qui aliter 5. §. 1. quod vi aut clam l. si alius 7. §. 4. & l. denique 13. §. 2. eodem & l. item apud 15. §. 25. de iniurijs. Labeone in l. pen. infr. de cont. emt. l. avus neptis 79. de jur. dotiam l. qui concubinam 29. §. 1. & 2. de leg. 3. & l. cum scriptum 6. de dos. praleg. Scævola in l. qui libertatis 69. de evict. Iavoleno in l. in his 66. infr. solus. mas. l. si is 25. qui test. fac. poss. l. si uxori 39. de aur. & arg. leg. & l. Fictum 39. in pr. & §. 3. de statulib. Alfeno in l. si Marcius 45. de hered.

hered. in st. & l. Villa 16. de instr. vel instrum. leg. Papiniano in l. fin. de condit. instis. & l. si socius 48. de manum. test. Celfo in l. si ancillas 63. de legat. 1. & l. Labeo 7. de supel. leg. Iuliano in l. quid vos 62. de leg. 3. & l. 2. pro herede. Pomponio in l. arbiter 40. & l. antepen. de judicys. l. si ita 15. de inst. vel instrum. leg. l. Servius 8. de grad. l. qui re 76. de furt. & l. Servius 122. de verb. sig. Africano in l. & hac 35. locat. & l. traiectissa 23. de oblig. & act. Tryphonio in l. in bello 12. in pr. de capt. & post. l. revers. Cajo in l. sylva Cadua 30. de verb. sig. & deniq; à Iustiniano in S. est autem Instis de tutel. & S. de illa & seq. Instis. de societat. De quibus autem rebus conscripti illi libri fuerint, ignoro, nisi quod apud Gellium inveniam quosdam de testamentis fuisse, cum ab eo, lib. 6. c. 12. quadam ex libro de testamentis secundo citentur. Eandem quoque librum singularem de dotibus composuisse traicit idem Gellius lib. 4. c. 3. & 4. & Neratius in l. quod Servius. 8. de cond. caus. dat. Fuerunt & orationes illius quam plurima: sed literis ab eo mandata nulla; nisi quod post mortem illius P. Canusius eas scripserit. Ipse quoque sepe professus est, scribere se, neque consuevisse, neque posse, autore Cicerone in Bruto pag. 389. Notas quoque illum ad Q. Mucium scripsisse ostendit l. Mucius 30. in fr. pro socio. & S. De illa. Instis. eod. l. qui concubinam. 29. de legat. 3. l. qui penum 3. S. 3. ibi; materiam praebeuit Servio notandi. de pen. legat. l. qui re. 76. de furt. & l. Servius. 122. de verb. sig. & ob id in reprehensis Scavola capitibus à Gellio laudatur; d. lib. 4. c. 1. & à Laurentio Val-la in proaemio ad 6. Elegantiarum librum; ubi eum probe & ingenue ac verè Romanè fecisse dicit, quod librum de notis Scavola conscripserit, ipsumque populam prudenter & grato invicem animo, qui factum huius non reprehensione, sed laude dignum & gloria putaverit. Ad Brutum etiam duos libros ad edictum scripsisse apparet ex S. nostri sine hic. & demonstrat Vlp. in l.

338 De Q. Muc. Sca. Serv. Sulp. illorumq;

16

Mela.

cuicunq; s. de instit. act. ubi librum primum ad Brutum laudat. Videtur quoq; potest illum, cum ad Alfenum Varum auditorem suum notas scripsisse, ex l. actione distrabitur 6 s. §. 7. inf. pro socio l. si quis duos. 67. inf. de solut. & l. frugem 77 inf. de verb. sig. tum ad Favium Melam ex l. 3. S. penultim. de pen. legat. Cuius quidem Mela frequentissima in Iure nostro mentio est, ut l. 2. §. 6. de iudicijs. l. ult. de oper. serv. l. 11. in pr. & l. 27. in fi. ad l. Aquil. l. 4. commu. divid. l. 14. §. 2. de relig. & sumt. fun. l. 5. §. 5. Commod. l. 21. de pecul. l. 7. de in rem versol. 22. §. 9. & final. & l. 26. §. ult. mand. l. 52. §. 11. pro socio. l. 17. de actio. emt. l. 13. §. 9. & l. 19. §. 6. locat. l. 20. §. 1. de praescrip. verb. l. 12. de pact. dotal. l. 24. §. 2. solut. matr. l. 3. §. 2. rer. amot. l. 1. §. 4. de instel. & rat. distr. l. 14. de annu. leg. l. 1. de dot. praleg. l. 14. de alim. leg. l. 24. de liber. caus. l. fin. qua in fraud. cred. l. un. ut in sum. pub. navig. lic. l. 1. de cloac. l. 39. de solut. l. 52. §. 1. 12. 16. 17. & fin. de furt. l. 15. §. 32. & l. 12. §. 2. de iniur. & l. 207. de verb. sig. Verum cum plurima Servij Sulpitij, ut & aliorum, auditores in audicione à praeceptoribus accepta annotaverint, quemadmodum in partis huius vestibulo supra diximus; ac annotata postea in scriptis suis retulerint; tutius est, ut cum apud Alfenum aut Melam scribere, Servium legimus, sensentiam illius ab ijs referri potius existimemus, quam quod eosdem ille notaverit; l. 1. in pr. inf. de neg. gest. l. 25. qui test. fac. poss. l. 6. de dote praleg. l. 12. in pr. & §. 6. de inst. vel instrum. le. l. 3. S. pen. de pen. leg. & l. 1. §. 7. de aqua & aq. plu. arc.

17

Subjicit Jurisconsultus; Ab hoc plurimi profecerunt. Plurimos discipulos Servium Sulpitium reliquisse non minima prudentia vel auctoritas, loca proximè dicta ostendunt, in quibus Servij auditores citantur; & Jurisconsultus hic, qui horum aliquos nomina commemorat: De quibus ferè omnibus, prater Alfenum

Alfenum Varum, Aulum Ofilium, Labeonem Antistium, & Publicium Gellium *compertum habeo nihil: nisi fortè Caius ille sit, cuius Gellius in disceptatione vocabuli Retarida in edicto quodam Pratoris reperti, librum septimum, de Origine vocabulorum, producit in lib. 11. c. 17.* Priscusq; is, quem Vlpianus nominat in l. si habitatio 10. §. 1. de usu & habit. & Pomponius in l. pen. §. fin. de cond. & dem. Pacuviusq; ille, cuius idem Vlpianus meminit in l. 1. inf. commod. Et deniq; Aufidius Tucca iste, quem Cicero in Bruto pag. 379. Titum Aufidium nominat, qui ad summam senectutem vixerit, virq; bonus & innocens fuerit, licet parum dixerit. Et sanè Aufidium hunc Tuccam illum fuisse, qui Titus Aufidius à Cicerone appellatur, est verisimile. Fieri enim potest, ut cum ex consuetudine, prænomen postposito, Aufidius Titus scriptum esset, prænomen illud Titus, scribentium incuria, in Tuccam fuerit depravatam. Veterum etenim consuetudine, prænomen non solum preposita, sed & postposita fuisse, ostendit Varro lib. 4. de ling. lat. pag. 22. in fine. ubi Turnebus in manuscriptis, pro Q. Scaevola, Scaevola, Quintus Pont. Max. exoratum fuisse contendit. Sic Catullus; — meus sodalis Cinna est Caius. pro C. Cinna. & Cicero, Stolo Caius, pro C. Stolo. Sic Aufidius quoq; Namusa ille fuisse videtur, cuius Vlpianus meminit in l. si ut certo. 5. §. 5. infra commod. & Paulus in l. in summa 2. §. 6. de aqua pluvia arcepreptoremq; allegat discipulus apud Iavolenum in l. quibus dtebus 40 §. 3. de cond. & demonst. Eandemq; Namusam per Aufidium existimaverim intelligi in l. 52. in fin. pro socio, ubi Servij quoddam responsum refert. & l. 20. de opt. leg. ubi liber illius Regularum primus laudatur. Aufidius enim Victorinus, qui D. Marci condiscipulus fuit, ut Capitolinus in Marco scribit, in pr. ferè, cuiq; idem traditur rescriptisse in l. 11. §. 1. de minorib. l. 3. de legit. tutor. & l. 20. de manumiss. ut tempore hoc nostro longè fuit posterior, ita juris etiam aliqua insigni, quod sciam, scientia non claruit.

De Q. Muc. Sca. Serv. Sulp. illorumq;

Ad Alfenum igitur Varum quod attinet, meminit illius Paulus in l. scius 8. §. 4. inf. si servus. vind. l. 65. §. 7. pro socio. l. in summa 2. §. 4. de aq. & aq. pluvia arcend. & l. 77. in fi. de verb. sig. Vlpianus in l. 5. §. 3. de rei vind. l. quemadmodum 29. §. 3. (& non ut Labitius habet 20.) ad l. Aquil. l. 12. §. 2. de inst. vel instrum. leg. l. 9. §. 2. de dam. infect. & l. quod autem. 10. de lib. caus. Papinianus in l. Tissio 74. de leg. 2. Labeo in l. qui concubinam 29. §. 2. de leg. 3. & l. cum scriptam de dote preleg. Marcellus in l. si quis 67. de solut. & Labeo Alfenus 87. de verb. sig. Pomponius in l. 18. in fine de cont. emt. l. pupillus 239. §. 6. eod. & Gellius lib. 6. c. 2. in pr. abiectionem Servij Sulpitij discipulum rerumq; antiquarum non incuriosum fuisse scribit. Itemq; Horatius, Alfenum Vastrum eum appellans lib. 1. serm. satyr. 3. illis versibus:

*— ut Alphenus Vaster omni
Abiectione instrumento artis, clausaq; taberna
Sutor erat, &c.*

Apud quem Acron interpretis eius, eum Cremonensem fuisse, & ex Satore Iurisconsultum factum scribit. Ita enim ibi ille: Urbane inquit satis Alphenam Vastrum Cremonensem deridet, qui abiectione satrina quam in municipio suo exercueras Romam venit, magistrorumq; usus Sulpitio Iurisconsulto, ad tantam pervenit scientiam, ut & Consulatum gereret, & publico funere efferretur. Quod ipsum quoq; ibidem Porphyrio tradit & Christophorus Landinus. ex illiusq; forsitan Alexander Neapolitanus lib. 6. genial. diar. c. 23. Abususq; est illius nomine Casullus, sub persona Ciceronis exulantis, ac de Pompeio, quem propter nimiam potentiam aperte nominare non fuit ausus, querulantis, illis versibus:

*Alphene immemor, atq; unanimis fuisse sodalibus:
Jam te nil miseret, dure, tui dulcis amicus:
Jam me prodere, iam non dubitas fallere perfide.
Nec facta impia fallacum hominum caliculis placent,*

Quo

Qua tu negligis, ac me miserum deseris in malis
Heu heu quid faciant, dic homines, cuius habeant fidem?
Certè inte inbebas animam tradere, inique me
Inducens in amorem, quasi tanta omnia mi forent.
Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia, factaq;
Ventos inrita ferre, & nebulas aerias sis.
Si tu oblitus es, at. Dū meminerunt, meminit Fides.
Qua te ut pœniteat. postmodo facti facies tui.

19

Scripsit primo omnium collectaneorum, sive, ut alij malant, conjectaneorum libros aliquos, ex quorum secundo quadam à Gellio citantur d. lib. 6. c. 5. deinde, vigore iudicis, quem fieri à Triboniano Iustinianus iusserat in l. 2. §. ne autem incognitum C. de veteri iur. enucl. libros Digestorum quadraginta à Paulo Epitomas, ita ut eam ob causam, legum capita, qua ex his libris desumpta proponuntur, à Triboniano interdum Paulo Epitomatori, & interdum ipsi Alpheno ascribantur. Et est ex horum posterioribus triginta duobus superstes nihil, nisi quod Gellius libri trigesimali quarti mentionem faciat d. libr. 6. noct. Astic. c. 5. & Pauli libri trigesimali noni in Lnam & Servius 21. inf. de negot. gest. Ex libro autem primo, cuius Iavolenus meminit in l. si is qui. 25. qui test. fac. poss. petita est l. 15. inf. com. præd. qua Paulo tribuitur. l. 34. de usurp. & usucap. & l. 3. de interd. & releg. Ex libro verò secundo l. 11. de usuc. l. 16. de servit. præd. urb. l. 29. de servit. præd. rust. qua Paulo adscribuntur. l. 17. si servit. vind. l. ult. si quadrup. paup. sec. dic. l. 52. ad leg. Aquil. l. 26. commu. divid. l. pen. de servo corrupto l. 16. de in rem vers. l. 11. de peric. & com. rei vend. l. 26. de actio. emti. l. 27. locati conducti l. 44. de evictionibus l. 45. de hered. inst. l. 106. de leg. 1. l. 60. de leg. 3. l. 22. de annuis leg. l. 12. de usu & usufr. leg. l. 16. de instruct. vel instram. leg. l. 15. de pecul. leg. l. 28. de cond. & dem. qua & ipsa Paulo tribuitur. l. 43. de dam. inf. l. 14. de except. & præscript. l. 20. de oblig. & act. l. 35. de solut. & l. 202. & 204. (qua Paulo assignatur) de verb.

Uv 3

fig.

342 De Q. Mucio Sca. S. Sulp. illorumq; audit.

fig. Ex libro tertio l. 9. si pars hered. pet. l. 58. de rei vind. qua Paulo tribuuntur, l. 30. locat. conducti l. 23. de praescript. verb. l. 19. de pact. dotal. l. 8. de fund. dotal. l. 38. de donat. int. vir. l. 27. com. divid. l. 7. de leg. Rhod. de jact. l. 71. pro socio. l. 12. & 14. de peric. & com. rei vend. & l. 27. de actio. ems. qua ut praecedentes quinq; Paulo similiter adscribitur, & l. 6. de supell. leg. Ex libro quarto l. 30. de serv. prad. rust. l. pen. ad exhib. l. 40. de cont. ems. qua Paulo assignantur, l. 45. de evict. l. 6. de manumiss. l. 14. de statulib. l. 24. de aq. plu. arc. l. 38. de acq. rer. dom. l. 57. de furtus l. 205. (qua & ipsa Paulo tribuitur) de verb. sig. Ex libro quinto l. 42. ex quib. caus. maior. l. 33. de servit. prad. urb. l. 36. de condict. indeb. l. 30. de pignor. act. qua Paulo addicuntur. item l. 31. locat. l. 44. de hered. inst. l. 14. de pecul. leg. l. 2. de his qua pro non script. l. 27. de condit. & dem. Ex libro sexto l. 76. de judicij l. 57. de rei vind. l. 62. de re judic. Ex libro septimo, in quo de Censoria publicanorum, vectigalium, portoriorumq; lege potissimum disputaras, petita est, l. 50. de recept. l. 29. locat. l. 28. de aur. & arg. leg. l. 26. de op. lib. l. pen. de pub. & vect. l. 7. de manumiss. & l. 203. de verb. sig. Deniq; ex libro octavo l. 61. de legat. 3. & l. 40. de usu & usufr. leg. Eum & Consulem fuisse, tradit Iurisconsultus hic: Et sanè fuisse eum Consulem confirmat Acron loco supra citato; ubi, Alphenus, inquit, sutoris filius ita Iuris studio insendit, ut beneficio artis huius, latam clavum sumeret, & ad Consularem consurgeret dignitatem. Fuitq; Consul cum P. Vinicio M. Filio. P. nepote, ut annus Capitolinus 754. ostendit. Vbi P. Alfinius Varus appellatur. Eoq; ipso tempore Tiberium Neronem Rhodo, septem ibi annos moratum, Romam reversam esse, refert Velleius Paterculus lib. 2. pag. 114. & 117.

20
Aulus Offi-
liu-

Ad Aulum Offilium quod attinet, cuius Cicero in 7. epist. famil. meminit epist. 22. & 13. ad Attic. pag. 512. tributum huic similiter, ut praepatori Servio, nihil speciatim à Triboniano in Digestorum libris invenitur, nisi quod frequentissimè

à diversis Iuriconsultis in his nominetur: ut l. si idem 11. de Iurisdictione. l. 1. ne quis eum, qui in Ius voc. l. 1. si ex noxal. caus. l. pen. de eo per quem fact. l. 16. (non 6. ut Labittus habet) de minor. l. 21. §. 1. de recept. l. 9. §. 2. ad l. Aquil. l. 16. §. famil. ercisc. l. 1. de exercit. act. l. 1. §. 4. de l. Rhop. de jact. l. 22. §. 10. mand. (nam in l. 17. de Inst. act. & l. 17. de peculio, Offiliy, ut Labittus vult, mentio nulla fit) l. 8. 10. 17. & 38. de adil. edict. l. 18. §. 1. sol. mat. l. 3. rer. amor. l. 4. de aut. sur. l. 39. de vulg. & pup. l. 30. & 45. de leg. 1. l. 29. §. 1. & l. 100. §. 1. de leg. 3. l. 6. de dose preleg. l. 7. de trit. leg. l. 25. & 26. de inst. & instrum. leg. l. 10. de sup. leg. l. 39. de aur. & arg. leg. l. 40. §. 1. 2. & pen. de cond. & dem. l. 1. §. 8. ut leg. nom. cau. l. 1. §. 6. & 15 l. 2. in fin. l. 3. & l. 11. §. pen. de aq. plu. arc. l. 40. de man. test. l. 39. in pr. §. 1. & 4. de statulib. l. 1. §. 1. de acq. poss. l. 1. §. 23. ne quid in loc. pub. l. 1. §. 11. de aq. quosid. l. 1. & pen. de rivis l. fin. de cloac. l. 4. §. 6. de dol. except. l. 6. de stip. serv. l. 21. de furt. l. 5. §. 1. & l. 23. de iniur. l. 27. de capt. & postl. revers. & l. 180. de verb. sig. Libros tamen eum aliquos Iuris partiti composuisse, ostendit Ulpianus in l. ligni appellatio. 55. in pr. & §. 1. 2. & fin. ubi libram secundum & quintum juris partiti producit, de legat. 3. Scripsisse quoque illum libros actionum complures, idem Ulpian. demonstrat in l. qui penam. 3. §. 2. & 4. de pen. leg. ubi librum illius sextumdecimum actionum allegat. De Iurisdictione etiam libros eundem scripsisse, editumque Prætoris diligenter composuisse, ostendit Pomponius hic, & traditum est supra c. 10. Exarasse quoque illum libros ad Atticum, colligi ex l. 234. videtur inf. de verb. sig. ubi ad Atticum citatur. Denique de legibus vicesimæ quoque eundem conscripsisse idem IC. hic affirmat. Verum cum plura vicesimarum genera fuerint, de quanam sensisse Iuriconsultum dicendum sit ignora. Scribant quidem alij, vicesimam hereditatum Iuriconsultum intellexisse, cuius in earum legum inscriptionibus mentio fit, qua ex duobus AElj Macri εἰκοστῶν libris desumta sunt.

Sed

344 De Q. Mucio Sca. S. Sulp. illorumq; audit.

Sed cum Augusti demum ea vigere temporibus cepit, ac primo omnium lege Iulia augendi ararj gratia, extraneis hereditibus necinopibus, irrogata sit, Dione auctore, lib. 55. pag. 346. & seq. postea d. Nerua, Traiano, Hadrianoq; accisa & temperata; Plinio assestante, in Panegyri. pag. 369 cum 2. seqq. & ad extremum in totum abrogata; l. 3. C. de edict. Divi Hadr. toll. videndum est ne de alijs potius quae tempore praecesserunt Iuriconsultum sensisse verisimilius sit; cuiusmodi vicesima eorum fuit, qui manumittebantur, lege Manlia introducta, lata d. Cneo Manlio II. Cos. cum C. Sc. Marzio anno urbis 398. de qua sic Livius lib. 7. pag. 80. Ab altero Consule, nihil memorabile gestum: nisi quod legem novo exemplo ad Sutrium in castris tribasim de vicesima eorum, qui manumittebantur tulit. Patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi arario additum esset, auctores fuerunt. Et Arrianus in Epicteti enchiridio lib. 2. ὅταν ἔν, inquit, σρέψῃ τις ἄπὶ σρατηγῶν αὐτῶ δῶλον, ἔδεν ἐποίησεν; ἐποίησε. τί; ἐσρέψε ἴον αὐτῶ δῶλον ἄπὶ σρατηγῶν. ἄλλο ἔδεν; ναί. ἔ ἐκωσῆν αὐτῶ δῶναί οὐ φίλοι. ἢ ἔν; ὁ τῶν πλεθῶν ἐ γέγονεν ἐλεύθερος. Et libr. 3. ὁ δῆτ' ἐυδύς εὐχεταί, ἀφειθῆναι ἐλεύθερος. Διὰ ἡ; δοκεῖν ὅλα ἴσῃς ἐκωσῶναις ἄπὸ θυμῶν δῶναι δερύειον. Vxor huius Offlij Clodia fuisse videtur, quam annos centum & quindecim vixisse, & quindecies enixam fuisse Plinius tradit lib. 7. c. 48.

Ad Antistium Labeonem patrem quod attinet, videtur is d. Iuriconsulto hic Cinna cognominari. Siq; ita est, tum fortassis per Cinnam ad filij differentiam is denotatur in l. deniq; 6. inf. de ritu nupt. & l. quibus 40. §. 1. de condit. & dem. Quod si verò ab eo diversus est, tum contra Iuriconsultam hic auditorum Servij ab eo hoc in loco commemoratorum plures sunt futuri quam decem. Porro de hoc Labeone jta Cicero in Bruto pag. 397. Coniunctus, inquit, Sulpitij aetati P. Antistius fuit, tabula sanè pro

probabilis, qui multos cum tacuisset annos, neq; contemni solam, sed irrideri etiam solitus esses, in Tribunatu primum contra C. Iulij illam consularis petitionem extraq; ordinariam veram causam agens est probatus: & eò magis quod eandem causam cum ageret eius collega, ille ipse Sulpitius hic plura & acutiora dicebat. Itaq; post Tribunatum primò multa ad eum causa, deinde omnes maxima quacunq; erant deferebantur. Rem videbat acutè, componebat diligenter, memoria valebat, verbis non ille quidem ornatis utebatur, sed tamen non abiectis. Expedita autem erat & perfacilè currens oratio. Et erat eius quidem tanquam habitus non inurbanus: actio paulùm cum visio vocis, tum etiam ineptijs claudicabat. Hac ille. Hic cum locum in tabernaculo ad corporis sui modum effodisset, ac qua coniugi liberisq; indicanda erant, servis suis ex ordine disseruisset, fidelissimo illorum unè dextra prehensò, & manumittentium more circumactò conversòq; gladium tradidit, jugulumq; illi prabendo, tabernaculum sepulchri loco sortitus est, autore Appiano lib. 4. bell. Civil. in fine. Λαβειών ἦ, inquit, ἤπι σοφία γνώριμῳ, ὁ πατήρ λαβειών & καὶ ἐμπειρίαν νόμων ἔη νῦν περλονόμεν, βόθρον ἐν τῇ σκηνῇ τὸ μέγαθῷ ἀύτορκῆ σώματι ὀρυζάμεν, καὶ τὰ λοιπὰ τοῖς θεράπυσιν ἐπιειλάμεν ἐπίσκηψε τῇ γυναικί, καὶ τοῖς παισὶ πατρὶ ὠν ἐβύβλο, καὶ τὰ χεῖρῶν φέρειν ἔδωκε τοῖς οἰκίταις ἔῃ πωρολάτῃ τὸ δεξιὰς λαβόμεν, καὶ πατρὶς ψέας αὐτὸν ὡς ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐλάττειν, ἤπις πεφομένω ξίφῳ ἔδωκε, καὶ τὴν σφαγὴν ὑπέλαξε. καὶ τῷ ἦ ἦ ἢ σκηνῇ τὰφῷ ἐγίνετο.

Deniq; ad Publicium Gellium quod attinet, meminist quidem Publicij casusdam Inreconsulti Modestinus in l. sub diversis. si. de cond. & dem. & Ulpianus in l. 2. §. liberi 4. ad S. C. Tertull. Verum temporum ratio non convenit. Ideoq; verisimile est, quod, ut Hostomannus opinatur, sextus scriptura sit depravata, ac pro Publicola Gellius, Publicius Gellius, sit substiti-

346 *De Q. Muc. Sca. Serv. Sulp. illorumq;*
sutum. Lucius enim Gellius in Valeriorum familiam adoptatus,
Publicola cognominatus est. Unde fieri potest, ut cum ex Pom-
ponij illiusq; aetatis consuetudine, inversa ratione Publicola
Gellius pro Gellius Publicola scriptum esset, in illius scriptura
locum Publicius Gellius postea irreperit. Gessit Magistratus
ferè omnes: & non solum honoribus ad Censuram usq; defunctus
est, ut Valerio placet libr. 5. c. pen. verum ad dignitatem etiam
evectus est Consularem. Fuitq; Consulcum M. Corceio Nerva,
anno urbis 718. autore Cassiodoro & Dione lib. 48. in fine. Cumq;
Consulatu se ille abdicasset, in eius locum, ut fragmenta Capisoli-
na ostendunt, alius subrogatus est; & quidem ut videtur. L.
Munacius Plancus, quem Plinius lib. 13. c. 3. bis Consulatu fun-
ctum scribit, neq; tamen iterum Consul quando fuerit, ullibi a-
lias reperies. Meminit illius etiam Cicero in Bruto pag. 377. L.
Gellius, inquit, non tam vendibilis Orator, quam ut nescires quid
ei deesset, nec enim erat indoctus, nec tardus ad excogitandum:
nec Romanarum rerum immemor, & verbis solutus satis, sed in
magnos Oratores inciderat eius aetas: multam tamen operam a-
micis & utilem praeavit, atq; ita diu vixit, ut multarum aetatum
oratoribus implicaretur, multum etiam in causis versaretur. Hac
ille.

24
 C. Trebati-
 us Testa,
Addit Iurisconsultus: Fuit eodem tempore & Tre-
batius Q. Cornelij Maximi auditor. Cornelij Alfenn
meminit in l. 16. de fund instr. vel instrum. leg. Trebatius
autem C. Trebatius Testa dictus est, eundemq; & Augusto
Imperatori & Ciceroni familiarem fuisse, ex eo apparet, quod
illius suaso Augustus codicillorum usum introduxerit §. 1. instit.
de codicillis, & Cicero eam familiarem suam appellet lib. 4. Epi-
stol. familiar. Epistol. 1. Topicorumq; librum, exemplorum ex
jure depromptorum plenum, eidem dedicaverit, totiesq; literam
cum eo commutaverit, ut totus ferè liber 7. Epist. famil. epistolis
 ad

ad Trebatium scriptis, ut plurimum jocosis, sic refertur. Huius maximam auctoritatem fuisse affirmat Iustinianus in d. S. 1. in-
stit. de cod. eumq; Flaccus patrem optimum & doctum appellat,
ut interpres eius Landinus, virum senectute & scientia Iuris
Civilis venerandum. Et Pomponius, hic peritiorum quam
eloquentiorum, compluresq; eum libros reliquisse, sed qui
minus frequententur. Es sane eum non solum de Iure Civili
libros aliquot composuisse, verum de religionibus etiam libros
novem; ex Horatii interprete Porphyrione constas, & Gellio lib.
6. c. 12. ubi verba quaedam ex libro de religionibus secundo ci-
tat. Eum & versu Heroico plurimum valuisse, & inter Poetas
numeratum fuisse, ex eodem Porphyrione cognitum est, traditq;
ex eo Alexand. Neapol. lib. 6. gen. dier. c. 23. confirmatq; hoc
ipsum Horatius, qui illi ut Poeta & Iurisconsulto scribit lib. 2.
serm. sat. 1. Plurima eius mentio in Digestis fit; licet qua ab
eo dicta sententia proponitur reijci sapere soleat. Citaturq; possi-
mum in l. unic. de offic. quest. l. 10. in fine. de pact. l. 18. §. 3. &
4. de dol. mal. l. 21. §. 1. de recept. l. 33. de rei vind. l. 9. de
usufr. l. 5. de his qui effud. vel deiec. l. 6. §. 4. com. divid. l. 14. §.
10. de relig. & sumt. l. 1. §. 29. & l. 21. de posit. l. 22. §. 10. mand.
l. 45. & 79. de const. emt. l. 1. §. 2. de peric. & com. rei vend. l. 3.
§. 19. & l. 17. §. 1. & l. 21: §. ult. de act. emt. l. 6. 12. & 14. de
adilt. edict. l. 56. in fine. de evict. l. 64. de donat. int. vir. l. pen.
§. 1. & 2. solut. matr. l. pen. de test. tutela l. 13. 21. 59. & 69. de he-
red. inst. l. 39. de vulg. & pup. l. 11. de jur. delib. l. 5. & 30. de
leg. l. 49. §. 2. de leg. 2. l. 29. l. 30. & l. 100. de leg. 3. 17. de ann. leg.
l. 31. de usufr. leg. l. 7. de trit. leg. l. pen. & ult. eod. l. 4. 12. §. 5. & l.
25. & 26. de inst. vel instru. leg. l. 22. de pecul. leg. l. 3. de pen. leg. l.
11. de sup. leg. l. 14. de reb. dub. l. 8. & 40. de cond. & dem. l. si. in fi.
de grad. l. 9. §. 1. & l. 24. in fi. & 25. de dam. infect. l. 1. §. 4. de
aquo. plu. l. 3. & 11. eod. l. 3. §. 8. & 9. & l. 39. §. 2. & 4. de

348 *De Q. Muc. Sca. Serv. Sulp. illorumq;*
statulib. l. 5. 16. 19. & 41. de acq. rer. dom. l. 3. §. 4. de acq.
poss. l. 3. pro donat. l. pen. pro suo l. 1. §. 12. de aq. quotid. l. fin. de
cloac. l. 1. & 22. quod vi aut clam. l. fin. de bom. lib. exhib. l. 20.
de except. rei jud. l. 72. de verb. oblig. l. 21. de furt. lib. 1. arb.
furt. cas. l. 17. §. 2. de iniur. & l. 27. de capt. & postl. revers.

25
 A. Calce-
 us.

Sit Pomponius: Fuit & Aulus Calcelius Quinti
Mucij Volosij auditor. Est & huius Iurisconsulti frequens
in Iure mentio, ut l. 29. & 100. de leg. 3. l. 6. de dos. pral. l. 7.
de trit. leg. l. 4. & 26. de inst. vel instrum. legat. l. 10. de sup.
leg. l. pen. de aur. & arg. leg. l. 40. §. 1. di cond. & dem. l. 1.
§. 13. de aq. plu. arc. l. 1. quod vi aut clam. & l. 158. de verb.
sig. Meminitq; illius etiam Ammianus Marcellinus libr. 30.
pag. 660. de Iurisperitis loquens: Hi, inquit, ut alius videan-
tur Iura callere, Trebatium loquuntur & Calcelium & Alfe-
num, & Aurancorum Sicanorumq; jam diu leges ignotas, cum
Evandri matre ab hinc seculis obrutas multis &c. Et Horatius
in arte Pœtica his versibus:

O maior iuvenum, quamvis & voce paterna
Fingeris ad rectum, & per te sapis, hoc tibi dictum
Tolle memor, certis medium & tolerabile rebus
Recte concedi. consultus Juris & actor,
Causarum mediocris, abest virtute discreti
Messalla, nescit quantum Calcelius Aulus &c.

26 *Fuit in precio apud alios Jurisconsultos non parvo. Ita enim Ja-*
volenus in l. cum ex filio. 39. inf. de vulg. & pupil. subitatio-
nem pupillarem impuberi emancipato ex Calcelij aliorumq; consilio
factam dicit valere, licet alias emancipato filio pupillariter sub-
stitui nequeat. 2. eod. tit. Et Paulus in l. 3. §. ult. inf. de supel. leg.
refert, Vas argenteum diu non fuisse habitum in supelle<li, se-
cundum Calcelij severitatem, nondum admittentis supelle<ilem
argenteam. Eum Macrobius Iurisconsultum urbanis at is vocat
lib. 2. c. 16. Et sanè ut urbanis at is, ita & libertatis IC. fuit eximia:

Cum

Cam enim nec Triumviris obtemperaret, rogantibus, ut formulas, ad eorum acta accommodatas conciperet, & multa liberè de Caij Casaris temporibus loqueretur, admonentibus amicis, ut sibi caveret: duas res, quæ hominibus amarissimæ viderentur, magnâ sibi licentiam prabere respondit; senectutem & orbitatem: quod Senex citò periturus esset, etiamsi nemo occideret, & orbis nec quos curaret haberet, nec etiam quibus timeret; autore Valerio lib. 6. c. 2. Quod autem in respondendo interdum faceris etiam fueris, illud ex eo facile animadvertere licet: quod cum lapidatus à populo Vatinius gladiatorium munus iterum ederet, obtinissetq; ut AEdiles edicerent, ne quis in arenam, nisi pomum mitteret: consultus à quodam, an nux pinea pomum esset? festivè responderit: si in Vatinium missurus es, pomum eris: autore Macrobio lib. 2. Saturn. c. 6. & Aelianus lib. 6. paterg. c. 2. Idem consultori dicenti, navim dividere volo: perdes, inquit: ille de precio navis, mercibusq; consulebas: hic aliud respondit: Nam ipsam dividere navim, est navem perdere. Macrobi. d. c. 6. Quintilianus lib. 6 c. 4. & Erasmi. lib. 6. Apoph. pag. 493. Eam notas in Labeonem scripsisse arbitratur Cuiacius in l. 17. de hered. instit. ubi per Aulum cum existimat designari. Et sanè si ita est, tum juvenem adhuc scripsisse Labeonem dicendum est, cum Triumviratus tempore Cascelius effectus fueris senectutis. Alias, nisi de patre accipere velles, qui illam notare posueris, ignoro. Addis Iuriconsultus: Scripta Cascelij non extant nisi unus liber Benedictorum. Benedicta Græci εὐρηματὰ nominant: & εὐρηματικὸν librum singularem Modestinum etiam scripsisse testis est Index Digestorum qui μονοβιβλιος Modestini etiam Eurematica annumerat. Sunt autem Eurematica, consilia & cautiones, rei jurisq; sui tuendi causa excogitata, autore Cuiac. libr. 12. obser. c. 32. ubi libros huiusmodi ait, posteriores, appellasse cautelas.

27

DE TUBERONE QUI OFFILIO
operam dedit, Caput XL L*Post hos Tubero fuit.)*

1: Tuberonis, qui Offilio operam dedit, in Iure mentio ubi extet? 2: Ad Iuris studium qua occasione pervenerit? 3: Orationes Ciceronis Cæsaris quæ? & quare sic vocatæ? 4: Cicerone pro Ligario orante Cæsar quomodo affectus? 5: Consul Tubero an fuerit? 6: Pro Vfus apud Pomponium an Versus substituendum, & quare non?

1 **S**ubjungit Pomponius; Post hos Tubero fuit, qui Offilio operam dedit. *Hic etiam Tubero frequenter in Iure nostro nominatur, ut l. 2. de usu & hab. l. 5. 6. & 7. de pecul. l. 77. de cont. emt. l. 13. §. pen. de act. emt. l. 20. in fine, & 43. de leg. 3. l. 7. de trit. leg. l. 25. de inst. vel instrum. leg. l. 7. de sup. leg. ubi Celsus se Tuberonis & ratione & autoritate moveri dicit. l. 32. §. 1. de aur & arg. leg. l. 1. de ag. plu. l. 72. de verb. oblig. & alibi. Ad studium autem Iuris, tali occasione pervenit. Cum enim prius causis agendis occuparetur, & 2. Ligarius ab eo accusatus absolveretur, ad Ius Civile animum applicavit, ac professionibus studium suum addixit. Ligarij autem accusatio, inde originem duxit. Cum enim legatus in Africam profectus, à Considio Consule decedente, propter virtutem suam Provincia in vitus proficeretur, bellum interea Civile exarsit. Quod cum in Africa auditum esset, ij qui ibi erant, ducem qui bello præsset, quarebant. Cumq; Ligarius domum respectans, atq; ad suos properans, nullo se implicari negotio passus esset, P. Aetius Varius Prætor intervenit, qui imperium cupidissimè arripuit, utq; Ligarius, qui omne tale negotium cuperet effugere, eius adventum acquivit. Interea Tubero, qui castra Pompeij sequebatur,*

à Senatu in Provinciam missus est, quem adventantem Ligarius, ut Iurisconsultus hic inquit, applicare non permittit, nec aquam haurire: ideo in Thessaliam ad Pompeium redire Tubero est coactus. Finitus igitur bellis Civilibus, cum sensit Tubero nonnullos de Ligario deprecari apud Casarem, qui tunc Republicam tenebat, cum accusavit. Verum Cicero patrocinium eius suscepit, habita oratione, ut Iurisconsultus hic inquit, Pulcherrima quæ inscribitur pro Q. Ligario. Hac oratio ex Ciceronis orationibus Casarianis est. Tres enim orationes Ciceronis fuerunt Casarianæ, una pro M. Marcello, in qua Senatus nomine gratias Casari egit pro Marcelli restitutione, altera pro Q. Ligario, & tertia pro Rege Deiotaro. Quæ ideo Casarianæ dictæ sunt, quod præter morem reliquarum orationum, non ad iudices aut populum, sed ad dominantem Casarem sint habita, quæ in unum corpus postea vel à Tyrone Tullio, vel à Grammaticis redactæ, uno nomine Casarianæ sunt appellatæ. Oratio igitur pro Q. Ligario ex Casarianis secunda est, de qua ita Plutarchus in vita Ciceronis fol. 312. Fertur, inquit, in causa Q. Ligarij, qui & ipse annus ex adversarijs Casaris habebatur, patrono Cicero Casarem ad benevolam suum versum dixisse: Vir ille diu malus, nosterq; hostis probatus: sed quid interim nos impedit Ciceronem audire? At cum orare Cicero cepisset, tanta orationis varietate, tanta gratia admirabilis fuit, ut Casar in colores plurimos vultum verterit, manifestumq; foret, omnes animi sui mutationes mirè potuisse cognoscere. Pharsalicam tandem pugnam cum Orator attingeret, ille velut amens corpore exiit. Libellos præterea quosdam manibus fluxisse traditur. Quare Casar orationis vi coactus, reum crimine liberat. Hac ille. Quod ipsam sanè, ut à veritate alienum non est, ita ab his etiam, quæ Cicero ipse libr. 6. Epistol. familia. epistola 14 ad Q. Ligarium scripsit, dissentire non videtur.

Ita

352 De. J. C. qui sub Augusto floruerunt.

Ita enim mihi ille: Cum, inquit, fratres & propinqui tui iacerent ad pedes, & ego essem locutus, quæ causa, quæ tuum tempus postulabas, non solum ex oratione Caesaris, quæ sanè mollis & liberalis fuit, sed etiam ex oculis & vultu, & multis præterea signis, quæ facilius perspicere potui, quàm scribere, hanc in opinionem discessi, ut mihi tua salus dubia non esset. Eum Consulem quoque fuisse cum Q. Fabio Maximo ostendit Dion libr. 54. histor. Rom. pag. 333. & annalium Consulatum annus 742. ubi tamen Fabius ille non Q. sed Paulus dicitur. Eoq; Consulatum Iulius Frontinus in lib. de aqueduct. cautum scilicet scribit, ut aquam nisi ex castello ducere non liceret. Sub eius Consulatu Plinius quoque narrat libr. 8. c. 17. quod ab Augusto primo omnium theatri Marcelli dedicatione tigris Roma ostensa fuerit in cavea mansuetæ.

Subjicit Iurisconsultus de eodem Tubero: Tubero, inquit, doctissimus quidem habitus est Iuris publici & privati, & complures utriusq; operis libros reliquit: sermone etiam antiquo usus affectavit scribere, & ideo parum libri eius grati habentur. Quo in loco Budeus quiq; eum secuti sunt, pro usus, versus substituendum esse opinantur. Sed malè. Vt sur enim Iurisconsultus ibi τῷ ἀνακαλύδῳ, ac ad προλογίῳn promissam, ἀπόδοσιν infert non convenienti verbo etiam pro verum ponendo, taliratione, Tubero doctissimus quidem habitus est &c. verum sermone antiquo usus affectavit scribere, & ideo parum libri eius grati habentur. Est itaq; sensus hic: quamvis Tubero complures utriusq; operis libros reliquerit, quia tamen sermone antiquo usus, scribere affectaverit, ideo libros illius parum gratos haberi. Ea q; loquendi figura Iurisconsultis usq; adeò incognita non est. Ita enim & Ulpianus in l. 9. §. 6. quod met. caus. Licet inquit, in rem actionem dandam existimemus, quia res in bonis est eius qui vim passus est. Verum non sine ratione dicitur, si in

quadru-

quadruplum quis egerit finire in rem actionem vel contrā. pro; tamen non sine ratione dicetur &c. Et in l. 2. inf. de his qua in test. del. idem Vlpianus, Multum interesse arbitror, utram illum tantum fraudare voluit hereditate, an verò causa illius totum testamentum infirmare, ut licet unus inductionis causam prabuerit, verum omnibus obfuerit &c. pro; tamen omnibus obfuerit. Vtrobique enim *ἁπόδοσις* convenienti verbo non fit. Et in l. 3. §. 2. de in rem vers. idem Vlpian. Regulariter, inquit, dicimus totiens de in rem verso esse actionem, quibus casibus Procurator mandati vel qui negocia gessit negotiorum gestorum haberet actionem. pro, quotiens Procurator mandati &c. Nam & hic *ἁπόδοσις* convenienti verbo non fit. Verum hac de re plura aliquando, si vitam DEVS prorogaverit, aliaq; passe fuerint occupationes, in libris De Elocutione Legati.

DE IVRECONSULTIS, QUI TEM- pore *μοναρχίας* imprimisq; ijs qui sub Au- gusto floruerunt, Caput XLII.

Posthunc maxima autoritatis.)

1. Ateius Capito ubi & à quibus in Iure nominetur, & qui fuerit? 2. Quæ Tibesij in illum, illiusq; in hunc obsequia? 3. In re literaria quid præstiterit? 4. Consul an fuerit, & cum quo? 5. Labeonis in Augustum libertas quæ fuerit? 6. Magistratus quos sustinuerit? 7. Vbi & à quibus in Iure celebretur? 8. Scriptis quibus claruerit? 9. Capito Labeoq; diversas sectas an fecerint? 10. Occasio sectarum unde manaverit? 11. Principes sectæ cuiuslibet qui fuerint?

Svb Augusto floruerunt Ateius Capito & Antistius Labeo, Jurisconsulti, ut Pomponius hic loquitur, maximæ autoritatis, adeo ut non immerito eos Cornelius Tacitus lib. 3. annual. pag. 185. duo pacis decora nominaverit. Ac Caius quidem Ateius Capito, cuius Proculus meminit in l. quidam 13 de serv. prad. urb. & Vlpianus in l. quod & Ateius 29. de risu

1
Ateius Ca-
pito.

ritu nupt. Labeo in l. 7. §. 9. de jur. dot. l. 30. §. ult. de leg. 3. & l. pen. de aur. & arg. leg. Paulus in l. 2. §. 3. de aq. & aq. plu. arc. Cicero epist. fam. lib. 13. epist. 30. Velleius Paterculus histor. Rom. lib. 2. circa mediam, & Suetonius de illustribus Grammaticis c. 10. avo Centurione Sullano, patre pratorio, principem in civitate locum studijs civilibus adserutus est, eodem Tacito auctore, loco commemorato. Pervenitq; ad imperium usq; Tiberij, qui in eam obsequentior fuit, quam fortassis par videri poterat. Vt enim eiusdem Taciti verbis d. lib. 3. pag. 181. utar, Lucium Enniam, equitem Romanum, maiestatis postulatum, quod effigiem principis promiscuum ad usum argenti vertisset, recipi Cæsar inter reos vetuit, palam assernante Ateio Capitone, quasi per libertatem: non enim debere eripi patribus vim statuendi, neq; tantum maleficium impunè habendum: sanè lentus in suo dolore esset, Resp. iniurias ne largiretur. Intellexit hac Tiberius ut erant magis quàm ut dicebantur, perstititq; intercedere. Quod ne insolenter nimium factum è Capitone videretur, idè mutuo obsequij officio cõpensare illud, postea vicissim studuit. Cum enim M. Pomponius Marcellus ex oratione Tiberium reprehendisset, Capito eum defendis, & esse illud Latinum affirmavit, & si non esset futurum certè. Tum refellens Capitonem Pomponius subiicit; Tu Cæsar, civitatem dare potes hominibus, verba non potes; referente Suetonio in libello de illustribus Grammaticis c. 22. & Erasmo in Apophth. lib. 8.

Fuit humani diviniq; juris scientissimus; eodem Tacito attestante d. lib. 3. pag. 182. ita enim Gellius quoq; lib. 10. c. 20. eum publici privatiq; iuris peritissimum nominat: ut Macrobius lib. 7. c. 13. Pontificij iuris inter primos peritum. Scripsitq; libros non solum conjectaneorum quamplurimos, quorum in genere Gellius meminit lib. 2. c. 22. & lib. 20. c. 2. & Non. Marcellus in verb. Sisticines. col. 1104. in pr. in specie verò libri octavi qui de iudi cius

dicis publicis *inscriptus fuit Gell. lib. 4. c. 14. ac fortassis cōmentarius de iudiciis publicis ab eodem dicitur lib. 10. c. 6. in fine, & libri ducentefimi quinquagesimi noni lib. 14. c. pen. & ult. Verum unum etiam librum de Officio Senatorio ex quo idem Gellius quadam producit lib. 4. c. 10. & aliquos de iure sacrificiorum ex quibus libro non nominato Festus quadam allegat de verb. sig. pag. 28. in verb. Porcam. pag. 305. in verb. Propadrianus, & pag. 376. in verb. Ratile. ex libro autem primo quadam etiam Macrobius lib. 3. Satur. c. 7. alias 10. Et deniq, aliquos de iure Pontificio ex quorum quinto Gellius similiter quadam citat lib. 4. c. 6. ex sexto autem aliqua etiam Sextus Festus de verb. sig. pag. 178. in verb. Mundus. Eam Iurisconsultus hic, Consullem quoq, fuisse dicit: Rectè. Idenim Cornelius Tacitus d. lib. 3. pag. 185. confirmat, dum inquit: Capironi Consulatum Augustus adceleraverat, ut Antistium Labeonem, ipsdem artibus præcellentem, dignatione eius Magistratus antiret &c. Et sane fuit Consul cum Germanico Cesare, anno urbis 763. quemadmodum ex annalibus Consulum apparet, & testatur Suetonius in Caligula c. 8. in pr. In quo ipso Consulatu, non solum Suetonius loco prædicto Casiam Casarem pridie Calend. Septemb. natam esse affirmat, veram refert etiam Vlpianus in eo hoc eum decrevisse, quod invitam libertam uxorem ducere Patronus non possat. l. 2. g. juncta l. præcedenti De rit. nups. In Fastis tamen Consularibus non Ateius sed Fonteius appellatur: quemadmodum & apud Sueton. loco citato, & Horat. lib. 1. serm. Satyr. 5. his versibus:*

————— interea Mecænas advenit atq,

Cocceius Capitoq, simul Fonteius ad unguem.

Factus homo, Antoni non ut magis aliter amicus—

Alius est L. Fonteius Capito, qui anno urbis 811. cum C. Vipsanio Aproniano Consul fuit, de quo Iuvenalis intelligendus est Satyra 13. illis versibus:

————— super hac, qui iam post terga reliquit
Sexaginta annos, Fonteio Consule natus.

5
Q. Antistius
Labeo filius

Q. Antistium Labeonem *Ascius Capito in quadam epistola apud Gellium lib. 13. c. 12. legum atq. morum populi Romani, Iurisq. Civilis doctum apprimè fuisse scribit, sed tanta agitatum libertate, ut Divo Augusto iam principe, & Republicam obtinente, ratum pensumq. nihil haberet, nisi quod iustum sanctumq. esse in Romanis antiquitatibus legisset. Sic cum Senatus lectio illi ab Augusto commissa esset, Triumvirumq. legeret Marcum Lepidum, hostem olim eius, & tunc exulantem, interrogatus ab eo, an alij digniores essent? respondit, suū quemq. habere iudicium. nec libertas illa aut contumacia fraudi illi unquam fuit; ut Suetonius refert in Augusto c. 54. & Dion lib. 54 pag. 326. in prin. nisi quod Dion ibi eam responsionem factam Augusto dicat: non videri sibi rem indignam hanc à se factam, quod eum virum in Senatu retinisset, quem ipse Augustus ad huc pateretur Pontificem Maximum. Sic cum mentio aliquando in Senatu illata esset, convenire, ut Augustum ipsi per ordinem singuli custodirent, nec contradicere Labeo auderet, neque etiam assentiendum putaret, somnolentum se, & excubijs pro eo agendis inhabilem esse, dixit; eodem Dione autore loco commemorato. Quo factum deinde est, ut cum in omnibus Augusto sese opposuerit, Horatius in Augusti gratiam eum insanum vocare minimè dubitaverit, lib. 1. serm. satyra 3. illis versibus:*

————— Labeoq. insanos, inter
Sanos dicatur? quanto hoc furiosus atq,
Malius peccatum est.

6 Eum intra Praefecturam stetitisse, tradit Tacitus d. lib. 3. in fine. atq. ob id commendationem illi ex iniuria ortam: Capioni contra, quod Consulatum adeptus esset, odium natum ex invidia. Consulatum tamen & illi ab Augusto oblatum, sed illum quo suffectus fieret, honorem suscipere noluisse demonstrat Iurisconsultus hic. In demortui enim locum suffici omissum fuisse dictum est sup. in §. post deinde cum census, hac lege nostra. Celebratur

in

*in iure nostro frequentissimè, ut à Paulo in l. quasitum. 34. de
 adops. l. & quia. 6. de iurisd. l. quamvis. 11. de in ius voc. l. 2.
 25. & 27. in pr. de pact. l. 19. §. 2. de neg. gest. l. servus 20. de
 dol. mal. l. rectè. 13. l. 22. in fi. ex quib. caus. maior. l. qualem 19
 in pr. de recept. l. si fructuarium. 13. quib. mod. usus. amit. l. 10.
 de ser. præd. rust. l. pen. de his qui deiec. vel effud. l. 24. & 26.
 §. 5. de nox. act. l. 19. §. fin. com. divid. l. 32. de relig. & sum.
 fon. l. 6. in pr. & §. 1. de cond. ind. l. 17. §. ult. commod. l. 2. §.
 4. de l. Rhod. de jact. l. 43. de pecul. l. 22. §. 10. mand. l. 6. in
 pr. §. 1. & 4. pro socio. l. 21. & 34. de cont. emt. l. 14. in pr. de
 in diem add. l. 42. de act. emt. l. 47. de adib. edict. l. 5. de evict.
 l. 9. §. 2. & 3. de iur. & fact. ig. l. 41. §. fin. de iur. dot. l. 2.
 quod fals. sus. l. 20. de her. inst. l. si quis 73. de acq. her. l. 5.
 de leg. 1. l. 49. §. 2. de leg. 2. l. 4. §. pen. de pen. leg. l. pediculus
 32. §. 1. de aur. & arg. leg. l. 2. §. 1. 4. 6. & 4. seqq. item §. 15.
 de aq. & aq. plu. arc. l. 4. in pr. de public. & vestig. l. 26. in pr.
 & fin. de acquir. rer. dom. l. 1. in pr. l. 3. §. 4. & 11. & l. 6. §.
 2. de acq. poss. l. 4. §. 5. & 6. & l. 8. de usurpat. l. 12. in pr. de
 reb. aus. jud. poss. l. 2. de rivis. l. 20. §. 1. de stipul. seru. l. 15. rai
 samo rem hab. l. 1. de furs. l. 1. arb. furs. cas. l. 3. Vi bon. raps. l.
 27. de iniur. l. 4. ad l. Iul. de vi priv. l. 5. ad municipal. & l. 5.
 14. 29. & 53. de verb. sig. Vlpiano in l. emancipatum. 7. in pr.
 de Senat. l. unic. §. 3. si quis ius dic. non obtemp. l. quiq. 4. in fi.
 de in ius voc. l. 1. si ex nox caus. ag. l. 2. §. si non 3. & l. si servus
 9. si quis caus. l. 1. 4. & 6. de edend. l. 7. §. 4. & 6. de pact. l.
 1. §. 4. de postal. l. 2. §. 4. l. 4. §. ult. & l. 8. de his qui nor.
 inf. l. servum. 33. in pr. de procurat. l. 3. §. 1. & 3. & l. 10. de
 neg. gest. l. metum 9. in pr. & l. item si. 14. §. 6. & 8. quod
 met. caus. l. 1. §. 1. & 5. l. & eleganter. 7. §. 1. & 2. l. si quis.
 9. §. 2. & 3. l. non debes. 11. l. 13. §. 1. & l. 21. de dol. mal. l. in
 causa. 17. §. 2. l. 16. in pr. de minor. l. 17. 26. §. 4. & l. 28. §. 3.*

358 De. JC. qui sub Augusto floruerunt.

& 4. ex quib. caus. maior. l. 3. in pr. l. 15. in fin. l. 17. §. 1. l. 25.
 & 27. §. 1. de recept. l. 1. §. 3. & l. 3. §. 1. nauis. caup. stab. l.
 heres. 19. §. pen. de indic. l. 18. in pr. de her. pet. l. 1. §. pen. si
 pars her. pet. l. 13. 15. & 19. de rei vind. l. 7. in pr. l. 12. & 13.
 §. pen. l. 15. §. 2. & l. 21. de usufr. l. 1. in pr. si usufr. per. l. 2.
 & 11. §. fin. l. 12. §. 1. & ult. de usu & hab. l. 2. §. fin. l. 4. §. 1.
 & l. 6. §. 2. si ser. vind. l. 5. §. 2. l. 7. §. 4. l. 9. in pr. l. 23. §. 4.
 l. 27. in fin. & l. 29. §. 2. ad l. aquil. l. antep. §. 4. de his qui
 effud. l. 4. §. fin. & l. 22. in pr. famil. ercis. l. 4. §. fin. l. 6. §.
 4. & 5. com. divid. l. 7. in fin. & 11. ad exhib. l. 8. in pr. l. 14.
 §. 3. 11. 12. & pen. de relig. & suu. fun. l. 4. §. 2. de cond. ob
 turp. caus. l. 2. n. fin. de eo quod cert. loc. l. 3. §. ult. & l. 27. de
 pec. const. l. 1. & 5. §. 9. & penult. commod. l. 5. §. 1. & 2. de
 inst. act. l. 5. §. 5. l. 7. §. pen. & l. 8. §. fin. de tribut. act. l. 3.
 §. 1. & pen. & l. 7. §. ult. de pecul. l. 1. §. ult. quand. de pecul.
 act. annal. est. l. 3. & 3. §. 3. 5. & 6. & l. 7. §. 3. de in rem vers.
 lr. §. ult. quod iuss. l. 13. de compens. l. 1. §. 10. 26. & 29. de
 pos. l. 8. in pr. & l. 10. §. 7. & 8. mand. l. 50. de cons. emt. l. 13.
 de in diem add. l. 2. §. 14. de her. vel act. vend. l. 1. §. 2. de per.
 & com. rei vend. l. 11. §. 3. l. 13. §. 17. & l. 17. §. 4. de act.
 emt. l. 11. §. fin. l. 13. §. 1. 7. & pen. & l. 19. §. 1. & 4. locat.
 l. 17. 19. & 20. in pr. & si. de prasc. verb. l. 17. §. 10. 12 & 13
 de adil. edict. l. 51. in fi. de evict. l. 9. de sponsal. l. 32. §. pen.
 de don. int. vir. & ux. l. 22. §. 6. & l. 64. §. pen. sol. matr. l.
 1. §. 2. de imp. in res datal. fact. l. 13. & 19. de act. rer. amor. l.
 5. §. 1. de l. g. tut. l. 3. §. 3. de tut. & rat. distr. l. 3. in pr. de
 cons. tut. act. l. 9. quod fals. tut. l. 6. de lib. & post. l. 9. §. 5.
 l. 13. in pr. & §. pen. l. 17. in pr. & §. fin. de her. inst. it. l. 7. de
 jur. delib. l. 1. §. pen. si quis omis. caus. rest. l. 3. §. 10. de SC. Si-
 lan. l. 30. & 47. in fi. de leg. 1. l. librorum. 52. §. fin. de leg. 3.
 l. 12. §. 3. & 4. de inst. vel inst. leg. l. 8. §. 3. de pecul. leg. l.

§. 1. de pen. leg. l. 12. in pr. quando dies leg. l. 3. §. 1. de bon.
 poss. cont. tab. l. 1. in fi. de vent. in poss. mit. l. 36. de oper. lib. l.
 1. in pr. Vnde cog. l. 6. de grad. l. 3. §. 2. l. 20. §. 4. & l. 21. §.
 ult. de oper. nov. nunc. l. 13. §. 3. l. 15. §. 2. 5. 9. 12. 18. 19. &
 pen. l. 24. §. 1. 2. 3. 4. & pen. & l. 30. §. 1. de dam. inf. l. 1. §.
 8. & 13. cum tribus seqq. l. 3. 4. & 10. de aq. & aq. plu. arc. l.
 18. in fi. & l. 19. §. 1. de donat. l. 3. §. 1. & 8. de statulib. l. 22.
 pen. de lib. caus. l. 6. in fi. de acq. poss. l. 4. §. 1. de re indic. l.
 7. §. 5. quib. ex caus. in poss. eat. l. 15. in fin. de reb. aut. iud.
 poss. l. 6. §. 2. 6. 8. & l. 10. §. 6. qua in fr. cred. l. 3. §. 5. de tab.
 exh. l. 2. §. 1. 8. 15. 16. 24. cum 2. seqq. ne quid in loc. publ. l.
 1. §. 8. 11. & ult. de fluminib. l. unie. §. ult. ne quid in flumin.
 publ. l. unie. §. 1. us in flu. pub. navig. lic. l. 1. §. 17. & seq. de
 vi & vi arm. l. pen. §. 3. & 5. uti possid. l. 3. in pr. & fin. de itin.
 actuz. pr. l. 1. §. 7. 8. 10. & 21. de aq. quotid. l. pen. §. 1. & 2.
 de rivis. l. 1. §. 4. & 5. de cloac. l. 1. §. pen. l. 5. §. 1. & ult. l. 7.
 §. 4. l. 11. in pr. l. 13. §. 1. & 3. & l. 15. §. 1. & 2. quod vi aut
 clam. l. 8. §. 1. & pen. de precar. l. 1. §. 1. de arb. cad. l. 3. §.
 ult. de hom. lib. exh. l. 1. §. 1. de migrand. l. 4. §. 1. 3. 5. 7. 13.
 & seq. & §. 18. de dol. except. l. 67. de verb. oblig. l. 8. §. 1. de
 accept. l. 23. 25. 31. & 50. §. fin. & l. 52. §. 5. de furt. l. 1. in
 pr. & l. ult. si is qui se st. lib. esse iuss. er. l. 3. §. 1. & 2. arb. furt.
 cas. l. 2. §. 10. & l. 4. in pr. & §. 1. Vi bon. rapt. l. 3. §. 2. & 6.
 de incend. ruin. naufr. l. 1. §. 1. & 5. l. 5. §. 2. l. 7. §. 4. & fin.
 l. 13. §. 4. & seq. l. 15. in pr. & §. 3. 5. 12. 13. 20. 29. 30. & 33.
 l. 17. §. 26. de iniur. l. 3. §. 9. de sepul. violat. l. 1. de pravar.
 l. 23. in pr. ad l. Iul. de adult. l. 28. 43. 45. 60. & 164. de verb.
 sig. Pomponio in l. ex meo 24. de ser. prad. rust. l. 17. quema. ser.
 amis. l. 15. ad exhib. l. 4. de iureiur. l. pen. de cond. caus. dat. l. 3.
 de pig. act. l. 60. in pr. & §. 1. pro socio l. antep. de peric. & com. rei
 vend. l. 6. §. 3. de act. emt. l. 64. de adsh. ed. l. 2. de naufr. fan.

360 De. J.C. qui sub Augusto floruerunt.

l. 18. de jur. dos. l. 29. de don. int. vir. & ux. l. 18. in pr. sol. mat. l. 21. & 29. de her. inst. l. neminem 17. de acq. her. l. 12. & 36. de leg. 1. l. 11. in pr. de leg. 2. l. nuper. 85. in fi. de leg. 3. l. 6. & 8. de cond. & dem. l. si Titio 22. quando dies leg. l. 8. de oper. lib. l. 19. de aq. & aq. plu. arc. l. 41. in fi. de man. test. l. 8. & 29. de Statulib. l. 19. in fi. & l. 28. de acq. rer. dom. l. 32. in fi. de Vfur. l. 19. de solut. l. 245. & seq. de verb. sig. Venaleio in l. ult. §. 1. & pen. qua in fr. cred. l. ult. de cloac. l. ult. quod vi ans clam. l. ult. de precar. l. pen. §. 2. de divers. temp. presc. l. 137. §. pen. de verb. oblig. & l. 8. §. fin. rat. rem hab. Celfo in l. ult. de reb. cred. l. 6. de pecul. l. 59. in pr. de her. inst. l. si filia. 43. de leg. 3. & l. 7. in pr. de supell. leg. Iavoleno in l. eius servam. 64. de her. inst. & l. 116. de verb. sig. Proculo in l. si ita. 86. de leg. 3. Neratio in l. 9. de Carbon. edit. & l. pen. de dam. inf. Iuliano in l. si pupilli. 6. §. 2. 3. & 5. de neg. gest. Caio in l. sed ipsi. 13. de usu & hab. l. 2. ad l. Aquil. & l. si ita 69. de condit. & demonst. Marciano in l. 45. de cont. emt. & l. legatis. 65 in pr. de leg. 3. Terentio Clemente in l. eum. 10. de jur. patr. Scavola in l. ult. §. fin. de donat. & l. ult. si famil. furt. fec. Papiniano in l. 1. de prescript. verb. & l. Stichum 95. §. 5 de solut. Callistrato in l. etiam 45 de minor & l. 1. §. 1. de jur. fisci. & Iustiniano in §. 1. Instit. de Codicill.

8

Eum volumina quadringenta reliquisse ex quibus plurima inter manus versentur scribit idem Iuriconsultus hic. Rectè. Libros enim illum quamplurimos scripsisse de officio Prætoris tam urbani quam peregrini iam supra ostendimus c. 23 in fi. Scripsit etiam libros aliquot ad editum, quorum primum Ulpianus laudat, in l. 1 §. 4 inf. de fugitivis, & quartum Gellius lib. 13. c. 10. Scripsisse quoque illum Commentarios in XII. Tabulas cum Gellius testatur lib. 1. c. 12. & lib. 20. c. 1. eum Feneſtell. lib. 1. c. 6. in fine, citatque commentariorum

ad

ad XII. Tabulas librum secundum idem Gellius libr. 7. c. 15. in pr. Commentarium etiam in Ius Pontificium composuit: laudatq; commentarij Iuris Pontificij librum nonum Sextus Festus de verb. sig. pag. 299. in verb. Proculinat. decimum idem Festus pag 436. in verb. Spurcum. undecimum idem pag. 308. in verb. Prox. decimumquintum idem pag. 423. in verb. Sistere. Librum quoq; eundem de officio Auguris scripsisse testatur idem Festus de verb. sig. pag. 350. in verb. Remisso exercitu. Meminit etiam librorum epistolarum Labeonis Pomponius, in l. rerum mixtura 30. infr. de usurp. & usuc. Verum cum epistolarum libros scripsisse Labeonem non appareat, verisimile est, quod in nomine fuerit erratum, ac pro Iabolenno, Labeo scriptam. Deniq; ut Πειραιων libros octo composuit, ita Posteriorum libros quamplurimos; licet Iustiniani aetate Posteriorum decem solummodo libri superstites fuerint, quorum rivulis nostra Digesta hodie irrigata reperiuntur; quemadmodum ex Indice Digestorum inquirenti constare poterit. Es quidem ad libros Πειραιων siue probabilium, quorum Pomponius meminit in l. fin. inf. de verb. sig. quod attinet, sunt & hi, ut Alfeni Digestorum libri, à Paulo epitomati: Estq; ex horum primo petita l. ult. si serv. vind. l. ult. de l. Rhod. de jac. l. 53. de act. emt. l. ult. locat. l. ult. de pignor. l. 31. de leg. 3. l. 13. de dot. praleg. l. 9. & ult. de instr. vel instrum. leg l. ult. de bon. lib. l. 41. de statulib. Ex libro secundo l. ult. de posis. l. ult. de hered. vel act. vend. l. pen. de act. emt. l. pen. de factis. Ex libro tertio l. ult. de statulib. l. ult. de vi & vi armat. Ex libro quarto l. antepen. de rei vind. l. 12. de sap. leg. l. 28. de capt. & postl. revers. & l. 244. de verb. sig. Ex libro quinto l. ult. de naut. fact. l. ult. de ant. & consens. tut. l. ult. de usurp. l. ult. de acceptil. Ex libro sexto l. pen. de rei vind. l. pen. de jur. dot. l. pen. de acq. rer. dom. l. pen. de capt. & postl. revers. Ex libro

septimo l. 28. de probat. Deniq; ex octavo libro l. ult. de capl. & postl. revers. Ad libros Posteriorum quod attinet, quorum Ulpianus meminit in l. 2. de usu & habet. Paulus in l. 6. de cond. indeb. & l. 6. §. 4. pro socio. Marcianus in l. 47. de cons. ems. Neratius in l. pen. de dam. inf. & Pomponius in l. 21. de statulib. sunt illi Posteriores dicti, quasi Postumi, quod scilicet post auctoris mortem editi essent, teste Cuiac. lib. 3. obs. c. 4. in fi. Quorum tres continui, trigesimus octavus, trigesimus nonus, & quadragesimus, pleni omni genere rerum fuerant, ad enarrandam & illustrandam linguam Latinam conducentium; Gellio autore d. libr. 13. c. 10. Quos omnes Iavolenus Priscus in Epitomen redegit, licet ad Iustiniani tempora, ut dictum est, decem solummodo pervenerint. Quo fit ut leges ex his libris deprompta interdum Iavoleno Epitomatori, & interdum Labeoni & Triboniano reperiantur attributa. Estq; ex horum primo, desumpta l. 53. de adil. edict. l. 2. qui test. fac. poss. l. 9. & 39. de vulg. & pup. l. 60. & 62. de acq. hered. l. 39. de cond. & dem. & l. 217. de verb. sig. Ex libro secundo l. 29. de cond. inst. l. 64. de acq. hered. l. 29. 30. & 100. de leg. 3. l. 17. de annu. leg. l. 30. 31. & 41. de usu & usufr. leg. l. 6. de dor. praleg. l. 20. de option. leg. l. 7. de trit. leg. l. 4. & 25. de instr. leg. l. 22. de pecul. leg. l. 31. & pen. de aur. & arg. leg. l. 17. de liber. leg. l. 40. de cond. & dem. l. pen. ut in poss. leg. & l. 242. de verb. sig. Ex lib. tertio l. 24. quib. mod. usus. amis. l. ult. de usur. & fruct. l. 10. de sup. leg. l. pen. de reb. dub. l. pen. quand. dies legat. l. 72. de reg. ju. Ex libro quarto cuius Ulpianus meminit in l. 13. §. 4. & l. 17. in fine. inf. de hered. inst. deprompta est, l. pen. de servit. l. 77. & 78. de cont. ems. l. pen. de hered. vel act. vend. l. 50. de act. ems. l. 28. & 58. locat. l. ult. de jur. delib. l. ult. de manumiss. l. 33. de statulib. & l. 42. de liber. caus. Ex libro quinto l. ult. de servit. l. 79. & pen. de cons. ems. l. 51.

de act. emt. l. 59. & 60. locat. l. pen. quib. mod. pig. l. 25. qui test. fac. poss. l. pen. de usu & usufr. leg. l. 26. de instr. vel instrum. leg. & l. 51 de acq. poss. Ex libro sexto l. 43. de negot. gest. l. ult. ad l. Aquil. l. pen. depof. l. ult. pro socio. l. 79. 80. & 83. de jur. dot. l. ult. de pact. dotal. l. ult. de fund. dotal. l. 64. & 65. de donat. int. vir & uxor. & l. 66. solut. mat. Ex libro octavo (ex libro enim septimo depromptum nihil inuenitur) desumpta est l. pen. de test. ius. Ex libro nono cuius Vlpianus meminit in l. 3. §. 2. de pen. leg. est l. 57. locat. l. 99. de fart. l. pen. de iniur. & l. 27. ac capt. & postl. reuers. Deniq; ex libro decimo l. 11. de sup. leg. & l. 46. de fideiuss. Meminit quoq; Posterioram libri tricesimi septimi Vlpianus in l. 9. inf. de dol. mal. & tricesimi octavi Paulus in l. 9. §. 1. & 2. ad leg. Iul. peculat. quorum ob id in Indice mentio nulla fit, quod plures quam decem Iustiniani aetate superstitites non fuerint, ut dictum est.

Subiungit Iurisconsultus: Hi duo (intelligit autem Capitonem & Labeonem) primum veluti diversas sectas fecerunt. Magni nominis Iurisconsultos eos fuisse, ex ijs qua dicta sunt, intelligi potest: sed placitis suis quilibet eorum adeo indulget, ut nescias confuderint ne potius, an illustraverint Romanam Iurisprudentiam. Quod eo periculosius accidit, quod Euripidea illa humanissima sententia non transegerint, qua habet.

τῶν μὲν ἠγωνισμένων

οὐδὲ μὲν δοκέτω τῶντ'. ἐμοὶ δὲ τὰναντία:

Sed semina insuper civilium eiusmodi controversiarum inter discipulos sparserint, qui arrepta illa, veluti in contraria studia scissis, tanta pertinacia aluerunt defenderuntq; , ut pleraque hodie dissidijs huiusmodi concertationibusq; occupata, Pandectarum capita laborent, & inter tractantes ea interpretantesq; peritos studiososq; Iuris summa sit dissensio. Ideoque qui

Z 7 2

de

de gravibus juris locis judicare, statueret, constantim voluerit, originem sectæ processumq; ut cognitum probè habeat, est necesse.

10 Quantopere enim in conciliatione apparentis capitum quorundam pugna superiores illi juris nostri interpretes laboraverint, sed frustra omnino, illi norunt, qui in lectione illorum sunt versati, cum dissensionis inter diversa schola autores cognitione, quam facillimè sese expedire potuissent. Secta igitur illius, qua Proculianorum hodie, Caspianorumq; sive Sabinianorum dicitur, autores Capito Labeoq; fuerunt, inter quos primum quasi divortiam factum est. Manavitq; sectarum occasio ex ea diversitate, quod, ut Iurisconsultus hic inquit, Capito in his quæ ei tradita fuerant perseverabat: Labeo ingenij qualitate & fiducia doctrinæ, qui & cæteris operis sapientiæ operam dederat, plurima innovare instituebat. Vbi per cæteras operas sapientiæ quidam jus publicum & privatam, divinum & humanum intelligant; quasi quia Labeo juri publico & privato, divino & humano operam dederit, ac per hoc multa innovare studuerit, Capito non aequè, sed in præceptorum traditionibus perseveraverit, illud dissensionis causam inter eos præbuerit. Verum cum Capitonem etiam divini humaniq; juris scientissimum, publiciq; ac privati juris peritissimum fuisse ex Tacito Gellioq; supra cognoverimus, per sapientiæ vocabulum non jurisprudentiã, ut apud Ulpianum accipitur in l. 1. §. proinde. inf. de extraord. cognit. Gellium lib. 4. c. 1. ubi veteres Iuris Magistros Sapientes appellatos ait, & apud Ennium illo versu:

Pellitur è medio sapientia, vi geritur res.

Et apud Horatium:

— fuit hac sapientia quondam,

Publica privatis secernere, sacra profanis &c. intelligi posse omnino videtur, sed potius Philosophiam; ita ut quia Labeo præter Iuris studium humanioris quoq; literaturæ cognitioni operam dederit, ac per hoc multa innovaverit, Capito

NON

non item, sed in praeceptorum traditis acq̄uerit, inde dissenſio inter illos inſitum ſuſcepit. Et ad hoc, ut ita credam, Gellij poſiſſimum autoritate adducor: qui lib. 13. noct. Attic. c. 10. ſic inquit: Labeo Antistius Iuris quidam Civilis diſciplinam principalitudo exercuit, & conſulentibus de Iure publice reſponſitavit, caterarum quoq̄, bonarum artium non expertus fuit. Et in Grammaticam ſeſe atq̄, Dialecticam literasq̄, antiquiores altioresq̄, penetraverat, Latinarumq̄, vocum origines rationesq̄, percalluerat. Eaq̄, praecipue ſcientia ad enodandos flerosq̄, Iuris laqueos utebatur &c. Labeo igitur doctrina fiducia multa innovebat, Capito vero in praeceptorum traditionibus perfeverabat. Unde cum quilibet eorum qui alterutri horum operam dabat, praeceptoris ſui opinionem deſenſam cuperet, factum eſt, ut ſecta huiusmodi diſerſa ſchola autorum nomen conciliatum ſit. Fuerunt autem Capitonis ſecta Principes, Maſſurius Sabinus, C. Caſſius Longinus, Calius Sabinus, Priſcus Favolenus, Aburnius Valens, Tuſcianus & Salvius Iulianus. Labeonis, Nerva pater, Proculus, Nerva filius, Longinus, Pegaſus, Celfus pater, Celfus filius, & Neratius Priſcus. De quibus ſingulis in ſequentibus Iurisconſultus eſt dicturus.

11

DE IVRECONSULTIS, QUI SVB
Tiberio vigerunt, Caput XLIII.

Et ita Ateio Capitoni &c.)

1. Nervæ patris in Iure mentio ubi extet ? 2. Autoritas illius apud Tiberium quæ ? quodq̄; genus mortis ? 3. Maſſurius Sabinus à quibus laudetur ? 4. Sabinus ſimpliciter in Iure ubi nominetur ? 5; Per Sabinum abſq̄; prænomine, in Iure quis intelligatur ? 6. Scriptis quibus claruerit ? 7. Primus de Iure publice an reſponderit : & ante Auguſtum ratio reſpondendæ ide Iure quæ ? quæ item poſt Hadrianum ?

Sub

1
Nerva-

 Ex tertio l. 15. de publ. in rem l. 18. quib. mod. usus. amitt.
 l. 3. de iur. & fact. ign. l. 4. de ritu nupt. l. 2. de iute. l.
 27. de hered. inst. l. 16. de vulg. & pup. l. 11. 23. 27. 29. 36.
 de acq. hered. l. 3. si quis omis. caus. test. l. 9. & 12. de leg. 1.
 l. 4. & 6. de cond. & dem. l. 9. de bon. poss. l. 5. de manu.
 test. l. 19. de acqui. rer. dom. l. 10. de verb. oblig. l. 14. de
 capt. & postu. & l. 7. de reg. jur. Ex quarto l. 5. de rit.

Fff 3

nupt.

414 De Jc. qui Hadriani temp. flor.

nupt. l. 17. de vulg. & pup. l. 13. de leg. 1. l. 16. de bon. poss. com. tab. l. 4. de oper. libers. l. 2. de bon. liber. l. 5. si tab. test. nul. l. 5. und. cogn. l. 4. de suis & legis. l. 1. de interdict. & relegat. & l. 8. de divers. reg. iur. Ex quinto cuius Ulpianus meminit in l. 12. de usufr. l. 14. §. 1. de usu & habss. & l. 19. §. 1. de aur. & arg. legat. est l. 14. de adops. l. 10. 19. 28 69. & pen. de usufr. l. 6. & 14. quib. mod. usufr. amitt. l. 2. si usufr. pes. l. 7. & 16. de usu & hab. l. 15. de relig. & sumpt. fun. l. 6. & 8. commod. l. 2. de pecul. l. 8. de rit. nupt. l. 3. de rit. & ratio. l. 29. de her. inst. l. 7. de cond. inst. l. 37. de acq. hered. l. 16. 20. 22. 24. 26. de legat. 1. l. 1. de annu leg. l. 14. de aur. leg. l. 2. de admend. leg. l. 8. de cond. & dem. l. 69. ad l. fals. l. 8. de man. test. l. 12. & 14. de verb. oblig. l. 165. de verb. sig. & l. 11. & 14. de reg. iur. Ex sexto quem idem Ulpianus nominat in l. 52. §. pen. de leg. 3. & Paulus in l. 4. de pen. legat. & in quo de legatis Pomponius tractavit. perita est l. 42. famil. ercisc. l. 4. ad exhib. l. 2. de pig. act. l. 36. 38. 45. 48. de leg. 1. l. 74. de leg. 3. l. 2. de annu. leg. l. 6. & 8. de opt. vel elect. leg. l. 2. & 14. de rit. legat. l. 15. de inst. vel instrum. leg. l. 1. de sup. leg. l. 1. & 21. de aur. leg. l. 2. & 8. de lib. leg. l. 13. quando dies leg. l. 3. de op. lib. l. 16. de verb. obligat. (qua tam de legatis quam stipulationibus tractat, proindeq. cum d. l. 2. de an leg. & d. l. 3. de oper. lib. coniungenda est) l. 9. de furtis. l. 89. & 166. de verb. sig. & l. 18. de reg. iur. Ex septimo est l. 4. & 22. de pecul. l. 54. de leg. 3. l. 7. & 10. de pec. leg. l. 11. de man. test. l. 44. de fideic. libers. & l. 20. de reg. iur. Ex octavo, qui refertur ab Ulpiano in l. 6. §. 2. in fine, com. prad. l. 6. §. fin. de statulib. & l. 21. §. 2. de furtis, est l. 8. commo. pradior. l. 54. de leg. 1. l. 14. de cond. & dem.

& dem. l. 8. de op. lib. l. 5. & 8. de statulib. & l. 11. de
 solut. Ex nono quem idem Vlpianus laudat, in l. 4. §. fin. de
 in diem addic. est l. pen. de pact. l. 3. de mortuo infer. l. 7.
 de cond. indeb. l. 23. de pecul. l. 6. pro socio. l. 4. 6. 8. 13. 16.
 18. & 20. de cont. emt. l. 5. 12. 15. de in diem addic. l. 1.
 de her. vel act. vend. l. 6. de peric. & comm. rei vend. l. 3.
 & 6. de act. emt. l. 3. locat. conduct. l. 16. de evict. l. 55.
 de leg. 1. l. 23. de verb. oblig. l. 17. de stip. ser. & l. 4. de
 accepe. Ex decimo qui ab eodem Vlpiano citatur in l. 14. §. 7.
 & 8. de furt. est l. 18. de ser. prad. arb. l. 9. comm. prad.
 l. 7. de act. emt. l. 20. de evict. & l. 18. de verb. oblig. Ex
 undecimo l. 13. commod. l. 27. & 29. de evict. l. 21. de ac-
 qui. rer. dom. & l. 25. de reg. iur. Ex duodecimo l. 59.
 pro socio. Extertio decimo l. pen. quod cuiusq. univer. l. 45.
 famil. ercisc. l. 20. com. divid. l. 1. de quib. reb. ad eund. iud.
 l. 15. 18. 37. 39. 54. 60. 62. pro soc. & l. 4. de iur. & fact.
 ign. Ex quarto decimo l. 33. de nox. act. l. 14. ad exhi.
 l. 6. 15. & 18. de iur. dos. l. 29. & 31. de donat. ins. vir.
 l. 9. sol. matr. l. 56. de leg. 1. & l. 11. de statulib. Ex quinto
 decimo qui ab eodem Vlpiano allegatur, in l. 14. solut.
 matr. est l. 26. 28. & 30. de relig. & sumpt. fun. l. 16. de
 cond. indeb. l. 1. de rescind. vend. l. 24. de iur. dos. l. 7. de pact.
 dotat. l. 1. 4. & 10. solut. matr. l. 6. de usu & usufr. leg. l. 10.
 & 12. de op. lib. l. 7. de oblig. & act. l. 19. & 21. de verb. oblig.
 l. 16. de solut. & l. 9. rem pupil. vel adult. salu. sor. Ex sexto
 decimo quem idem Vlpianus producit in l. 3. de tutel. & l.
 10. §. 2. de test. tutel. est l. 51. de rei. vind. l. 2. de cond.
 furt. l. 4. locat. cond. l. 5. de spons. l. 32. de iur. dos. l.
 9. de pact. dos. l. 11. 16. & 18. solut. matr. l. 4. 8. & 10.
 rer. amos. l. 10. de except. rei judic. l. 8. de obligatio. & act.
 l. 171. de verbor. signific. & l. 27. de reg. iur. Ex septimo
 decimo

416 De JC. qui Hadriani temp. flor.

decimo qui ab eodem Vlpiano profertur in l. 14. S. 2. de praesc. verb. & l. 17. in fin. de furt. est l. 40. pro soc. l. 26. de con. ems. l. 5. de tutel. l. 13. de test. tutel. l. 17. de administ. & per. tut. l. 4. & 6. de auct. & consens. tut. l. 1. de fideiuss. tut. & l. 28. de usurpat. Ex octavo decimo l. 18. de nox. act. l. 15. ad exhib. l. 15. de interrog. in jur. fac. l. 3. de pign. actiom. & l. 46. de adil. edict. Ex decimo nono quem idem Vlpianus refert in l. 7. de furt. & l. 3. arbor. furt. cas. est. l. 43. ad l. Aquil. l. 5. de pig. act. l. 30. de evict. l. 17. de solus. & l. 35. 37. & 44. de furtu. Ex vicessimo, l. 9. de act. ems. l. 16. de aq. plu. arc. l. 25. de verb. oblig. & l. 6. arb. furt. cas. Ex vigesimo primo l. 47. famil. ercisc. l. 14. de cond. indeb. l. ult. de praesc. ver. l. 39. & 41. de dam. infect. & l. 19. de solus. Ex vicessimo secundo qui quoq. ab Vlpiano nominatur in l. 25. §. 3. de aur. & arg. leg. est. l. 5. de reb. cred. l. pen. de cond. caus. dat. l. 7. de condict. ob turp. caus. l. 19. & 22. de condict. indeb. l. 6. de eo quod cert. loc. l. 12. deposit. vel cons. l. 31. de con. ems. l. 16. de praesc. verb. l. 21. ad SC. Trebell. l. 29. de usurp. l. 3. pro suo. l. 27. de verb. oblig. l. 2. de fideiussor. l. 20. de solus. l. 175. de verb. sig. & l. 33. de reg. jur. Ex vicessimo tertio, l. 25. de pecul. l. 16. 36. & 48. de adilis. edict. & l. 17. de precar. Ex vicessimo quarto, l. 2. de resc. vend. l. 31. de verb. oblig. l. 4. de duobus reis. l. 7. de novat. & l. 23. de solus. Ex vicessimo quinto l. 3. de LL. l. 3. de compensat. & l. 33. de verb. oblig. Ex vicessimo sexto l. 10. de pact. dot. l. 10. ut leg. sen fideicom. ser. caus. l. 5. de verb. oblig. l. 6. de stipul. ser. l. 9. de fideiuss. l. 10. & 12. de accept. l. 12. indic. solui. & l. 18. rarasam rem hab. Ex vicessimo septimo l. 3. de reb. cred. l. 3. de her. vel act. vend. l. 34. de evict. l. 15. de verb. obligat. l. 40. & 42. eod. l. 15. de accept. & l. 36. de reg. jur. Ex vicessimo nono l. 60. & 70. de rei vind. l. 1. quando ex fact. turo. l. 14. de vi & vi armat.

mat. l. pen. quod vi aut clam l. 5. & 15. de precar. l. 12 de oblig. & act. l. 38. de reg. jur. Ex trigesimo l. 57. de leg. 3. l. 27. de acqui. rer. dom. l. 30. de usurp. l. 1. de loc. & itinerib. pub. & l. 180. de verb. sig. Ex trigesimo primo l. 53. de rei vind. l. 21. de except. rei iud. & l. 25. de solut. Ex trigesimo secundo l. 19. quemadmodum servit. amitt. l. 31. & 33. de acqui. poss. l. 32. de usurp. l. 6. pro ems. l. 1. pro hered. l. 4. pro donat. l. 5. pro derel. l. 6. pro legat. l. 4. pro suo l. 2. de aq. quos. l. 16. de precar. & l. 39. de reg. jur. Ex trigesimo tertio, in quo ut & sequenti libro, de servitutibus fere tractavit, desumpta est l. 32. de usufr. l. 15. de servitut. l. 21. 23. 25. 27. de serv. præd. urb. l. 20. 22. 24. de ser. præd. rust. l. 11. comm. præd. l. 14. si servit. vnd. l. 22. commod. divid. l. 33. de constr. ems. l. 11. de testib. l. 9. donat. & l. 28. de acqui. rer. dom. Ex trigesimo quarto l. 25. de ser. præd. rust. l. 20. de aq. & aq. plu. arc. l. 30. de acqui. rer. dom. l. 2. de flum. l. 3. de aq. quos. l. ult. de arb. cadend. & l. 40. de reg. iur. Ex trigesimo quinto l. 6. & 8. de pig. act. l. 2. de l. commiss. l. 4. qui pos. in pig. hab. l. 26. de solut. & l. 181. de verb. sig. Atque hæc sunt quæ ex quinq; & triginta libris Pomponij ad Sabinum depromta inveniuntur. Est tamen etiam ex libro trigesimo sexto ad Sabinum desumpta l. 20. de capt. & postlim. revers. cuius si inscriptio vitiosa non est, mirum est, quod in Indice mentio non fuerit facta.

Tercio scripsit Pomponius quoque Epistolarum libros (qui & epistolarum & varianum lectionum libri producuntur in l. ult. de minor. l. 18. de recept. l. 3. quib. ad libert. proclam. non lic. & l. pen. de pollic.) viginti: quorum Ulpianus meminist in l. 7. qui satisd. cog. & l. 19. §. 1. in fi. de aur. & arg. legat. cerniturque ex horum primo, nisi quod Paulus eius mentionem faciat, in l. 124. de reg. jur. ut etiam ex

G g

secundo

secundo, tertio, quarto, tertio decimo, quarto decimo, decimo quinto & decimo nono, depromptum nihil. Ex libro autem quinto l. 105. de cond. & dem. excerpta est. Ex sexto l. 8. de tris. legat. & l. penult. de pollicitat. Ex septimo cuius in l. ult. inf. de instr. vel instrum. leg. mentio fit, est l. 20. de fideic. libers. Ex octavo quem Scævola adducit in l. 18. de condict. furs. & Vlpianus in l. 3. §. 1. de trib. act. & l. 21. de pecul. est l. ult. de noxa. act. & l. pen. de administ. & peric. tut. Ex nono ult. de minorib. l. 46. de leg. 1. l. 110. de cond. & dem. & l. 92. de solus. Ex decimo l. ult. de act. emt. & l. pen. de verbor. signif. Ex undecimo l. 111. de cond. & dem. l. ult. de man. test. l. 3. quib. ad libers. procla. & l. 35. de jur. fise. Ex duodecimo cuius Marcianus meminit in l. 32. in pr. de usur. & fruct. est l. 112. de cond. & dem. & l. 12. de adsig. libers. Ex decimo sexto l. ult. de verbor. signif. Ex decimo septimo l. 18. de recept. & l. pen. de adit. edict. Ex decimo octavo l. ult. de iureiurando. Ex vicesimo l. ult. solus. matr. & l. ult. de administ. & peric. tut.

15

Quarto, variarum lectionum etiam, sive quod in idem recidit, ex varijs lectionibus, libros quindecim composuit, quorum Vlpianus meminit in l. 7. §. 2. de pact. Estque ex horum tertio & quinto, nisi quod Marcianus illam nominet in l. 43. de acqui. poss. sicut etiam ex sexto, octavo & decimo quinto, nihil desumptum. Ex libro primo antemptita est l. 47. ad. S. C. Treb. & l. 6. de capit. & postlim. revert. Ex secundo, quem Paulus refert in l. 9. de distract. pig. est l. ult. de rer. divis. Ex quarto quem Vlpianus laudat in l. 4. §. 5. de donat. int. vir. & ux. est l. 18. de donat. int. vir. & l. 23. qui & a quib. man. lib. Ex septimo l. pen. de S. C. Macedon. l. 46. de manu test. l. 30. de sta-

de statulib. l. 30. de re iudicat. & l. 43. de fideius. Ex no-
no l. 206. de reg. jur. Ex decimo l. 58. de cond. & dem.
& l. 22. de aq. plu. arc. Ex undecimo l. 40. de recept. l.
25. (qua Labitti in indice male lex. 1. producitur) quib. mod.
usufr. amitt. & l. 17. quemadmodum seruitus. amitt. Ex
duodecimo l. 4. de Senat. l. 34. de pecul. & l. 41. de
hered. inst. Ex tertio decimo quem Marcianus addu-
cit, in l. 5. in quibus caus. pig. vel hypoth. sac. cons. est l.
7. eod. & l. 77. de furtis. Ex quarto decimo l. 83. de so-
lut. Meminit rament libri vicesimi quinti & quadragesi-
mi primi variarum lectionum etiam Ulpianus in l. 1. §.
2. de rei vind. & l. 8. §. 5. si seruitus. vind. & Paulus
libri trigesimi quarti in l. 21. de rei vind. Marcianus que
quadragesimi in l. 2. in quibus caus. pig. vel hypo. sac. cons.
Vt verisimile sit libros longe plures variarum lectionum, quam
quorum in indice mentio fit, Pomponium composuisse.

Quinto libris quoque septem Plautium Iuriconsultum
est interpretatus: ex quorum primo desumpta est l. 22. de evict.
l. 13. de manumissionib. l. 21. de novat. & l. 65. de solut.
Ex secundo l. 62. de procurat. l. 59. de evict. l. 2. de ex-
cept. rei vend. Ex tertio l. 11. & 47. mand. vel cons. l. 2.
de nauis. fæ. l. 90. de verb. oblig. l. 23. de novat. & l. 16. va-
ram rem hab. Ex quarto l. 40. de rit. nupt. & l. 24. de re
iudicat. Ex quinto l. 47. & 65. de usuf. l. 40. de man. test.
l. 9. de re iudicat. l. 10. de precar. l. pen. de duob. reis & l. 24.
de novat. Ex sexto l. 10. de diuis. rer. l. 8. & 12. de reb. cred.
l. 50. de acqui. rer. dom. l. 11. de vi & vi armat. l. 66. de solut.
& l. 5. de sepul. viol. Ex septimo l. 49. de usufr. l. 11. & 13.
de leg. 2. l. 4. de lib. leg. l. 41. de man. test. l. 8. de fideicom.
libert. l. 21. de statulib. & l. 50. de oblig. & act.

Sexto composuit quoque Fideicommissorum libros quin-

Ggg 2

que

16

17

que ex quorum quinto nihil superest. Ex primo autem petita est l. 16. & l. 18. de leg. 3. & l. 21. de inst. vel instrum. leg. Ex secundo l. 31. ad l. falcid. & l. 70. ad S.C. Trebell. Ex tertio l. 34. de fideicom. libert. Ex quarto l. 72. de fideic. libert.

18

Septimo Senatusconsultorum libros *itsidem* quinque conflavit: ex quorum primo deprompta est l. ult. ad S.C. Vell. & l. ult. de acq. hered. Ex secundo l. ult. ad S.C. Tertull. Ex tertio l. pen. de lib. caus. Ex quarto l. 2. 4. & ult. de ad sig. lib. Ex quinto l. ult. de S.C. Maced. & l. 3. si in ven. esse dicet.

19

Octavo librum quoque singularum Regularum concinnavit, ex quo est l. 17. de servitutib. l. 41. de jureiurando. l. 16. qui test. fac. post. l. 35. de cond. & dem. l. 24. de oblig. & act. & l. 10. de castrens. pecul. Denique Enchiridij etiam libros duos compilavit: Ex quorum primo excerpta est l. 8. de grad. Ex secundo l. 13. de tutel. & l. pen. de solut. Tribuitur haec etiam l. anepen. & pen. de interd. & relig. Sed quia illa forte Gracii auctoribus debentur: ideo libri nomen numerusque adscriptus non invenitur.

20

Sunt & alij libri quorum hinc inde in Digestis mentio fit, qui tamen omnes in Indice non habentur. cuiusmodi liber singularis Enchiridij est, ex quo petita est l. 2. de inst. & iur. l. 2. de orig. jur. & l. 239. de verb. sig. Item libri de stipulationibus, quorum octavum Vlpianus laudat, in l. 5. de usufr. ear. rer. qua us. conf. Et denique libri ad edictum, quorum Vlpia. sextum refert in l. 7. §. 5. de pact. sexagesimum octavum in l. 3. de administ. tut. & septuagesimum nonum in l. 1. §. 7. & 9. de collat. & l. 1. §. 5. de Carbon. edict. Paulus trigessimum nonum in l. 21. de rei vind. & l. 36. de re jud. & sexagesimum nonum in l. 1. de tutel. ac Marcianus septimum in l. 3. §. 2. de pignor. Quotiesque Pomponio nominato,

NUMC-

numerus libri simpliciter absq; alia adiectione positus invenitur, id quod factum plerisq; in locis videmus, quibus Pomponij mentionem fieri supra dictum est: libros Pomponij ad edictum intelligi existimaverim. Videtur quoque quod Pomponius noster Digestorum etiam libros exaraverit, propterea quod liber quintus Digestorum à Paulo nominetur in l. 44. solat. matr. nisi forse scripturam eo in loco vestiosam quis esse, ac pro Sexto Pomponio, Sextum Pedium substituendum arbitretur, vel certe ab hoc nostro, Sextum Pomponium velit esse diversum. Et sane Sex. Pomponium aliam esse, ostendit l. 41. de her. inst. ubi hic noster auctoritate illius utitur, & l. si quis à filio 41. in pr. de leg. 1.

Eodem tempore etiam Sextus Cæcilius Africanus fuit, Iuliani discipulus, ut qui auctoritate illius frequenter utitur cum in libris questionum, tum apud Paulum in l. idq; 45. de acti. emt. cuiq; consulenti Iulianus traditur respondisse l. cum servus 39 in pr. ibi, Africanus libro 20. epistolarum apud Iulianum querit, hoc est à Iuliano. de leg. 1. & l. siue contra 3. §. & quid; ibi, Iulianus Sexto Cæcilio Africano respondit, de agnos. liberis. Hadriani igitur temporibus & quidem in summa nominis celebritate floruit, ut Crinitus tradit lib. 8. de honest. disc. c. ult. & Cuiacius lib. 7. obs. c. 2. Celebratur à iuris autoribus frequenter, ut Paulo in l. 26. in fine ad l. Falcid. & l. 2. de don. int. vir. Vlpiano in l. 1. §. 4. quand. de pecul. act. annal. l. 14. in fin. de adilit. edict. l. 3. §. 5. de pen. leg. l. 2. §. 4. ad S. C. Tertull. l. 12. §. 2. & 4. qui & à quib. man. lib. & l. 13. §. 1. & l. 27. §. 1. ad l. iul. de adult. Iavoleno in l. 64. de donat. int. vir. & uxor. Papintano in l. 71. in pr. de cond. & dem. & Iustiano in l. 1. C. de com. ser. manumiss. à quibus ut plurimum Sextus Cæcilius nominatur, ut etiam à Gellio lib. 2. c. 1. ubi eum in disciplina juris atq; legibus po-

21
Sext. Cæci-
us African.

422 De J. C. qui Hadriani temporib. flor.

puli Romani noscendis interpretandisq. scientia, usu autoritateq. illustrem fuisse asseverat.

22

Scripti Quæstionum sive Responsorum tam ad quæstiones iudicam & privatorum, quam studiosorum iuris, libros novem, ex quibus leges, qua supersunt, difficultate usplurimam laborant; adeo ut de re difficili in proverbio etiam Africani legem dicamus, propterea quod responsa illius, qua passim in Digestu occurrant, obscura plerumq. sint, & interpretatione indigeant, ut ex Iasone Mayno in l. qua dotis solut. matrim. Alciatus tradit lib. 4. de verb. sig. post pr. Ex horum igitur primo desumpta est l. 46. de acqui. hered. l. 10. si quid in fraud. pat. l. 22. de mort. caus. don. & l. 20. de man. test. Ex secundo l. 23. de reb. cred. l. 46. de hered. instit. l. 33. de vulg. & pup. l. 15. de iur. codic. l. 107. de leg. 1. l. 2. & 5. de iur. & arg. leg. l. 31. & 42. de cond. & dem. l. 26. de bon. lib. & l. 23. de mort. caus. don. Ex tertio l. 77. de iudicijs. l. 8. de eo quod cert. loc. l. 18. de in diem addict. l. 8. qui & a quib. man. lib. l. 22. de oblig. & action. l. 10. rem pupil. vel adult. sal. l. 6. de l. Cor. de fals. l. 3. de legat. & l. 207. (cuius responsam ad sententiam l. pen. & ult. de condict. tritic. pertinet) de verb. sig. Ex quarto, qui totus ferè de bonorum possessionibus fuit, petita est l. 56. de hered. pet. l. 17. & 19. ad S. C. Vell. l. 14. & 16. de lib. & postu. l. 47. de hered. instit. l. 34. de vulg. & pup. l. 21. de test. mil. l. 47. 49. & 51. de acqui. hered. l. 14. de bon. poss. cons. tabul. l. 18. de leg. præstand. l. 4. de collat. l. 8. de carb. edict. l. 27. de bon. lib. l. 21. (quæ cum initio d. l. 47. de hered. instit. coniungenda est) de manum. test. l. pen. de lib. exhib. & l. 208. de verb. sig. Ex quinto in quo de legatis & fideicommissis ferè tractavit, descripta est l. 36. de usufr. l. 2. & 9. de usuf. ad cresc. l. 17. de usu & hab. l. 35. de vulg. & pup. l. 108. de leg. 1. l. 4. de dote præleg. l. 5. de opt. vel elect. leg. l. 16. de pecul. leg. l. 88. ad l. falcid. l. 1. de his

qua

qua pœn. caus. relinq. (ex hoc enim libro hanc legem, quæ
 absque numero alias proferrî solet, desumptam esse, notauit
 Cuiacius in tractatu ad Africanam, quinto) l. 13. de bon. poss.
 l. 19. de leg. præstana. l. pen. de confess. & l. pen. ratam rem
 hab. Ex sexto in quo de stipulatione iudicatum solui, præci-
 pue differmit, depromta est, l. ult. de procuras. l. 32. de seru.
 pradior. rustic. l. 28. de nox. act. l. 34. de adil. edict. l. 24. &
 46. de evict. l. 109. de legat. 1. l. 64. de leg. 3. l. 28. ad S.C.
 Trebell. l. 63. de verb. obligat. l. 15. judic. sol. & l. ult. ratam
 rem haberi. Ex septimo l. 18. de iurisdic. l. 46. de neg. gest.
 l. 4. de minor. l. 29. & 43. ex quibus caus. maior l. 37.
 de usufr. l. 9. comm. divid. l. 16. deposit. vel contr. l. 20. de
 hered. vel action. vend. l. 23. de pact. dotal. l. 33. solut. matr.
 l. 40. de acqui. rerum dom. l. 40. de acqui. poss. l. 11. pro empt.
 l. 23. de obligat. & action. l. 64. de verb. oblig. l. 21. de fi-
 de iuss. l. 38. de solut. & l. 60. de furtis. Ex octavo l. ult. de
 neg. gest. l. ult. de reb. cred. l. pen. de condic. sine caus. l. 21.
 commod. vel cont. l. 31. de pig. action. l. ult. de exer. actio. l.
 38. de pecul. l. 17. de in rem vers. l. 20. ad S.C. Vell. l. 34. &
 37. mand. vel cont. l. 30. & 44. de act. emt. l. 33. & 35. locat.
 cond. l. 24. de præst. verb. l. 9. qui postior. in pignor. l. 51. de
 adil. edict. l. 47. de evict. ion. l. 27. de usur. & fruct. l. 50. de
 jur. dot. l. 9. & 11. de fund. dot. l. 34. solut. matrim. l. 23.
 rer. amos. l. 23. de test. tut. l. 110. de leg. 1. l. 39. de solut. &
 l. 61. de furtis. Ex nono l. 33. de seru. pradior. rustic. l. 38.
 de cond. indeb. l. 32. de cond. & dem. l. 15. de ope. nov. num.
 l. 44. de damn. infect. l. 24. de mors. caus don. l. 22. de man.
 gest. l. 49. de fideicommiss. libert. l. 15. de statulib. l. 16 & 18.
 de except. & præscript. l. 20. de except. rei iud. & l. 6. de di-
 vers. temporal. præscript.

Eodem

424 De JC qui Hadriani temporib. flor.

23
Gaius

Eodem tempore & Jariusconsultum Gaium vixisse, primum ex eo colligitur, quod & Pomponius & Iulianus eum allegent, hic quidem in l. 59. infr. solut. matr. ille vero in l. pen. de stipul. ser. ex quo cœtaneum illum utriq; fuisse perspicuum est: deinde ex eo, quod ipse Gaius Hadriani tempestate se fuisse significet in l. utrum 7. in pr. de reb. dub. ubi. Nostra, inquit arate Serapias Alexandrina mulier ad Divam Hadrianam perducta est, cum quinq; liberis quos uno factu evixisset; quod ex eodem, Paulus quoq; producit in l. antiqui 3. si pars hered. perat. pervenissetq; postea illam ad tempora usq; Antonini, apparet ex l. nuper 42. de donat. int. vir. & ux. ubi nuper ex indulgentia principis Antonini aliã causã donationis rezeptã dicit. Nomine Caii sive quod melius erat Gaii, Italus Tarentiniusq; mercenariũ aut etiam rudem hominẽ ac plane brutam designari, monumentis Græcorum proditũ est, quibus à γαῖα qua terra est, γαῖϰ & γαῖϰ derivatur, bosq; γαῖϰ veluti colonus dicitur, & γαῖϰ Galata, qui patria excidentes, terram quam incolerent quasiere, autore Calio lib. 24. c. 5. ut servo male hoc nomen tributum non sit in l. 9. C. de oper. lib. Videtur & hic ex familia Cassiorum fuisse, perq; Cassium designari, in l. 10. §. 3. quib. mod. ususfr. amis. & l. 1. §. 8. quarum rer. act. non det. in quibus Vrseium retulisse dicitur, quem tamen Proculo posteriorem fuisse, ex l. 27. §. 1. ad l. Aquil. constat, in qua Vrseius Proculum refert. Vnde in textibus illis per Cassium, Longinus ille intelligi non poterit, sed alius quidam, qui & Proculum & Vrseium secutus sit, qualis hic noster est. Fuit Græce doctissimus, ut ex multis eius responsis videre licet, qua plerunq; Homeri, Xenophontis, & aliorum eius lingua autorum testimonijs comprobant, ut ex l. ult. sit. reg. l. ult. de colleg. & corp. l. 6. de censib. l. 30. §. 2. & l. 58. 133. & 136. de verb. sig. & §. item lex Cornelia Inst. de publ. iud. & tradit Franciscus Con-

nanus

manus lib. 2. comentar. iur. civil. c. 4. Unde servius in 3. Georgicor. Apud maiores, inquit, omne mercimonium in permutatione constabat, quod & Gaius Homericis confirmat exemplo.

Scripta illius in iure nostro sapissime predicantur, adeo ut ipse Iustinianus in prefatione Institutionibus prefixa, fateatur, eas potissimum ex commentarijs Gaii compositas esse, quam ob causam eum ibidem etiam us & in §. item lege Cornelia. Instit. de pub. iud. & in const. ad Antecessores. §. 1. Gaium nostrum appellat, non quod Iustiniano fueris familiaris, quod nonnulli voluerunt, ut August. tradit lib. 1. emend. c. 5. cum nostrum eum etiam Pomponius nominet in d. l. pen. de stipul. serv. qui tamen Hadriani temporibus vixit, ut supra ostensum fuit, & tradit Dn. Borcholt in comment. Inst. in proemij fine: sed quod singularis ipsius in tradenda & explicanda juris doctrina dexteritas & perspicuitas fuerit: ita ut ob eandem causam Scævola etiam nostrum appelles Paulus in l. si unus. 27. §. quod & in specie. de pact. l. at qui. 19. de neg. gest. l. quod si. 24. §. 2. de minor. l. Nefennius 32. de excusat. l. qui plures 38. in fine de vulg. & pupil. l. si is. 56. de iur. dos. l. si servum 10. de bon. poss. sec. tab. & l. si non. 6. de reb. auct. jud. poss. & Tryphoninus in l. rescriptum. 12. de distr. pig. ac Iulianum Terentius Clemens in l. si is. 6. de vulg. & pup. & Marcianus in l. Iulianus 86. de cond. & dem. l. in ratione 30. §. 5. ad l. falcid. & l. servo 65. §. 1. ad S.C. Trebell. itemq; Celsum in d. l. 30. §. 2. ad l. falcid. & Vindium in l. 32. eod.

Huius libri in Indice varij referuntur: ex quibus omnibus incrementum Digesta nostra ceperunt, praterquam ex solo libro singulari Dotaliciorum ex quo hodie reliquum invenitur nihil. Primo autem omnium edictum Provinciale libris inserpretatum est duobus & triginta. Ex quorum posterioribus

H h b

duobus

426 De JC. qui Hadriani temporib. flor.

duobus. trigesimo videlicet primo & trigesimo secundo in Digestis hodie nihil sese offert. Ex libro vero primo descripta est l. 8. & 11. de iuridict. l. ult. quod quisq. iur. l. 3. & 5. qui satid. cog. l. 1. si quis caut. l. 10. de eden. l. 18. 20. 28. 30. de pact. l. 2. de postuland. l. 3. de his qui nosant. l. 4. de iudic. l. 6. de dam. infect. l. 3. de exception. & praescriptio. l. 29. ad municipal. l. 11. de verbor. signific. & l. 107. de reg. iur. Ex secundo l. 8. de iudic. l. 1. de noxa. actio. & l. 111. de reg. iur. Ex tertio l. 7. de postuland. l. 18. de his qui nosant. l. 9. 12. 21. 34. 46. & 48. de procurat. l. 1. quod cuiusq. univers. nom. l. 2. & 22. de negot. gest. l. 5. de interrog. in iur. fac. l. 41. mand. vel cont. l. 13. de curat. fur. l. 39. de obligation. & actio. l. 16. de verbor. signific. & l. 113. de reg. iur. Ex quarto l. 4. & 6. de calamitatorib. l. 8. 10. & 19. quod metus caus. l. 6. & 8. 23. 26. & 28. de dol. mal. l. 12. 15. 25. & 27. de minor. l. 1. & 8. de capit. mi. nut. l. 25. ex quib. caus. maior. l. 1. 3. & 7. de alienat. iudicij. l. 28. de pecu. const. l. 26. rerum amos. l. 10. quod fals. sus. l. 9. de usurpat. & usucap. & l. 22. de verb. signific. Ex quinto in quo de receptis arbitris differnis, posita est l. 1. & 9. qui satid. cog. l. 6. 20. & 35. de recept. l. 2. & 5. naut. caup. stabul. l. 1. 21. & 27. de iureiurand. l. 40. l. 1. cat. cond. l. 30. de fideius. l. 53. de solat. & l. 122. & 125. de reg. iur. Ex sexto l. 4. si ex noxa. caus. l. 1. 3. 10. 15. 17. 21. 35. 39. & 41. de hered. pet. l. 2. si pars her. pet. l. ult. de possessor. hered. pet. l. 2. & ult. de his qui effud. l. 15. 23. 25. 27. & 29. de nox. act. l. 15. de servo corrupt. l. 1. pro empt. & l. 24. de verbor. signific. Ex septimo l. 13. de iudic. l. 18. 20. 24. 28. 30. 36. 40. & 76. de rei vind. l. 8. & 13. de publ. in rem act. l. 6. 39. 45. & ult. de usufr. l. 5. de usufru. ad resc. l. 19. & pen. quib

quib. mod. usuf. amit. l. 2. & 7. de usuf. ear. rer. l. 3.
 de oper. seru. l. 1. & 13. de usu & hab. l. 5. de seruicrib.
 l. 2. 6. & 8. de seruic. prad. urb. l. 8. de seru. prad.
 rust. l. 3. commun. prad. l. 1. & 3. quemadmodum seru. amit.
 l. 3. si quadrup. paup. l. 2. 4. 8. & 32. ad l. aquil. l. 20.
 de noxa. actio. l. 3. finium reg. l. 1. 3. 5. 17. 19. 26. & 28.
 famul. ercisc. l. 2. & 11. commun. diuid. l. 49. de euiçtio-
 nib. l. 7. test. quemadmodum ap. l. 43. & 45. de acqui. rer.
 dom. l. 30. de verbor. signific. & l. 132. de reg. jur. qualex
 propriè ad interpretationem tituli ad legem Aquilam perti-
 net. Ex octauo l. 1. & 3. de grad. l. 31. de mort. caus. don.
 l. 74. de verbor. oblig. l. 26. de fideiuss. & l. 133. de reg.
 jur. quam tamen Petrus Faber non ad hunc sed ad sequentem
 librum referendam existimat, cum ea lex non ad causam pe-
 culg, sed ad alias quaestiones, ut de noxalibus iudicijs, de
 dote, & similes pertineat. Ex nono l. ult. de condic. tris.
 l. 1. & 3. de eo quod cert. loc. l. 18. commod. l. 10. & 12.
 de pign. act. l. 2. de exer. actio. l. 2. 8. & 10. de inst. act.
 l. 11. de tribu. act. l. 1. quod cum eo qui in alien. l. 13. de
 S. C. Maced. l. 10. 27. 29. de pecul. l. 4. & 12. de in rem
 vers. l. 5. & 13. ad. S. C. Vell. l. 5. & 8. de compens. l.
 14. deposit. vel cons. l. 27. mand. vel cons. l. 9. de pignor.
 & hypo. l. 2. quib. mod. pignus. l. 5. de cur. fur. & l. 42. de reg.
 iur. Ex decimo l. 13. mand. vel cons. l. 2. 22. & 34 (quã Labi-
 sus male 24. producit) l. 66. & 68. pro socio l. 35. de contr. emt.
 l. 12 & 15. de her. vel act. l. 9. de peric. & com. res. l. 6. 25. & 34.
 locat. conduç. l. 22. de prescrips. verb. l. 6. de euiçt. l. 49. de
 furtis & l. 46. de reg. iur. Ex undecimo l. 8. de sponsal. l. 17. 53.
 & 55. de ritu nups. l. 42. de jur. dot. l. 15. de pact. dotal. l. 4. de
 fund. dot. l. 6. 8. 10. 30. 42. & 61. de don. ins. vir. l. 2. de divor. &
 repud. l. 27. solat. matr. l. 32. de acqui. rer. dom. Ex duode-

428 De JC, qui Hadriani temp. flor.

cimo l. 15. de tutel. l. 1. de test. tut. l. 9. de legit. tut. l. 5. de tut. & curat. l. 13. de administ. & peric. l. 9. de auct. & consens. tut. & l. 14. de tut. & ratio dist. Ex tertio decimo l. 13. de noxa. auct. l. 11. ut leg. seu fideic. ser. caus. l. 13. de pub. & vect. l. 2. de furt. l. 8. 51. & 54. eod. l. pen. si is qui test. lib. l. 9. arb. furt. cas. & l. 34. de iniurijs. Ex decimo quarto l. 11. de bon. poss. l. 7. 9. & 12. de bon. poss. cons. tab. l. 2. de dot. collat. l. 5. de vent. in poss. mit. l. 19. & 22. de oper. lib. Ex decimo quinto l. 11. de auct. & consens. tut. l. 22. de vulg. & pupil. l. 2. & 17. de test. mil. l. 64. de legat. 1. l. 2. si à par. quis man. l. 5. & 7. de bon. lib. & l. 51. de reg. jur. Verum cum in hac de verbi Capere significatione tractetur, ac ex legibus Julia Papiam, quidam vel in totum vel ex parte capere prohibiti sunt, ut idem Iureconsultus libro 15. ad leges ostendit, in l. 10. de his qua ut indign. Vlpianus in frag. tit. 18. & in libro ad eadem leges. Paulus in l. cepisse de ver. sig. & Terentius Clemens in l. 6. de vulg. & pupill. & l. 52. de acq. hered. fieri potest, id quod Petrus Faber opinatur, ut ex eodem lib. 15. ad legem Iuliam & Papiam hac ipsa lex sit desumpta & non ex lib. 15. ad edictum provinciale. Ex decimo sexto l. 2. und. cogn. & l. 196. de verb. sig. Ex decimo septimo l. 6. de transact. l. 56. de usufr. l. 6. & 8. qui test. fac. l. 30. de lib. & postu. l. 31. de hered. inst. l. 1. & 3. test. quemadmodum ap. l. 13. 15. 17. & 19. si quis omitt. caus. test. & l. 9. & 25. de S. C. Silan. Ex decimo octavo in quo de legatis praecipue ac de Falcidia differunt, posita est l. 22. de cond. inst. l. 66. 68. & 70. de leg. 1. l. 2. & 4. de pec. leg. l. 18. de cond. & dem. l. 73. 77. 79. & 81. ad l. fals. & l. 17. de reg. jur. qua ad ea proprie pertinet qua quasi ex defuncti petuntur voluntate. Ex decimo nono l. 5. 7. 9. 13. & 29. de religio. & sumpt. fun. & l. 20. de dam. inf. Ex vicefimo l. 26. de lib. caus. Ex vice-

lino

limo primo l. 28. de reb. cred. l. 20. de act. emt. l. 2. de pub.
 & veft. l. 1. & 5. de nfu cap. l. pen. vi honor. rapt. l. 2. &
 5. de incend. ruina nauis. & l. 41. de verb. fig. Ex vicesimo
 secundo l. 50. de procurat. l. 26. qui test. fac. l. 12. & 19. de
 iniur. l. 4. de l. fab. de plag. & l. 44. de verb. fig. Ex vi-
 cesimo tertio l. 6. de iur. delib. l. 57. de acqui. hered. l. 1.
 3. 7. & 13. de reb. ant. ind. poss. & l. 51. de verb. fig. Ex
 vicesimo quarto in quo de edicto tractavit de rebus autori-
 tate iudicis in possidendis, desumpta est l. 16. & 21. de rebus
 ant. jud. poss. l. 58. de verb. fig. l. 147. de reg. iur. Ex vi-
 cesimo quinto in quo edictum de precario exposuit, excer-
 pta est l. 9. de acqui. poss. l. ult. de superf. & l. 3. de precar.
 Ex vicesimo sexto in quo de possessione & interdictu fere, in-
 primis vero de migrando disseruit, descripta est l. 15. de acqui.
 poss. l. 5. qua in fraud. cred. l. 9. de precar l. ult. de migrand.
 l. 62. de verb. fig. & l. 158. de reg. jur. Ex vicesimo septi-
 mo l. pen. de dol. mal. l. 16. ut leg. seu fideic. ser. caus. l. 6.
 rem pupil. vel adult. sal. & l. 7. judicat. sol. Ex vicesimo
 octavo l. 53. de cons. emt. l. 54. de evict. & l. 2. 29. & 32.
 de dam. infect. Ex vicesimo nono l. 8. si quis caus. & l. 44.
 de rei vind. Ex trigesimo l. 31. de iurciurand. l. 15. & 17.
 de except. rei iud. & l. 6. de dol. mal. & met. except.

Deinde scripsit etiam ad leges libros quindecim: Ad
 leges inquam, h. e. ad legem Iuliam & Papiam, quarum Au-
 gustus autor est: Nam & lex Papia Popae de maritandis or-
 dinibus Augusto autore post rogationes Iulias lata est, M.
 Papius Mutilus & Q. Popaeus Secundo Cos. affectis non ordina-
 rijs, ut Dion scribit lib. 56. pagin. 354. Sueton. in August.
 c. 34. & Isidorum lib. 5. etymolog. c. 15. Hinc Cor. Tacitus lib.
 3. annalium, Relatum inquit, de moderanda Papia Poppae, quam
 senior Augustus, post Iulias rogationes incitandorum calisbum

430 De JC. qui Hadriani temp. flor.

penis & augendi ararū sanxerat. Simpliiter autem ad leges Tribonianos dixit καὶ ἰσοχρῆν, ut plurimi eas & frequentissimi ad suo esse in iure significaret. Legem igitur Iuliam & Papiam Caii Iurisconsultas libris quindecim interpretatus est. Ex quorum tamen septimo nihil superest. Ex libro autē primo desumpta est l. pen. de sponsal. & l. 29. de penis. Ex secundo l. 30. de ritu nupt. Ex tertio l. 5. de vulg. & pup. & l. 63. (quam Labitius perperam 6. pducit) de cond. & dem. Ex quarto l. 5. de test. Ex quinto l. 8. de annuis leg. & l. 23. de reb. dub. Ex sexto l. pen. de censib. Ex octavo l. 46. de ritu nupt. l. 4. de bon. poss. & l. 148. de verb. sig. Ex nono l. 150. de verb. sig. Ex decimo l. 13. de suis & legit. & l. 149. & 152. de verb. sig. Ex undecimo l. pen. test. quemadmodū ap. & l. 14. de jur. fisci. Ex duodecimo l. 55. de leg. 2. & l. 18. de manum. Ex tertio decimo l. 73. de her. inst. l. 69. de con. & dem. l. 14. de suis & legit. & l. 31. de statulib. Ex quarto decimo l. 53. de acqui. hered. l. 56. & 58. de leg. 2. Ex decimo quinto l. 10. de his qua ut indig.

27

Tertio Edictum urbicum quoque libris plurimis est interpretatus. Verum Iustiniani tempore, sola inventa volumina decem ea sunt, qua ad edictum Prætoris Urbani sub variis titulis inscribantur. Estque ex titulo edicti Prætoris Urbani de Prædicatoribus l. 54. de jur. dot. desumpta. Dicebanturque Prædicatorum, (quorum Cicero etiam in orat. pro Cornelio Balbo pag. 188. & lib. 12. epist. ad Atticum meminisse) causa aliena defensores, qui olim Vindices appellabantur ut ex Boëtio in Topicis Ciceronis, Cuiacius tradit libr. 5. observat. c. 19. Ex tituli vero de testamentis ad Edictum Prætoris Urbani libro primo, petita est l. 32. de hered. instit. & l. 16. de cond. & demonstr. Ex secundo (in quo ut Faber tradit, de edicto illo tractavit, quo Prætor, ut voluntates defunctorum iuraretur, calliditati eorum occurrere, qui omnia causa testamenti, ab intestato hereditatem partemve eius possidebant, & in eos actionem

affirmem causa cognita pollicitus est q̄s, quibus quid ex iudicio defuncti, hereditate ab intestato non possessa, deberi potuit,)
petita est l. 33. de hered. instis. l. 14. 16. 18. si quis omis. caus. test. & l. 55. de reg. iur. Ex tituli de legatis ad edictum Pratoris Urbani libro primo excerpta est l. 65. & 67. de leg. 1. Ex secundo l. 69. de leg. 1. l. 15. de dot. praleg. l. 17. de cond. & demonstr. l. 3. qui & à quibus man. liber. Ex tertio l. 73. de leg. 2. l. 8. de usu. & usufr. leg. l. 72. 74. 76. 78. & 80. ad l. Falcid. l. 11. de donat. & l. 56. de regul. iur. Ex titulo ad edictum Urbicum de operis novà nunciacione deprompta est l. 9. de oper. nov. nunciat. Ex titulo ad edictum Pratoris de damno infecto descripta est, l. 30. de nox. action. & l. 8. & 19. de damno infecto. Ex titulo ad edictum Pratoris Urbani de aquæ pluvie arcendæ, est l. 13. de aqua pluv. arcend. Ex titulo ad edictum Pratoris de publicanis, est l. 19. de actionib. ems. & l. 5. de pub. & vect. Ex tituli ad edictum Pratoris Urbani de liberali causa libro quodam incerto, est l. 13. ad exhib. l. 2. 4. 6. 9. 11. 13. & 25. de libe. caus. Ex secundo Verâ l. 4. de oper. serv. (qua à Libitto in indice suo omisa est.) l. 30. de bon. liberr. l. 1. de collusi. dereg. & l. 10. de vi & vi armata. Ex titulo ad edictum Pratoris Urbani de re iudicata, est l. 2. rer. amor. & l. 7. de re iudicata. Denique ex titulo ad edictum Pratoris Urbani, qui neq; sequantur neq; ducantur est l. 48. de verb. sig. Est etiam ex edicti Urbici libro secundo l. 5. de adimend. leg. prout & ex eodem edicto Urbano l. 139. de reg. iur. petita est. Verum ex quo titulo usrag. sit, adscriptum non reperitur. Videtur tamen prior pars dicta l. 139. ex titulo de publicanis desumpta, ut ex l. hoc edicto infr. de publican. apparet: posterior ex libro tituli de legatis secundo, quemadmodum l. 3. infr. qui & à quibus man. qua ex hoc ipso libro desumpta est, cum hac lege nostra collata, manifestum facit,

Quarto

Quarto. Aureorum, sive rerum Cotidianarum libros septem quoque composuit. Quibus, ut Scaliger rectè animadvertit, sententias & selecta dicta ea complexus est, quae aliis Laudabilia Latini nominant; Graeci $\chi\eta\sigma\iota\sigma\upsilon\varsigma$, $\chi\eta\sigma\iota\sigma\iota\mu\alpha$ & $\chi\eta\sigma\iota\sigma\iota\sigma\iota$, ut quoties opus esset habere inde posset, quod in usus sententiarum depromeret. Ea enim hic Aurea nominat, ut & Lucretius illo versu;

Omnia nunc titulum deserpimus aurea dicta.
 Item, Quotidiana, quod scilicet ex prumptuario illo desumpta sint, in quod ea, quae insignia & notata digna in lectione quotidie occurrissent, solitus sit conytere. Ita enim ea quoque, quae pueri in scholis Magistris dictantibus, singulis diebus excipiunt, Quotidiana appellata esse, vetera colloquia puerilis ostendunt, in quibus ita puer: Post hæc, inquit, dimissus, consedi meo loco: librum accepi: scripsi Quotidiana. Aurea igitur eiusmodi, sive selecta dicta colligendo, Caius Iuriconsulem libros septem complevit, quorum Iustinianus mentionem facit in proœmio Iustitiae. S. quas ex omnibus. Ex quorum tamen posterioribus quatuor nihil restat. Ex primo autem desumpta est l. 4. de mort. caus. don. l. 7. de manumiss. vind. l. 24. de man. test. & l. 10. qui & a quib. man. lib. Ex secundo l. 5. de divis. rer. l. 3. de usufr. l. 11. de usu & hab. l. 16. com. pred. l. 2. & 4. mand. vel cons. l. 72. pro soc. l. 2. & 15. de peric. & com. rei vend. l. 2. locat. conduct. l. 28. de usur. & fruct. l. 1. 3. 5. 7. & 9. de acqui. rer. dom. l. 36. & 38. de usurpat. & l. 1. de obligat. & act. Ex tertio l. 4. & 5. de oblig. & act. & l. ult. de extraord. cognit.

Quinto Awdixadēsu sive ad leges XII. Tabularum libros sex etiam exaravit. Ex quorum primo est l. 1. de orig. jur. l. 18. 20. & 22. de in jus vocand. l. 6. si quis cant. l. 2. arb. furt. cas. & l. 233. de verb. sig. Ex secundo l. 234. de verb. sig. Ex tertio l. 48. de pact. l. pen. ad l. 1. de adult. & l. 235.

de verb. sig. Ex quarto l. ult. fini. regund. l. 9. de incend. ruina l. ult. de colleg. & corp. & l. 236. de verbor signific. Ex quinto l. 237. de verb. sig. Ex sexto l. 19. de usur. & fract. l. ult. de litigios. & l. 238. de verb sign.

Sexto libros etiam Institutionum quatuor concinnavit, quorum adhuc hodie fragmenta quaedam circumferuntur, licet in multis depravata, culpa ut videtur Epitomatoris Annani, Alarici consiliarij, qui ad sui temporis usum ea accommodando Caji contextum postea corrupit, ut manumissio in Ecclesia facta, in locum manumissionis censa facta, substituta, adfiliatorum appellatio, & similia argumento sunt, qua de re Caiacius videndum est in Praefatione in Codicem Theodosianum & Alciuzus lib. 2. παρρησιαν c. 26. Ex libro autem ultimo Institutionum Caji, hodie nihil super est. Ex primo vero libro descripta est l. 9. de iust. & iur. l. 1. 3. & 6. de stat. hom. l. 1. & 3. de his qui sui vel ali. l. 2. & 28. de adopt. & l. 7. de legis. ius. Ex secundo l. 5. de rer. divis. l. 4. qui test. fac. l. 13. de iniusto rupto. l. 10. de acqui. rer. dom. & l. 37. de usurpat. Ex tertio l. 2. de obligatio. & actioib.

Septimo exaravit quoque de verborum obligationibus libros tres: ex quorum primo est l. 4. commod. vel cont. l. 79. de fideiuss. & l. 232. de verb. sig. Ex secundo l. ult. de verb. oblig. l. 15. de duob. reis. & l. 106. de solut. Ex tertio l. 39. de neg. gest. l. 16. de duob. reis. l. 28. de stip. ser. l. pen. de fideiuss. & l. ult. de novat. l. pen. de accept. Octavo de manumissionibus etiam libros tres compilavit: ex quorum secundo iidem nihil restat. Ex libro autem primo est l. ult. de curat. fur. l. pen. de manumiss. l. ult. de manumiss. vind. & l. 29. qui & a quib. manu. lib. Ex tertio l. 57. de manu. test. Nono libros quoque duos, Fidei commissorum elaboravit:

434 De J. C. qui Hadriani temporib. flor.

ex quorum Primo l. 2. & 14. de leg. 3. petita est. l. 2. de usu & usufr. leg. l. 5. & 7. de reb. dubijs. l. 88. & 90. de cond. & dem. Ex secundo l. 40. famil. ercisc. l. 95. de leg. 3. l. 10. 41. & 63. ad S. Trebell.

32

Decimo exhibuit quoque librum singularem de Casibus, quo casus quosdam singulares, novos, raros, infrequentes ac prope incredibiles, quos Græci ἀδόξως ἰσχυροί vocant, quasi ludens collegerat. Nostri paradoxa juris appellant, quod scilicet contra opinionem omnium, contra regulas juris, contrave rationem naturalem eveniant, ut Cuiacius tradit in l. 38. §. qui hominem infr. de solut. Ex eo itaque libro est l. 63. de condict. indeb. l. 88. de hered. inst. l. 107. de cond. & dem. l. 22. de jur. patro. l. 49. de op. lib. l. 37. de statulib. & l. 8. de stip. serm. Undecimo scripsit etiam librum singularem Regularum, ex quo est l. 21. de adopt. Denique de formula hypothecaria etiam librum singularem composuit: ex quo est l. 4. & 15. de pignor. & hypo. l. 2. qua res pignor. oblig. l. 11. qui potior. in pign. l. 7. quibus mod. pignus & l. 4. de fid. inst.

33

Desideratur in Indice liber singularis ad legem Gliciam, a Claudio Glicia cuius Suetonius in Tiberio meminit c. 2. in dicta turra lata, qua querela inofficiosi testamenti, qua justum testamentum rescindit, & patrem intestatum facit, introducta est, ut Cuiac. tradit lib. 2. obs. c. 21. & lib. 14. c. 14. ex quo sola l. 4. de inoff. test. est petita. Item liber singularis de Tacitis fidei commissis, qua scilicet ei quis cui capere non licet, restituere rogatus est: ex quo est l. 23. de his qua ut indig. Et liber singularis ad Senatusconsultum Tertullianum Hadriani temporibus, Tertullo forsitan & Maximo cost, quorum in l. mariti §. sex mensium ad l. Iul. de adult. mentio fit, latum ut Iustinianus in §. 1. Inst. de S. C. Tertull. auctor est, quo tantum fuit, ut matres ad legitimam filiarum hereditatem admitterentur: ex quo l. 8. de scripta

scripta est. ad S. C. Tertull. Et deniq; liber singularis ad Senacum consultum Orphitianum Divi Marci & Commodi temporibus Orphisto & Raso cossus Iustinianus tradidit §. 1. Inst. latum de S.C. Orphis. & Lamprid. in Commodo, pag. 169. quo liberi ad matrū intestatarum hereditatem vocantur: ex quo est l. pen. ad S.C. Tertull. Deficiunt quoq; in Indice, Gaj libri duo ad edictum ædiliū Cūrūlium: ex quorum primo petita est l. 3. 13. 18. 20. 22. 24. 26. 28. & 45. de adil. edict. Ex secundo verò l. 32. de adilit. edict. & l. 57. de evict. Deniq; desiderantur etiam eiusdem, Gaj Regularum libri tres: ex quorum primo l. 100. de reg. iur. desumpta est. Ex tertio verò l. 43. de iniurijs.

L. Volusium Mæcianum quoq; cuius passim in pandectis responsa videntur, cuiusq; hodie etiam nunc tractatuncula de asse circumfertur, cuius Antonius Augustinus meminit lib. 2. emendationū c. 7. Hadriani temporib. fuisse, eog. eundem multū fuisse usum, autor est Politianus d. lib. 4. epist. epist. 9. quæ ipsam postea, non solum Antonino Pio in consilio fuisse Capitolinus scribit in illius vita pag. 150. infi. Verum M. Antoninum Philosophum quoq; diligenter eum audivisse, idem Capitolinus autor est, in Antonino Philosopho pag. 152. ubi; Sæduis inquit, & iuri, audiens L. Volusiam Mæcianam, tantumq; operis & laboris studijs impendit, ut corpus afficeret, atq; in hoc solo pueritia eius reprehenderetur &c. Hinc idem Antoninus cum Vero, Mæcianum, amicum suum nominat, ut & iuris civilis, propter veterem & benè fundatam peritiam anxie diligentem, in l. Divi fratres 17. inst. de iur. patron. Meminit huius Iurisconsulti Scævola in l. 20. ad l. falcid. Ulpianus in l. 3. quib. mod. usufr. amitt. l. 11. §. 1. de legat. 3. l. 1. §. 4. & l. 16. in pr. & §. 2. 7. & 8. ad S.C. Trebell. & l. 6. de leg. pom. de par. & Paulus in l. 6. de servit. prad. rust. & l. 44. de vulgar. & pupil.

436 De JC. qui sub Antonino Pio vixerunt.

Scriptis primo omnium Fideicommissorum libros sedecim, qui quaestionum de fideicommissis alius adducuntur ab Ulpiano in l. 72. de usufr. & Papiniano in l. 86. de acq. hered. Apparetque ex undecimo & decimo quarto petatum nihil. Ex libro autem primo descripta est l. 9. de leg. 3. l. 28. ad l. falc. l. 18. de Castrens. pecul. & l. 93. de reg. iur. Ex secundo l. 13. 15. (quem Labitius in Indice suo omisit) 17. & 95. (qua à Labitio vitiose 93. producitur) de leg. 3. l. 91. de cond. & dem. l. 55. de man. test. l. 31. de obligat. & act. & l. 103. de solut. Ex tertio quem Ulpianus producit in l. 72. de usufr. est l. 6. de reb. dub. l. 86. de cond. & dem. & l. 58. de manumiss. test. Ex quarto l. 62. de cond. indeb. l. 14. de test. mil. l. 28. (qua in Labitii Indice ineptè 18. esse dicitur) si quis omist. caus. test. & l. 7. & 64. ad S.C. Trebell. Ex quinto l. 65. ad S.C. Trebell. Ex sexto, cuius Ulpianus meminist in l. 16. §. 5. ad S.C. Trebell. est l. 5. eodem sit. Ex septimo quem idem Ulpianus laudat, in d. l. 16. §. 12. ad ad S.C. Trebell. est l. 86. de hered. inst. & l. 42. de fideic. libert. Ex octavo l. 45. de religio. & sumr. fun. l. 30. ad l. falc. l. 69. S.C. Trebell. & l. 104. de solut. Ex nono l. 32. ad l. falcid. Ex decimo l. pen. si cui plus quam per leg. fal. & l. 71. ad S.C. Trebell. Ex duodecimo l. ult. si cui plus quam per l. falc. l. 12. ut in possess. leg. & l. 96. de reg. iur. Ex tertio decimo l. 23. de S.C. Silan. & l. 73. ad S.C. Trebell. Ex quinto decimo l. 32. & 35. de fideic. libert. Ex sexto decimo l. 36. & 54. de fideicom. libert. Deinde publicorum sive de publicis judiciis libros quatuordecim etiam exaravit: ex quorum primo, secundo, tertio, quarto, sexto, septimo, octavo, nono, duodecimo, tertio decimo & quarto decimo reliquum est nihil. Ex libro autem quinto petita est l. 8. ad l. Iuliam de vi pub. Ex decimo l. 11. de pub. ind. Ex undecimo l. 14. de S. C. Silan. Tribuitur illi etiam l. à Ziwris pen. de l. Rhod. de jact. qua ex

com-

commentariis illius ad legem Rhodiam: desumpta est sicuti libros Quæstionum quoq; illam scripsisse Papinianus testatur in l. Pannonius 86. de acqui. hered. ubi quadam ex illis citat: quorum tamen in Indice mentionem non fieri mirum est.

DE IVRECONSULTIS QUI SVB Antonino Pio vixerunt, Caput XLIX.

1. Vlpus Marcellus in iure ubi celebretur? 2. Illene fuerit qui Britanniam domavit? & autorum de illo quæ elogia? 3. Notas in quos scripserit? 4. Quot item libros Digestorum? 5. Ad Legem Iuliam & Papiam quot libri exaraverit? quot item Responsorum? 6. In Indice libri illius qui desiderentur? 7. Marcianus qui? & à quibus in iure nominetur? 8. In re literaria quid præstitit? & primo Institutionum libros quot concianaverit? 9. Quot deinde Regularum? 10. De Appellationibus libros quot scripserit? quot item Publicorum? 11. *μνοσβιβλα* illius quæ & quot? & Digestorum libros an scripserit? 12. Vindius quo tempore vixerit?

SVB Antonino Pio Vlpus Marcellus fuit: illius enim Opera Antoninum usum fuisse, tradit Capitolinus in illius vita ante finem, & ex eo forsitan Cuiacius in l. 5. inf. qui test. fac. poss. eiusq; passim in Digestis memoria celebratur, ut l. 7. §. 1. de pact. l. 27. & 39. de procur. l. 8. de neg. gest. l. 23. de minor. l. 2. §. 5. & 6. de iudic. l. 25. de rei vind. l. 12. §. fin. l. 15. & 30. de usufr. l. 11. & 27. ad leg. Aquil. l. 2. de nox. action. l. 20. & 22. famil. eriscun. l. 9. ad exhib. & l. 27. de relig. & sumt. fun. l. 9. §. ult. & l. 14. de reb. cred. l. 1. 13. & 34. de iureiur. l. 6. de cond. caus. dat. l. 4. de cond. ob turp. cau. l. 18. de const. pec. l. 24. de pig. act. l. 1. de inst. act. l. 4. & 6. quod cum eo qui. l. 3. §. 8. & l. 9. §. ult. l. 19. §. 1. de pecul. l. 1. quand. de pecul. act. an. l. 1. quod iussu. l. 8. ad S.C. Velleian. l. 1. §. 14. &

1
Vlpus
Marcellus.

438 *D. J. C. qui sub Antonino Pio viis.*

16. & l. 19. & 31. deposit. l. 6. & 12. mand. l. 14. & 41. la-
 cer. l. 7. qui potior in pig. l. 31. & 36. de adil. edict. l. 1. de ex-
 ception. rei vendit. l. 11. in fine de usuris & fructibus. l. 12 &
 44. de jur. dot. l. 11. & 19. de don. int. vir. l. 5. de impens. in re dot.
 l. 5. S. penult. de agnosc. lib. l. 19. de test. int. l. 1. & 3. de legis.
 int. l. 16. de administratione & periculo tutor. & curator. l. 9.
 de liber. & postum. l. 6. de iniust. rupt. l. 1. 2. 9. & 39. de her.
 instit. l. 4. de cond. inst. l. 26. 40. & 56. de acqui. hered. l. 10.
 si quis omis. caus. test. l. 14. 39. 43. 49. 113. & 114. S. pen. de
 legat. 1. l. 24. de legat. 2. l. 7. S. 1. & l. 11. S. 17. de leg. 3. l.
 9. S. 1. de pecul. leg. l. 1. S. ult. & l. 3. S. 1. ad l. falcid. l. 1. S. 1.
 si cui plus. quam per l. falcid. l. 1. S. 10. ut legat. ser. causa can.
 l. 5. S. ult. ut in pess. leg. l. 17. de bon. poss. con. tab. l. 1. S. 4. de
 vent. in poss. mitt. l. 1. S. 2. & l. 8. de assig. liber. l. 1. S. 4. si
 tab. test. null. exs. l. 11. & 13. S. 6. de damn. infect. l. 1. S. 10.
 de aq. & aq. plu. arc. l. 20. S. pen. de manu. vind. l. 28. in pr.
 de fideicommiss. liber. l. 34. in pr. de acqui. poss. l. 10. S. ultim.
 & l. 15. in pr. de usurp. l. 10. in pr. qua in fr. cred. l. 1. S. 7. de
 itin. act. pr. l. 1. S. 12. de aq. quot. & act. l. 6. in pr. de precar.
